365. malesherbes.

D

L. B. Holthuis
1946



WRATISLAVIÆ SILESIORUM.
Sumptibus Eſaiæ Fellgibelii Bibliop.

ΓΑΜΜΑΡΟΛΟΓΙΑ,

SIVE

GAMMARO-
RUM,

vulgo

CANCRORUM
CONSIDERATIO

PHYSICO-PHILOLOGICO-HISTORICO-MEDICO-CHYMICA,

in qua,

Præter Gammarorum ſingularem Naturam, Indolem & multivarium uſum non minus reliquorum Cruſtatorum inſtituitur tractatio

AD NORMAM

COLLEGII NATURÆ CURIOSORUM,

Plurimis Inventis Secretioribus Naturæ Artisque Locupletata

à

PHILIPPO JACOBO SACHS
à Lewenheimb, Sileſ. Ph. & Med D.
& Colleg. Nat. Curioſ. Collega.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Sumptibus ESAIÆ FELLGIBELII Bibliop.
VVratislav. M. DC LXV.

REVERENDISSIMO
ET
CELSISSIMO
PRINCIPI
GUIDOBALDI,
ARCHIEPISCOPO SALIS-
BURGENSI, MAGNO IMPE-
RII ROMANO-GER-
MANICI
PRINCIPI,
ET
SACR. CÆS. MAJESTATIS AD
CONVENTUS IMPERII RATIS-
BONÆ
LEGATO PLENARIO,
*PRINCIPI AC DOMINO CLE-
MENTISSIMO.*

REVERENDISSIME ET CELSISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMENTISSIME.

GERMANIA olim informis terris, aspera cœlo, tristis cultu aspectuq; moribus barbara, Ingenio stupida, sola bellica ferocia orbi nota, nulli grata, nisi cui Patria fuerit: Ea posterioribus seculis, admissis cum Christianismo humanioribus Artibus, adeò pristinam immutavit faciem, ut cum nobilissimis Europæ Provinciis de Principatu, jure meritissimo, certare audeat.

Eadem GERMANIA, poſtquam divinæ Providentiæ nutu *Italicum* Sceptrum à Romanis ad Francos & Germanos declinasſet, inſimul ab ingenioſis *Italis*, mutuata Laudis & Virtutum Exempla, ſibi imitanda duxit, & hactenus quidem non fruſtraneo & infelici ſucceſſu. Non vacat, bellicæ Diſciplinæ progreſſus, aut graviorum ſcientiarum augmenta, dignis enarrare laudibus; hoc ſaltem nunc memorandum cenſeo: cùm vidiſſet GERMANIA antecedentibus ſeculis, *Italos* fugatâ Barbarie, auſpiciis potiſſimùm Coſmi Medicei, Magni Hetruriæ Ducis, inſtitutis diverſis *Sodalitiis*, *Academiis dictis*, ad excolendum, præter delitioſas Artes, Picturã,

Po-

Poësin, Oratoriam, procurasse Linguæ patriæ studium; mox GERMANIA felici æmulatione, quæ unicè alit ingenia sine quâ languescit industria, & intenditur socordia, accensa, imitationem Virtutum adamans, Germanicæ Linguæ propagationi *Societatem* instituit, quæ hactenus *fructifera* satis, & Magnatum Imperii patrocinio abundè fulcita, floruit.

Nunc stupet attonita GERMANIA, & admiratur toto divisos orbe *Britannos*, novo *Experimentali Regio Collegio gloriosos*: hæret ad tàm profusam Regiæ Munificentiæ Liberalitatem in Sapientiæ, & præcipuè *naturalis Scientiæ* Antistites: miratur tot tantorumque Virorum in u-

num corpus, pro salute Universi coëuntium, rarissimum delectum; stomachabunda contemplatur tàm improbos, indefessos, & ingeniosos, in Experimentorum varietate, veritatis indagandæ causâ susceptos labores, novis quotidiè inventis adauctos. Ægris quasi oculis GERMANIA intuetur tantam Nationis istius felicitatem, quòd Eruditorum conatibus, non tantùm ex conscientiâ & laude merces sit, sed quòd Regis & Procerum favore, Virtuti & Eruditioni præmia addita, ut Exemplis præmiorum, & alii plures ad studium æmulationis provocentur. Annisa itaque GERMANIA intrare hoc Naturæ cognoscendæ stadium, instituto

to, paucis abhinc annis, à quibusdam *Naturæ* & *Hygieæ Mystis*, *Collegio* quodam *Naturæ Curiosorum vocato*, ad indagandum per Experimentorum certam semitam secretioris Naturæ recessus: At quò procedet privata industria, necessario rerum gerendarum, & experiendarum nervo, & Principum GERMANIÆ favore hactenus destituta! Hæsit in primo limine, & marcescentibus ob varias difficultates Ingeniis, vix prognata *Curiosa Societas* exspiraret, nisi adhuc spes titubantis firmaret gressus, quod *Illustrissimorum Principum* patrocinio sit succum & sanguinem vitalem receptura.

TUUM præprimis *Reverendiss.* & *Celsissime* PRINCEPS clemen-

mentissimum favorem submissè suspicit *Collegium hoc Germanicum*, utpote qui, sic volente AUGUSTISSIMO IMPERATORE NOSTRO Imperii *Atlante*, succenturiatus *Hercules* electus in fulciendo Imperii onere, ut in *Conventu Ratisbonensi* pro salute, immò sanitate & quiete, *totius Germaniæ*, summâ cum prudentiâ, invigiles.

Sanè, PRINCEPS CELSISSIME, licet Provinciæ TUÆ Italicis ditionibus proximæ, attamen non solum vicina Alpium juga transiit TUÆ profundissimæ Rerum Naturalium Scientiæ Gloria; sed & rarissimæ hujus in Principe Eruditionis Famâ, Septentrionem, & si quid PLUS ULTRA Terrarum

datur,

datur, adimplesti; quod à sacris Tuis negotiis, & prudentissimâ Terrarum amplissimarum gubernatione, relicta temporis momenta dividas, raro & inusitato ferè nostro seculo Exemplo, Naturæ & Medicinæ mysteriis ea impendendo. Saluberrimo certo consilio, cum tàm communi vinculo arctoque nexu cohæreant Rerumpublicarum & humanorum corporum incunabula, augmenta, florentes ætates, rursus post diuturnas calamitates & intestina Bella mortes. Sapientissimo instituto PRINCIPIS THRONO associata Medicina, quòd ipsa ARS sit, quæ etiam Imperatoribus imperet, quòd sacra illa ARS servandorum Hominum, de civibus

bus ſervatis coronas mereatur, & ut Principi ſalus Civium; ſic Medicinæ Sanitatis pretioſiſſimæ conſervatio ſuprema Lex ſit. Tenes equidem, PRINCEPS CELSISSIME, ſub ditione TUA, Reſtauratoris in Germaniâ Chymiæ Paracelſi cineres tumbæ reconditos; at nulli ſecretioris Chymiæ Theſauri TIBI abſtruſi & reconditi, quos non jucundâ cum voluptate, per lucidam Ignis flammam illuſtres, & illuſtratos plenæ Luci ſiſtas. Miraris, REVERENDISS. PRINCEPS, dùm Naturam curioſius ſcrutaris, & per Ignem corporum diſſolutionem contemplaris, dùm ea per putrefactionum, incinerationum, digeſtionum, coagulationum,

onum, fixationum gradus, variè immutantur : simul mente concipis, pari ratione Imperiorum Regnorumque fata per corruptiones volvi, & passim cadavera Regnorum urbiumq; conspici. Dùm rursus post corporum Naturalium resolutiones, novos cernis propullulare Phœnices, novorum quasi progerminantium Imperiorum fundamenta, novo fœdere firmari imaginaris, quæ nitidæ Juventutis flore vigorem firmissimum spondeant.

Remediorum itaque, PRINCEPS CELSIS. & Imperiorum Gubernationi, & humanorum corporum conservationi destinatorum, profundissimè gnarus, prudentissimis TUIS con-

filiis languenti universæ *Germanorum* Nationi, nomine *Summi* IMPERATORIS GERMANORUM quotidiè mederis. TU in senium novasque Belli calamitates præceps Imperii corpus ab Invictissimo IMPERATORE concessâ potestate, *in Conventibus Ratisbonensibus* inaudita Virtute & Prudentiâ, reparare, ac veluti succis vitalibus recoctum florenti restituere Juventæ laboras; humorum vitiosorum affluxum in desperatum transiturum carcinoma principiis obstando, reprimis; oleum vulneribus prius admovendum censes, quàm ferrum flammamque, & dum tàm anxiè de pace servandâ, in quâ *Sanitas Germaniæ*, cogitas, recidivæ, pejo-

joris malo, anteà afflictam, & à priore morbo nondum penitus restitutam GERMANIAM, hucusque liberâsti. Admiratur itaque GERMANIA, & in *imperio Germanico* propullulans *Curiosorum Societas in Tanto Principe*, sociatum, Sacris & Politicis Gubernationibus, Naturalis Scientiæ & Medicinæ Chymiæque Amorem, & Salomoneam redivivam Metallorum, Animalium, Plantarumque cognitionẽ. Ut æternitatẽ Famæ auguratur immortalibus Tuis laboribus dignam; sic TE procurante amplius Pacem GERMANIÆ, quietem & tranquillitatem, Naturæ indagandæ necessariam, sibi spondet *Collegium*;

quin & eundem favorem sib
demisſiſſimè exoptat, ne *Angli*
ſola gloriari poſſit, apud eos
dem Virtutis & eruditionis ſtu
dium à Principibus & Magna
tibus ſolum pro meritis æſti
mari.

Sed quibus victimis REVE
REND. & CELS. PRIN
CEPS ignotis conceſſum eri
Tuum demereri favorem? *Mi*
nimus ego è Curioſorum grege, in re
motis *Sileſiæ* Terris degens, mini
mum offero munuſculum, *Pi*
ſcem ſcilicet *loricatum, aſpectu hor*
ridum, & *greſſu retrogrado infelici*
ominis & nominis CANCRUM
Sciò veterum quosdam cenſu
iſſe, piſcium nullum immola
debere, nec iis rem ſacram fieri
recti

rectiùs alii aquatilia victimis non penitus excludunt, quin potiùs captos non rarò Pisces ad feliciorem capturam impetrandam, *Oceano* injectos sacrificasse ferunt. Quare & *Gammarum* hunc *fluviatilem* REVEREND. & CELSISSIME PRINCEPS *Oceano Tuarum Virtutum*, *Prudentiæ & Scientiæ Naturalis* immergo, ex tàm abundantissimo *Mari*, Favoris, tùm in *Viadri Vratislaviam alluentis* aquas, tùm ad *reliqua Germaniæ flumina*, ad quæ dispersi *Collegæ Curiosi*, *canales* derivandos expectans humillimè. Si magno Orientis Monarchæ Artaxerxi Aqua volâ manus hausta, & à tenuioris sortis Homine

 mine

mine oblata acceptissima fuit;
nec aquarū incola terręq; inhabitator *Cancer* Principi oblatus
fastidium & nauseam movebit.
Non timet à favente *Herculi*
Cancer mortem, ut fabulosus ille
à Junone olim immissus, qui tamen haut infortunatus censendus est, quòd per Apotheosin
Græcanicam cœlo illatus, peragrantem nunc sustineat solem
& gloriatur,

Vilia quòd *magnos* æquent *animalia Divos*.

Audeat ergò *Cancer* Principis aspectui se sistere, utpote qui tam
quam Prudentiæ Hieroglyphicum famoso Dianæ Ephesinæ
Idolo alligatus fuerit, quod &
callidus in exuendâ veteri testa

&

& armis ſpoliatus viribus diffidens eousque lateat, donec novâ inſtructus armaturâ, novus prodeat bellator. *Audeat Cancer* Principis Auguſtales pedes adrepere, cùm etiam Auguſtus Imperator gubernandi Prudentiâ feliciſſimus *Cancrum* Papilioni jūctum auro inſculpi juſſerit, muto hoc ſermone ſignificans, Principum actionibus neceſſarium eſſe temperamentum, ut à lentiore Cancri greſſu tarditatem, à pernici Papilionis volatu celeritatem invicem uniendam diſcant: ut enim quædam tempora lenta remedia & ſegnes Medicos faſtidiūt; ſic interdum Principes cum Medicis plus quietes, quàm movendo atque a-

gendo perficiunt. Denique ceu *Gammarus* remotiore per Hyemem *Sole*, latibulis imbecillior hæret, æſtate blandis radiis fotus vegetior, idemque ad *Lunæ* fauſti ſideris afflatum & abſentiam, pulpam ſentit turgeſcentem aut imminutam, pariter à *Tuo Reverend. & Celſiſs.* PRINCEPS *luminari* vitam vegetam, fortunæque blandioris vices exſpectat *Cancer* hic *chartaceus*, ut *Celſitudinis Tuæ* clypeo munitus, quos in ſe continet remediorum cumulos eò feliciùs explicare poſſit. Tàm *Illuſtriſſimâ Luce* irradiatus, & novâ Purpurâ indutus vivacis ætatis *Cancer*, longiſſimos & condi-

gnos

dignos REVEREND. & CELSISSIMO PRINCIPI vitæ Terminos & omnem felicitatem devotiſſimâ ſubmiſſione apprecatur.

Reverend. & Illuſtr. Celſitudinis Tuæ

Vratisl. Sileſ. è Muſæo Kalendis Aug. M. DCLXV.

Humillimus & devotiſſimus Cliens

PHILIPPUS JACOBUS SACHS à Levvenheimb, Ph. & Med. D. Academicus Curioſus.

APPLAUSUS VOTIVI
CLARISSIMORUM
MEDICORUM
Ad
GAMMAROLOGIAM
CURIOSAM.

I.

NOscitur Ungue Leo: sed Tu Claris-
sime SACHSI
Evadis docto Nobilis Inge-
nio.
Ingenium doctum monstrarunt edita Scripta:
Porro HOC, Ingenium nobile, laudat OPUS.
Laudat Opus quivis Physeos scrutans Bona-
Cancris
Quod de tardigradis scribere pèrplacuit.
Sic pergens Scriptis famam amplificare, citato
Non tardo, scandes culmina celsa, gradu.

Lipsiâ transmittit

JOHANNES MICHAEL
Ph. & Med. D. PP. in Acad.
Lips. Facult. Medic. Decanus
Academiæ Senior, & Archia-
ter Electoral. Saxonicus &
Ducalis Altenburgicus.

II.

In Novum de CANCRO Opus
Nobiliss. Viri
D. PHILIPPI JACOBI SACHS à Levvenheimb. Collegii Naturæ-Curiosor.
PHOSPHORI.

1.

JAm nova Naturæ recitas miracula, SACHSI,
Et CANCROS æquis passibus ire doces:
Ad veteres retro tuus hinc progreditur annos
ASTACUS, & laudes prospicit inde tuas.
Sicque remota secat chelis*, sic *CANCER* in orbem
Tecum perpetuis itque reditque viis.

* *Sax Danis forficem & chelas notat.*

2.

Ad Illustre Collegium Naturæ-Curiosorum, ejusq; Insignia.

Pergite dilecti Musis, & pignora Pindi
Abdita Naturæ Delitiasque sequi.
Volvite quæ monstrat patulus Liber iste sagaci
Lumine, quæ cœcis pagina cœca fuit.
Annulus æternum spondet cum Lumine Phœbum,
Copulat & cœlo nomina lecta Deus.
Si tanta hic Oculos Naturæ munera donat,
Si dederint geminos Numina, quanta forent?
PHOSPHORE, prome Oculos, & rebus nubila deme,
Fulgeat ut duplici sidere Fama Tua.

αὐτοσχεδιάσθη ex prædio meo Hagensted

THOMAS BARTHOLINUS D.
Sac. Reg. Maj. Dan. & Norvveg. &c. in Acad. Hafniensi Profess. Honorar. & Facult. Med. Decanus Perpet.

Excellentissimo Nobilissimoque Viro

D. Philippo Iacobo Sachs à Lewenheimb. Medico Vratislaviensi Ingeniosissimo suam Gammari Historiam publicæ Lectioni exponenti

Gratulatorii Extemporales.

QUem tam venustum es nactus heic Interpretem,
Illimium hospes rivulorum *Gammare*;
Qui Te tuis sic omnibus coloribus
Pinxit, tuam sic fecit indolem palàm
Altè involucro utut sepultam saxeo?
Quid quæris? Est is SAXO, saxa lynceo
Visu penetrans, ingenIque lumine;
Qui tot beandus, scripta propter, laureis
Ab Universo CURIOSORUM Choro,
Quot ova subter Gammari sunt tergore.

Observantiæ ergo L. M. Q. ponebat
Lugduni Gallor.
CAROLUS SPONIUS
Doct. Med. Monspel. Colleg.
Medd. Lugdun. Aggregatus.

HIstoriam VITIS *Tua nuper scrinia nobis*
Non absque Ingenii laude dedere Tui:
Nunc etiam ex Cancris *rarâ* vulgaribus *arte,*
Næ! non vulgares eruis Artis opes!
Donec erunt gratæ pendentes vitibus Uvæ,
Retrogradusque suas Cancer amabit aquas;

Gratus

Gratus uterque Labor Doctis, vel judice Phœbo,
Atque tua laudis Fama perennis erit.

è Francofurto ad Mœnum
JOH. DANIEL HORSTIUS
Archiater Haſſo-Darmſtad.

QUid Teutonorum *ſpernimus amplius*
ſubtilitates; quodque Itali *greges,*
quod Gallus, Anglus, *aut* Batavus
protulerit vafer, oſculamur!
Haveius *acer, non nego, prominet,*
Helmontiusque *Gallia quem ſtupet*
Carteſius, Kircherus *ingens*
Italiæ decus, atque Linden.
Sed Teutonorum *parco ego nomini;*
quod magna vitam pars quoque nunc trahit,
ut nominare vel nec ullum,
vel deceat numerare cunctos.
Sed nomen illis ſecula proferent
ventura quondam: mox veniet dies,
quo gloriam quicquid moratur,
invidiæque venena ceſſent!
Vos, CURIOSI, *tantum ego dixero,*
quos Anglicanus ſuſcitat impetus,
collegiumq. Londienſe
dat generoſum animis calorem.
In CURIOSIS *præcipuum decus*
TE, *Magne* SACHSI, *nunc ego nomino,*

Cui

Cui sors dedit non cæca certe
Auspicium & specimen dedisse.
Nunc rursus ardor prodiit IngenI
Illustrioris, Teutoniæ decus
Tu perge vindicare porro,
Gloria jam Tibi serta nectit.

Honor. & benevolentiæ monumentum f.
JOHANNES THEODORUS SCHENCKI Med. D. & Prof. Publ. in Acad. Jenensi.

NEctare qui primo convivia nostra beasti,
Nunc simul & mensæ ponere dona cupis:
Ex variis placuit CANCROS apponere: rectè!
Piscibus enectis nam dare vina decet.

ludebat
è Suinfurto Francorum
JOH. LAURENTIUS BAUSCH Med. D. Physic. Reip. Patriæ Colleg. Nat. Cur. Pr. & Jason.

ARcana Regum & Principum
Vulganda nullo sunt modo:
At quæ DEUS Ter Maximus
Fecit patente dextera,
Sunt omnibus Mortalibus
Narranda, & usque ad lucida
Cœli sereni sidera
Summis vehenda laudibus,

Sic

Sic Sanctus ille Spiritus
Totum genus mortalium
Monet Sacris in Litteris.
Quod omnibus fidelibus
In sede cordis intima
Hærere debet perpetim,
Parata quò sit omnibus
Dei benigna gratia.
Quapropter *Artis strenue*
Cultor, mederi quæ docet
Tristissimis languoribus
SAXI, mihi charissime,
Tui favoris nomine
Arcana cum Tu divitis
Rerum Parentis munera
Rimeris, & in publicum
Edas, amore Proximi
Permotus, idcirco facis,
Quod Spiritus Sanctissimus
Zelo severo præcipit.
Vitem ferentem Uvas satis
Doctè, peritè, & ordine
Bono explicasti, jam pari
cum laude mutos *Gammaros*
Studes docere publicè.
Sic perge quæso scribere,
Amice jucundissime;
Nam nominis sic gloriam
Tibi parabis maximam.
Virtus enim & *Scientia*
Non majus optant præmium
Quam sempiternam *Gloriam*?

Huic

Huic quippe maximus Sophum
In Ethicis primum locum,
Externa si spectes bona,
Æquissimo dedit modo.

Argentorato transm.

JOH. ALBERTUS SEBIZIUS
Med.D.Prof.P. & Physic.

De
Clarissimi Authoris
Ampelographia & Gammarologia.

DOctorum, SACHSI, *verè es* Pincerna Cocusque,
Namq; sitim *nobis eximis atque* famem.
Mentis nempe sitim *nuper* Tua Vina *fugabant*,
Nunc epulis pelles, Gammare *scite*, famem.
Ergo Tuis *quis non* vinis *velit* ebrius *esse?*
His *animi dapibus non velit esse* satur?
Gammarus Ambrosiam, Nectar *Tua* Vina *propinant*
Nectare *es hinc*, SACHSI dignus *&* Ambrosia.

è Riga Livonum
NICOLAUS WITTE Med
D. S.R.M. Sueciæ Archiater &
Physicus Rigensis.

PRæclare PHOSPHORE ille Curiosorum,
Amice SACHSI, stirpe natus è clara,
Quem Saxo nomine & suum sibi honore
Poscit, sed alma nostra Bresla conservat,
Pietate saxeum, sed arte gemmatum
Collegii quam ritè perficis Leges
Dum laudibus vitem suis maritasti?

Nunc

Nunc Astacos quærente Luce producis:
Quod ima constet, atque summa rimari
Oculo sagaciore, mente sublimi,
Sed non nisi utile atque dulcibus mistum.
Sic PHOSPHORUS Collegio Suo dignus:
Sic PHOSPHORO Collegium Suum dignum.

applaudit Buxovillæ Alsat.
SALOMON REISELIUS
Med. D. & Archiater Hanov.

SAxonici Cancros *apponunt ante secundas*
Mensas, quas ornant Vitis & Uva recens.
SACHSIUS hic contra, *Naturæ arcana repandens*
Silesio *more ac ordine vertit opus.*
Οἰνογεώφων Vitem *primum produxit in orbem,*
In lucem nunc dat Καρκινογεωφίαν.
Scilicet haut ventres, sed mentes esurientes
VINIS & CANCRIS SAXIADES *reficit.*
Ergo refert nihilum seu primum Vitibus *ornet;*
An. Cancris *hominum pulpita docta suis.*
Laudo illos, Cancris *qui dum vescuntur aquosis*
Affundunt stomacho fortia vina *suo:*
Cur non laudarem potius tuum, Amice, laborem,
Naturæ in disco quem tua Musa dedit.
Laudavi Vitem, *quam docta Minerva serebat,*
Laudabo Cancros *ore decente tuos.*
Quorum, SAXIADE *præclare, mereris utroque,*
Posteritas ferat ut nomen ad astra Tuum.

Nobiliss. Dn. Authori Fautori ac Amico suo integerrimo ponebat hæc HALIS Saxonum
VALENTINUS ANDREAS MOELLENBROCCIUS D. & Halensium Poliater,
Colleg. Curios. Pegasus.

ET *Mare* turbatum, curvosque advolvere fontes
Cancrorum ex rivis omnibus agmen edax
Viderat *OCEANUS*; Miseri, quid quæritis? inquit,
Hîc vestro errori nulla medela datur;
SACHSIUS & nostras; quò vos fugistis abyssos
Scrutatur, terras viscerat atque Polos;
Ferte pedes retrò, raptique ad limina nota,
Dicite mellifluo talia verba Viro:
Vivat, io! *SACHSI* Virtus Heroica, Vivat!
Vivat & à cœlo præmia digna ferat.

F. Schvvinfurti
JOH. MICHAEL FEHR D.
Acad. Nat. Cur. p. t. Adjunctus, Argonauta dictus.

EPIGRAMMA
Ad Celeberrimum Authorem,
Amicum suum Magnum.

QUanta in Naturæ gremio sit gaza reposta,
Quam, licet in minimis, maxima dona ferat,
Tardogrado in Cancro *monstras, Clarissime* SACHSI,
Sic etiam in minimis maxima dona refers.
Quod si in Naturæ penetralia tendere perges,
Fiet ut è minimis maxima dona feras.

scribebat Thorunii Boruss.
GEORG. SEGERUS Phil. & Med. D. hujus Facult. apud Basileens. Assessor & Reip. Thorun. Physicus Ordin.

Cun-

CUncta rapit Fortuna, tenemus quicquid in Orbe
Pectoris exceptis Ingeniique Bonis:
Illudunt rabiem Martis, nec mortis acerbæ
Vim metuunt, nescit vivida Fama mori.
Hoc celebris monstrat Doctorum *SLESICA* tellus,
In turbis mediis florida Teutonicis.
Ordine præcedunt *MARSILIUS*, atque *CURÆUS*,
MOIBANUS egregius, *WIRZIUS* atque *NIGER*,
Cæsaribusque Tribus Medicinâ *CRATO* probatus,
LANGIUS his nullis dotibus inferior.
Hippocratem clarè & Galenum contrahit arte
SENNERTUS Medicis Bibliotheca valens.
SCHOLZIUS & *DOERING*, ac cœtera Lumina quæ sunt,
Sic pariter fama *SACHSIUS* orbe patet.
Vitis ut Arboribus decori, sic Grammata docta
Prodita de *Viti* Te decorant Medicum.
Plus Te nunc tradent *Cancrorum* dogmata famæ,
Abdita Naturæ qui ingeniosus adis.
Mors *Saxis* veniet, sed *SACHSIUS* effugit illam,
Post cineres linquens hæc monumenta sui.

è Schafhusia Helvetiorum

JOHANNES WEPFERUS
Med. D. Fac. Medic. Basil. Ass.

CArcinus *Herculea pressus virtute, relatus* Colum.
Inter cœlestes *dicitur esse* faces:
Sic Tuus *iste* Labor, Præcellentissime SACHSI,
Æquora *non innat, nec modo serpit* humi.
Compressus terso sollertis acumine mentis
Fervescens *inter sidera clara micat.*
Dum de retrogradis *doctâ compagine* Cancris

 Pan-

Pandis & Astaciis nobile, Fautor, opus;
Retrogradus *Tuus haut*, haut *unquam* Lumine cassus
Nominis & Famæ fulgor & ardor erit.
Proroget extensis Cancer cita Brachia Chelis:
Omnibus & Nervis surgat ad Astra Tuus.

è Leutschovia Super. Hungar.

Amico & Fautori suo eximio
DAVID SPIELENBERGER
D. Leutschov. Hungaror.
Physic. Ordin.

De Cancris SACHSIANIS
Epigramma Extemporaneum ad Authorem.

SUnt † loca, queis Ambræ grata dulcedine Cancri
Longam sæpe solent exsatiare famem:
Cancer & est mea Sors, mihi sed quæ hoc Dulce lerequit,
Ut Scripto vescar, Dulcis Amice, Tuo.
Tales porro cibos Doctis apponere perge,
Sic quodcunque aliud Nectar amaror erit.

transmiss. Hamburgo à

† Joh. Faber Lynceus apud Francisc. Hernandem in Hist. Mexic. p. 566.

JOH. DANIEL. MAJORE
Ph. & Med. D. Theoret. Med. &
Botan. Prof. in Nova Chiloni
Acad. Nat. Cur. Hespero.

In Gammarologiam
D. Philip. Jacob Sachſii Colleg. Natur.
Curioſ. Phoſphori.

OCtipedis *Cancri* ſcripta eſt *Natura* libello,
quem publicat nunc SACHSIUS,
SACHSIUS, in Medica longe celeberrimus arte,
quod dixerim præfiſcine.
Volvite queis ſtudium curæ, queis Perſica cordi,
& ſæpius revolvite:
Sic erit in veſtro firmata Scientia corde,
quæ *ſanitatem* protegit.

D. PAULUS AMMAN Uratisl.
Facult. Med. Lipſ. Aſſeſſor, P.P.
& Collegii B.M. Virg. Collega.

QUis fuit, in menſis primus qui ponere Cancros
Auſus, & armatas ſumere dente Dapes?
Certè dura fames fuit, aut veſana libido;
Hæ variis veſci nos docuere cibis.
At nunc ne dubita, Tibi SACHSIUS hoſce paravit,
Pro guſtu ut faciant, proque ſalute tua.

fac. Schvvinfurt.
ELIAS SCHMIDT D.
Acad. Nat. Cur. Adjunctus.

Ad Nobiliſſ. ſuum D. Doct. SACHSIUM,
Curioſ. Natur. Scrutat. Curioſiſſim.

DUm linquo retro Carpathon, & procul
Turres Poſoni reſpicio mei,
In Pannones dum fulminatos
Vulnifico pluit aura nimbo,
Dum dorſa lenti Danubii premo,

Enses Geloni dum fugio truces,
Carmen petis, dilecte SAXI,
Meque jubes cecinisse mæstum.
Te nempe Fatum trux latet, aspero
Nisu procellas quod jacet, & domo
Pellit vetustos heu! Colonos,
Per Mahumetigenas feroces.
Hinc concitato pectoris impetu
Nitente mentis remigio volas,
Natura quâ dives patescit,
Et laticum latebras pererras,
Caveri receptus, & loca Gammaro
Referta. Nomen unde decus Tuum
Perenne captat; Fama quippe
Sidereo caput æquat orbi.
Felix quieta mente quod incubas,
Amice, raris non trepido gradu
Urgendo Naturam. nec inter
Ambiguas fluitare causas
Persuasus. At me vertere dum solum
Formidolosæ bella Propontidos
Cogunt, dolenter suasque curas
Deque habeo mihi tam probatas.
...d est ferendum. Tu magis indies
...cresce Famâ. Laurea Gloriæ
Te comet, & conchyliata
Pulcher honor redimet coronâ.

Posonio Hungaror. excedens ex fugitiva navi A. 1663. m. Octob. deproperavit ad Straubingam
MARTINUS CHRISTOPHORUS MEZGER, Med. D.

In

In Ampelographiam & Gammarologiam Nobiliss. & Excellentiss. Dn. Authoris Collegæ Naturæ-Curiosorum felicissimi.

QUi Tua, *docte*, bibit, *Naturæ Academice vina*,
Appetit & *CANCRUM*, *dulcis Amice*, Tuum.
Cancrum, quem totum Medicinam novimus; ast qui
Vindice Te, multis nunc Panacea cluet.
Funde *merum*, dictasque *Dapes* appone libellis,
Quos Natura Tibi scribit & Ingenium.
Confluit ad cœnam tam doctam Academicus Hospes,
Confluit ægrotans, quique medetur ei.
Lautior haut posset Convivis mensa parari:
Nectar eis Vinum est, Gammarus Ambrosia.

Gratulatorium hoc qualecunq; Epigramma
L. Mq; deproperabat

FRIDERICVS ORTLOB
Ph. & Med. D. Diœces. Namslav. in Siles. Ordinarius.

DE Cancris cur quæso placet Tibi scribere, SACHSI,
An non scis, Cancrûm vile quid esse genus?
Exosum, fœdum, crustatum, solifugumque,
Turpe, solo repens, corpora retro legens.
Nonne genus morbi quoque Καρκίνωμα *vocatur*
Immedicabile, quod Naso Poëta canit.
Quid quod Aristophanes obliqua volumina gressus
Cancrini verso pollice damnat? ita.
Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν
Οὐδ' ἐπὶ τῷ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν.
Καρκίνος λαγὼ δ' αἱρεῖ *proverbia dicunt*,

Tardi-

Tardigradus Cancer quod leporem capiat.
Cancrisare viros scripsit, qui fallere dixit,
Cancrisare etiam te vaga turba feret.
Ast ingens animus, genuit quem mascula virtus,
Temnere stulta facit, noscere docta facit.
Subnigris mihi crede latent pulcherrima crustis,
Quæ Natura parens clausa latere cupit.
Et quid? mox rubro se tinget crusta colore,
Interiora tenet candidus extra color.
Exuvias ponens quovis juvenescit in anno,
Vitæ immortalis symbola vera parit.
Est Martis soboles generoso sanguine nata,
Bellicrepis chelis belligerare volens:
Alciden petiit, plantamque apprendit ad undas,
Nec timuit, timuit quam Polus atque solum.
Contrivit miserum meliori sorte beandum
Alcides Cancrum. Sed quid? ad astra venit;
Quo pretio Cancrum sibi vellet Juppiter esse,
Monstrat dum sedis culmina Cancer habet.
Luna domum posuit, sibi prospera spondet in illa,
Ergone vilis erit, quem Polus ipse colit?
Macte animo! nec verte gradum, Doctissime SACHSI,
Exprime, quod Cancer celat, aprica petat.
Rimari dotes, naturam perge secando,
Interiora vides? interiora dato.
Sed si forte times rabiosos dente canino
Morsus, quos Momus figere sponte solet.
Ne timeas, similes Cancer Medicina retundit,
Viscera præservans, hic medicamen erit;
Et Te Patronum Cancri super astra locabit
Juppiter & Virtus Cynthia dona feret.

Fam

Fama Tuum nomen cunctis celebrabit in oris,
Et vehet in Cancrum parta Trophæa Tibi.

Applausit Honoris & Amoris
ergò

WENCESLAUS MAXIMILIANUS
Ardensbach de Ardensdorff Silesio
Oppoliens. Philos. D. J. U. & Medicin.
Licentiatus, Ducatus Oppaviens.
p. t. Physicus.

AUTHORIS
Epigramma ad ZOILUM.

ZOILE quid rodis genuino dente *Locustam*,
Cornu & dente minax ne petat ora, cave.
Toxica si spargis *Saga* ceu *Locusta* maligna, (*a*)
Pasta salutiferis nulla venena timet.
Spicula frangentur Linguæ, Dentesque canini,
Saxeus est cancer cortice, saxa sapit.
Desine furtivis manibus lacerare repentem,
Forcipe vindictam sumere Cancer amat.
Qui prudens faueat Cancro, Ranis gerit ille
Spicula dira malis, non nocitura Bonis.
Cordatos satiet Cancri sapidissima pulpa,
ZOILE sed maneat Tegmen inane Tibi.

(*a*) *v. Sueton, in Neron. Juv. Sat. 1. v. 71.*

PRÆLOQUIUM AD LECTOREM AMICUM, BENEVOLUM, CURIOSUM.

* Ampelographia Authoris de Vite vinif edita Lipsiæ 1661.

ANnus jam fere agitur quartus, ex quo COLLEGII CURIOSI jussu Vineam curiosius intravi, & ex diversissimis Palmitibus nobilioribus racemos prægnantes decerpsi, ostendi

- quam concitet iras
Fervidus, inq; cadis celebrarit ut Orgia Bacchus,

propinavi Poëtis Laticem acceptiorem Hippocrenes fonte, Philosophis ingenii acutioris susci-

suscitabulū, porro ex Vini dextro usu Ægris Panaceam quandam monstravi, & in quibus morbis ab eo, tanquam à Toxico Cannibalico, ipsis cavendum sit; denique oleo vini Arthriticis solatium, Spiritus Vini genuino usu vitæ longioris terminos, tartareorum remediorum cumulo non tartarum malorum, sed abyssum salubrium remediorum prævia Clarissimorum Medicorum Authoritate exhibui. Exantlato hoc labore suaserunt & persuaserunt tandem Collegæ Curiosi, ut Gammaros seu Cancros meæ inquisitioni & exossationi subjicerem, quod illi Aquis egressi, tanquam frigida & exanguia Animalia, pro meliori coctione vini conditura opus habe-

haberent, congruum itaque, ut me Promocondo Gammari isti convivio Litterario Curioso, ubi ad varios instruendos missus ab unoquoq; Collega symbola afferenda sint, sisterentur. Nolui, quamvis Praxeos Medicæ occupationibus satis distractus, Collegarum desiderium subterfugere, approximans itaque torrentibus & rivis, inde lento gradu fluvios, majoraque flumina accedens, ad captandos Gammaros, stupefactus hæsi fixis oculis & pedibus, tanquam ad Medusæi capitis aspectum, dum Gammarum lapideâ duritie crustam commutantem in marmorescentis aquæ pavimento conspexi. Remorabatur susceptum iter, laboremque, saxeo cor-

Dissertatio Historico-Medica de miranda Lapidum natura. edita Jenæ 1664.

cortice munitus Cancer,& miranda Lapidum aquarumque Lapideſcentium Naturam curioſiùs aliquantulum indagando opellam collocare coegit. Vix hoc ſoluto lapideo vinculo dum Gammarorum ulteriori inveſtigationi me rurſus accingo,& ad mare propero, Locuſtarum, Squillarum, Pagurorum, reliquorumque cruſtatorum turbas & turmas inviſurus, & quâ ratione cum Gammaris noſtris fluviatilibus conveniant, vel diſcrepent inquiſiturus, fluminis impetu,ventorumq; vi abrepta cymbula mea æſtu Oceani vicinior, in profundiſſimos Oceani voragines propellitur. Procelloſis itaque Oceani undis

undis imperitus ego Nauta illa
plus, attonito

- ſteteruntque comæ vo
faucibus hæſit;

Oceanus Macro Microcosmicus de circulatione ſanguinis editus Vratislav. 1664.

Sanguis qui impetuoſo & citat
ore curſu mox cordis ſinubus in
fundi, mox in Arteriarum cana
les rurſus propulſus decumana
pugnas inſtar fluctuum excitar
videbatur, Analogiam currenti
um Aquarum ex & ad Ocea
num in Macrocoſmo cum ſan
guine ex & ad cordis Microco
ſmicũ Oceanum remeante pe
nicillo Litterario adumbrare
Author ſuaſorque fuit, licet per
aliquod temporis ſpatium rur
ſus ab Aſtacorum & Cancro
rum captura deſiſtendum fue
rat. Mirabar

Sica

Sicaniæ quis desertis fornacibus Ætnæ
Vulcanus molles per corpora suscitet Ignes.
Porro etiam humanos agitet quis spiritus artus;
Unde hinc purpureus venas, hinc lacteus imber
Irriget, in fontes quæ causa recedere jussit
Sanguinis assiduo remeantia flumina motu.
Mirabar, diversæ
Corporis ut nostri coeant quo fœdere Zonæ.

Tandem felici & secundo vento per subterraneos canales redeunte cymbula Gammaris capiendis destinata, feliciter ad dilectæ Patriæ Viadri fluenta emergit Locustarum, Squillarum &

Cancrorum præda onusta. Qui-
bus dum Gammari Viadrini Lit-
torum latibulis extracti ad co-
gnoscendam interiorem omni-
um fluviatilium Cancrorum fa-
bricam, naturam, indolem &
multivarium usum, associantur
Rete explicandum, &c, Benevole
Curiose LECTOR, exemti Fa-
mem curiosam ut eximant, Tibi
donantur. Si ventriculum etiam
nacti fuerint forte delicatioribus
saltem assuetum cibis, fastidien-
tem animal hoc crustaceum pri-
mo aspectu quidem horridum,
sed sub quo tegumento, secun-
dum Academicorum INTRO-
NATORUM Lemma: ME-
LIORA LATENT studui, va-
riâ conditurâ ex optimis, rariori-
bus & secretioribus Authoribus
mutu-

mutuata quovis modo ſapidiorem reddere Gammarum, & rubro colore purpuraſcentem ad majorem ſuſcitandam orexin. Feliciter fruere his epulis Litterariis, & qui ſanus ſanum, & genuinum Gammarorum uſum addiſcas; ſin corpore infirmus, Panaceam quaſi quandam invenies profligandis plurimis malis exoptatiſſimam; ſi mente ægra accedas, prorſus abſtineas rogo, ne æruginoſo & bile tumenti ventriculo illapſus nauſeam moveat, & penitus corrumpatur:

- ægro namque optima ſæpe palato
Inſipida, at SANIS SIT PLACUISSE SATIS.

Tabularum anearum Index.

LIBER PRIMUS
Conſideratio Gammarorum & Cruſtatorum Phyſico-Philologico-Hiſtorica.

CAPUT I.

DE NATURÆ, ET COGNITIONIS NATURALIS PRÆSTANTIA.

§. I.

Natura ab Ethnicis pro Deo culta.

GEntiles Cymmeriis Ignorantiæ veri divini Cultus tenebris immerſi *Naturæ* ſtupendam varietatem, pulchritudinem inæſtimabilem, & miranda ejus opera aſſpicientes, ignorantes

Naturam ab altiore Principio, Deo scilicet triuno & creatam esse, & gubernari ab Eodem primo & ultimo Motore *Mundum* seu *Naturam*, aliis rerum Universiatem, Φύσιν κοσμὸν καὶ τὸ παν dictam, non solum animo & sensibus præditum putarunt, sed & teste PLIN. l. II. c. 1. Numen esse crediderunt æternum, immensum, neque genitum, neque interiturum unquam. Quare & divinos Cultus tam universæ *Naturæ*, cujus circumflexu tegentur omnia, quam Partibus ejusdem exhibuerunt. In κοσμολατρεία Mundus sub Panis, Jovis, & Priapi nomine in χρονολατρεία Saturnus, Janus, Horæ in ὀυρανολατρεία, Cœlum, in Ἀστρολατρεία Sol sub Phaëtontis, Phœbi, Apollinis, Beli Titanis, Hori nomine cultus; Aurora ansam præbuit, Ἡλιολατρείας, Luna Σεληνολατρείας, Ignis sub Vulcano πυρολατρεία Lux Φωτολατρείας Aër sub Junone Ἀερολατρείας, Venti sub Æolo Ἀνεμολατρείας ut latius hæc omnia deducit Antiquitatum celeberrimus Indagator *Gvil. STUCKIUS de Sacrific. Gentil. p. 16. seq.*

In specie Terra & Aqua.

§. II. Iidem Gentiles cum *Tellurem* inhabitarent, adeoque omnia in *Terræ* & adjacentis *aquæ* globo (qui oppo situ globo cœlesti hoc est æthereo & aëreo contenta propius in eorum sensus incurrerent

rerent, adeo ejus admiratione capti fuerunt, ut censente *Gerard.Vossio de Orig Idol. l. II. c. 51. p. 589.* primam ex Elementis *Tellurem* laxè sumtam in Deorum numerum retulerint, imo in *Tellure* universam coluerint *Naturam.* Eandem *Terram* quasi Naturæ principium passivum (ut Cœlum, Saturnus Rheæ maritus, & inprimis in Cœlo Sol principium activum) vestam & præcipuè Bonam Deam, Matrem magnam vocarunt, quia matris est parere& uberibus nutrire, ut sic eadem

Dici ex Mammarum maxima Mamma queat.

Et huic uni (*Terræ*) inquit *PLIN. L. II. c, 63.* partium Naturæ eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Longius foret enarrare quam ingeniosè Ethnicorum Sacrorum mystæ Poëtæ sub cortice fabularum, fabula Vestæ, Atys & eorum Sacris Naturæ mysteria involverint, enucleavit hæc omnia magnus *VOSSIUS l. a. cap. 54.* præcipuè, *NATALIS Comes Mytholog passim*, & de, Nilo Apis Osiridisque velo obumbrato *FORTUN LICETUS de Lucern. Antiq. L. VI c. 87.*

Nec contenti Telluris generali cultu, sed & *ὑδρολατρείας* Aquarum cultum, *Zωολατρείας* item tam volucrium quàm qua-

drupedum animalium & reptilium, & pisci-um & insectorum, stirpium denique & me-tallorum tandemque hominis ipsius sacra introduxerunt, uti fusius hæc omnia *STIL-KIUS L. a.p. 23 seq.*

Natura à Christianis alio modo colitur.

§. III. Alia longè luce clarissimâ sacræ scripturæ irradiatis *Christianis* Mundi Re-rumque Naturalium contemplatio, qui non solum ipsas res creatas, sed potius miran-dam mirantur Cosmotechnitis omnipo-tentis Creatoris Sapientiam, tam mirandam Ejusdem in Conservatione Gubernationem tam stupendos nunquam senescentis aut effœtæ Naturæ Jehovæ ancillantis effectus & opera.

Naturalis cognitio est divina.

§. IV. Hinc nulla curiositas *Homini Chri-stiano magis digna* contemplatione Rerum Naturalium. Si Theologiam demas omni-um scientiarum hæc præstantissima, nulla latior, excellentior, placidior, certior, uti-lior, imo ausim dicere *divinior*. Amplum sane in Physicæ materia sapiendi Curiosi-tas privilegium nacta est, dum non serpit, non humi sistit, sed vel summissus ad Ver-miculum obtutus mentem ad Cœlum trans-vehit, ut cogamur Authorem extollere, qui in tam humilibus, tam parvis simulachrum aliquod suæ magnitudinis, suæ immẽsitatis, nescio dicere an circumscripserit an dila-

taverit.

taverit. Et cùm omnia summa sapientia digesta esse non à se, perspiciant, nihilque seipsum Authorem agnoscat, ergo ab aliqua Summa mente oriri necessariò concludere possunt.

§. V. Nec Physicæ contemplationi ulla *antiquior*, siquidem *primus* hujus Philosophiæ Antecessor & *Doctor* fuit ipse *Deus*, primus Discipulus Adamus, primus homo, ut nulla alia fuerit eruditio in innocentiæ illius seculi conditione. Est antiquissima.

Tunc indiscretis primus sua nomina plantis
Divini Effigies vultus & stirpis Origo
Terrigenæ ADAMUS *posuit. carosque Nepotes*
A Medico doctus cœli terræque potente
Pallentes docuit lenire & pellere morbos.

§. VI. *Nobilissima* quoq; *cõtemplatio rerum Naturalium*, siquidẽ & summi *Reges* amatores ejusdem fuisse Historiæ attestantur. Numidia exhibebit testes, *Jubas*, Sicilia, *Hierones*, Macedonia, *Archelaos*, & Oriens, Orbis Dominum, *Alexandrum Magnum*: qui si non ipse scripsit, dedit tamen fecitque ut scriberet Aristoteles. *PLIN. VIII. c. 16*, & ejus liberalitatem in hoc studium enarrat *ANT. MIZALDUS L. I. memorab.* §. 37. Quis *Gentium* Illyriæ Regem, *Lysimachum*, *Telephium*, *Teucrum* Reges nescit Gentiana, Lysimachia Est Nobilissima. Exculta à Regibus.

Telephio Teucride herbis vindicatos obli
vioni? *Artemisia* Regina *Helenaque* Helenio
& Artemisia repertis celebratæ. *Mithrida*
tem magis Antidotum à se adversus venena
compositum quam gesta bella peritia lin
guarum, & opes felici posteris commenda
vit Encomio. Omnium absolutissimus Phy
sicus fuit Sapientissimus Judææ Rex *Salo*
mon, de quo *I. Reg. IV. 33. 34. & L. Sapien*
tia VII. à. v. 17. usque 21. Is dicitur

--- quicquid terræ radicibus hærens
Incrementa capit, celsâ à Libanotide Cedr
Usque ad lanatum neglecto in pariete Mu
scum,
Ingenio lustrasse, ore enarrasse diserto.

& Heroibus.

Pariter & magni *Heroes*, sepositis laureati
vestibus dulcedine hujus studii deliniti tri
umphales Manus, Curiosos oculos men
temque adhibere non dedignati sunt; quo
rum in numero etiam Gentilium quidam
Dii, Semideique, *Apollo*, *Mercurius*, *Hercu*
les & *Centaurus* dequibus cum eleganti
versus *PISIS* in introitu Horti Academi
sub ipsorum effigie annotatos Anno M DC
L. præsens invenerim, nullo quod sciam, Iti
nerario insertos subjungere hic placet. Vi
debantur sequentes.

Sub Icone Apollinis:

Ph

Posthabuit plantis Cœlos & sidera Phœbus
Auspice quis tanto non simul arva colat?
Herbarum ut fieret Cultor descendit ab astris,
Tu verò Herbarum Cultor, ut astra petas.

Sub Simulacro *Mercurii*:

Quem non Oceanus tardat, non saxa morantur
Non retinent ventus, nubila, grando, nives
Mercurium *graviora Jovis mandata ferentem*
Per Campos retinet Mercurialis *Amor.*

Sub effigie *Herculis*

Herculeum Panaces *gestans pro robore duro*
Quid monet ALCIDES *ex Duce Cultor agri?*
Plura necari herbis quàm ferro & robore monstra

Ad picturam *CENTAURI* Herbam *PANACES* manu tenentis:

Ne moveat risum Chironis *cauda Magistri,*
Illa etenim magni Doctor Achillis erat.
Inventor PANACIS, *Smeritisque invectus Olympo*
Semideus, non jam semivir, astra tenet.

§. VII. *Amœnissima* porrò hæc *Rerum* Natu- Amœnis-

sima à viris Ingeniosis olim hodieque exculta.

Naturalium contemplatio adeo ut capti ejus dulcedine, plurimi Viri Eruditissimi omnem ætatem, omnes ingenii nervos, facultates omnes ad eam excolendam impenderint. *DEMOCRITUS* Abderitanus, teste *DIOG. LAERTIO* Physicus & Zoologus fuit accuratissimus, doctrinæ de Atomis Orbi sat notus Litterato, cujus libros posteritati invidens Plato comburere voluit, sed restitere Philosophi, tandem quod Plato designaverat Alexandri ope executus est Aristoteles. Senio itaque & Aristotelis invidia deperditum nostro seculo Democritum restituere conatus est *JOH. CHRYSOSTOM. MAGNENUS Burgund. Prof. Ticinensis in Democrito revivisc*ente. Quam curam lubentissimè in se suscepisset *CL. SENNERTUS* ni & occupationibus distractus, fato præventus ab eo labore abstinere coactus fuisset. Sic enim laudatissimus *SENNERTUS* ad amicissimum suum D. Döringium *Epist. L 8. Jun. 1623.* scripta: Atomorum & *συγκρίσεως* & *διακρίσεως* Democriteæ curam plane deponere non possum, & omnino puto diligentissimo Rerum scrutatori Naturæ factam injuriam & interpretes Aristotelis dum omnia ex primis qualitatibus deducere nos jusserunt in densissimum ignorantiæ lutum nos demersisse, è quo vix pedes extrahere possu-

Democritus.

possumus. Si unum saltim mensem aliis negotiis subtrahere possem, darem operam ut DemocritumRedivivum exhiberem, non sine posteritatis ut spero commodo: Video enim omnibus seculis fuisse quosdam, qui errores in philosophando annotarunt.

Hæc iste. Democrito successit *Aristoteles*, postquam prioris scripta ad fulcienda propria delevisset, qui sumptibus *Alexandri* multum laboris impendit in describendâ Rerum Naturalium Historiâ. Et sunt quidam, qui Aristoteli id ignominiæ signum inurunt, ipsum quoad Historiam Naturalem ex auditu fere saltim omnia annotâsse, aut furtum esse Salomonicorum librorum deperditorum *NIERENBERG. L.1.Hist. Natural.Peregr.c.2.* Sed oculatum in plurimis testem non aut tum ea conscripsisse defendit *OCTAVIUS FERRARIUS Mediol. in L. de Exoteric.p.67.* Quas insidias scriptis Democriti struxerat Aristoteles, easdem temporis injuria ipse expertus est; siquidem ex 50. libris de Animalibus quos scripsit, suo tempore adhuc vidit Plinius, major pars periit, ut notat *LICET. de Lucern. Antiq. L. VI. c. 21. f. 727.* Post, quæ Aristoteles conscripsit *PLIN.* majorē in arctum collegit, additis multis quæ Aristotelis seculo ignota, experta plurium annorum studio: Post

Aristoteles

Plininus

Ælianus. *CLAUD. ÆLIANUS* maximam curam & laborem impendit Hiſtoriæ Animalium, ut ipſe pluribus in Epilogo iſtorum librorum edocet. Solinus, *SOLINUS* qui à pleriſque Pliniana Simia vocatur, Plinii ferè Epitomator, pauciora faciens pauciora meruiſſe videtur.

Noſtro ſeculo. *Noſtro* & proxime Antecedente *ſeculo* (ubi ſtudium Phyſicum quod in mundi infantia & pueritia primum fuit, finito fere in orbem circulo, mundi in Senectute, præprimis reviviſcere videtur & ultimum conatum protrudere) Geſnerus. *GESNERUS* Germanorum Plinius inde dictus, & Ronde-letius. *Guil. RONDELETIUS* Prof. in Antiquâ Monſpelienſi meritiſſimus ampliſſimam ex hoc ſtudio ampliſſimis ſcriptis meruerunt laudem, quibus tandem ſucceſſit conſummatiſſimus & operoſiſſimus omnium *Ulyſſes* Aldrovandus. *ALDROVANDVS*, qui cum ipſius ſanitatis diſpendio adeo ſagaci oculorum & mentis venatura huic cognitioni incubuit, ut referente *PETR. CASTELLO Antvverp.* Medico *in Illuſtr. Mediç. Vit. p. 251.* in Senectute oculorum Lumine, Lumen hoc Litterarium, orbatum fuerit. *Is* ut *ipſe* fatetur *in præf. de Hiſtoria Avium* non ſolum ingentem pecuniæ vim in varias peregrinationes in diverſas Orbis regiones inſumſit, ſed & ob delineationem unico pictori per 30. annos

nos & amplius annuum ducentorum aureorum Stipendium persolvit.

Et ne *novus Orbis* á nostra cognitione exularet præter *Carol. Clusium Monardem*, *Acostam, Fragosum*, *Francisc.* HERNANDES Philipp. II R. Hispan. jussu orbem istum peragrans, Plinius quasi Indicus, curiose plurima annotavit, ex cujus M SS. additis aliis, quæ ab oculatis testibus acceperat, historiam suam *Naturalem Peregrinam* contexuit *JOH. EUSEBIUS NIERENBERGIUS* Prof. Madriti in Hispania. Eadem exotica *HUERTA* in notis ad Novocomensem Plinium exposuit, teste *PETR. à CASTRO in Bibliotheca medic. Erudit. p. 48.* pariter ut de herbis, Animalibus & Mineralibus in Nova Hispania decem Libris *NARDUS ANTON. REVEUS* & *FRANCISC. HEVCARDUS cum Commentariis Academicorum Lynceorum*, de quibus *LANCELLOTTI Tom. II. L'hoggidi disting. 18. p. 376. FRANCISC. XIMENES* Hispanicè 615. in mexico publicavit de Plantis & Animalibus mexicanis pariter ut *Gvil. PISO.* & *GEORG. MARGGRAVIUS* de Rebus Naturalibus Brasilianorum, ut taceam innumeros alios viros Eruditissimos, qui Rem Medicam lucupletissimi ingenii fœtibus locupletem & auctiorem reddiderunt. Novi Orbis Physici.

§. VIII.

Naturalis cognitio utilissima & necessaria Medico.

§. VIII. *Præprimis* verò *utilissima* immo *necessaria consideratio Rerum Naturalium Medico* ut verissima sit trita vox: ubi desinat Physicus ibi incipiat Medicus. Sed hæc non Generalem includit Physicam potissimum, ut præterito seculo Latino-Barbari aliique fecerunt, consultantes de materia prima, de Privatione, motu mundi, Æternitate, Orbium Cœlestium soliditate his aliisque disputationibus tempus terentes, relictâ parte speciali, adeoque cum vulpecula Æsopica Vitrum exterius lambentes, sed medico utilior specialior consideratio, quæ intimiora omnia perscrutatur, curiosa analysi corpora dissolvit, non contenta nudâ contemplatione sed post admotos attentissimos oculos, industriam, manum, usum dein & affectus salutares enarrat. De hac Physices necessitate Clar. *SENNERTUS in Epist. M S S. L.* (quæ Epistolæ diu ab excellentissimo *CAROLO SPONIO Med. D. & Anat. Prof. Lugduni Gall.* sollicitatæ, à me tandem ipsi transmissæ hoc ipso anno cum Doringianis Lugd. Gallorum prelo egredientur curâ felicissimâ Eruditissimi *Dn. Sponii*) Experientia meritò, *inquit*, in Naturalibus consulenda est quæ rem determinabit. Animadverto jam experientia edoctus, quid medicinæ nostræ desit, quæ tota Phy-

Præcipue specialis.

sicæ

ficæ innititur, & quàm pleraque principiis dubiis innitantur. Miror quosdam, rem hanc tam negligenter agere & quaſi nihil dubii in Natura, ſit in utramvis aurem ſecurè dormire immo ſi errorum admoneantur, quaſi canes in præſepi latrare.

§. IX. Hæc *Conſideratio Naturæ* rectè quidem hauritur ex Sapientum conſcriptis monumentis, mutila tamen eſt & manca, niſi accedat propria & ocularis inſpectio, eorum quæ in minerali, Animali aut Vegetabili Regno produxit Natura. Qui etenim ex libris & relationibus ſaltim Naturam cognoſcere laborant, eos *GALENUS* aſſimilare ſolebat præconibus, qui formam ac notas fugitivi mancipii, licet ipſi viderint nunquam, præconio tamen ſuo publicare ſolent, notas namque ab aliis accipientes eas proferunt; aſt ſi forte, quem præconio indicant, prope asſiſteret, ipſum tamen non agnoſcerent. De Naturæ arcanis ſemper ipſa Natura conſulenda eſt, ea arcanorum ſuorum fidisſima interpres. Qui absque hac Cynoſura Naturæ abyſſos ſcrutantur inexperti, ex concepta opinionis veriſimilitudine aut quod in ſcriptoris verba jurarint (cùm tamen præcedentes nos, non Domini noſtri ſint, ſed Duces monente *SENEC. Ep. XXXIII.*) audacter, & ea tanquam

Non ex Libris ſolum addiſcitur ſed experientia & oculari inſpectione.

quam certo cognita tanquam verissima pronunciant, unde non solum ipsi hallucinanrur, sed & alios in errorem deducunt. Ex innumero exemplorum numero sequenti capite delibare libet pauca quædam olim pro veris habita nostro seculo recte fabulis annumerata, & contra priscis fabulis ascripta hodie veritati consona.

Caput II.

FABULÆ quædam Physicæ Veritati restitutæ.

§. I.

Fabula est Salamandram igne non Comburi, Affirmantium sententia.

PRimum locum in hac scenâ exhibeat igniperda *SALAMANDRA*, quam injectam Igni, ab eo non consumi asseruit *ÆLIAN. L. II. Hist. Animal. cap. 31.* secutus potius opinionem *Aristot.* quam experientiam utpote qui *L. V. Anim. H. 19.* statuit, nonnullorum animalium corpora esse, quæ non absumantur igne, velut *Salamandræ*, quæ, *ut ajunt*, ignem inambulans, eum extinguit. De eâdem *NICANDER in Theriac. v. 957.*

Quæ rapidum & clare ardentem secura per ignem
Fertur, & absq; ullo meat indefessa dolore;
Nec quicquam flagrans gradienti illi efficit æstus

Vel

Vel ruptâ cute vel quacunque in corpore parte.

Plin. L. X. c. 67. magis nugatur, quando Salamandræ tantum rigorem asſcribit, ut ignẽ tactum extingvat non aliter quàm glacies, quæ verba ſua facit quoque *PETR. SERVIUS de Nat. Artisque miracul. p. 539.* Eodem falſo rumore deceptus *NAZIANZENUS* idem adſtruens *in vita Baſil. Magni*, *AUGUSTINUS L. XXI. de Civit. Dei c. 4.* Unde & *CLAUDIUS PARADINUS* Canonicus Bellojocenſis *pag. 19. Symbol. Heroicorum* R. Gall. Franciſci Symbolum fuiſſe narrat, Salamandram flammis incubantem cum lemmate: nudriſcoil buono & ſpengoil reo. *Alexand. GUAGNINUS* Veronenſ. peditum in arce Moſcoviæ finitima Vitebska præfectus, *in deſcript. Moſcov. f. CLXX.* refert, in Lappia Ruſſiæ Provincia, Montes eſſe eminentisſimos, qui ad Ætnæ ſimilitudinem flammas ſemper eructent, in quibus Salamandræ animalia non ſecus ac piſces in aquis, hæ in igne, vivunt, creſcere *perhibentur.* Recte *Martin. SCHOOCKIUS* Prof. Groningens nominatisſimus *in Fabula Hamelenſ. parte II. c. 19. p. 151.* Quando vocabulum apud Græcos *Φάσι*, apud Latinos *ajunt, ferunt*, narrationi immiſcetur, ſuſpectam eandem facere. In igne nullum animal

Negantium veri…

mal valet vitam ducere, inquit *ALOYSIUS PISAURIUS* de *prisc. Sapient. Placit. θ. 211. p. 3*
& quod de *Salamandra* & Vermibus Pyralibus
dicitur, ad fabulas rejiciendum est. Verita-
tem etiam suo jam ævo agnovit *DIOSCO-
RIDES* quando *L. II. c. 56.* describit Sala-
mandram, Lacertæ genus esse, quod falso
creditum non uri. Id explicat *GALEN. L.
III. de Temper. c. 4. Salamandra* ad certum
tempus ab igne nihil patitur, uritur tamen
si longius admoveatur, aut ut *NIEREN-
BERG, L. 4. Hist. Natur. c. 19.* exiguos ignes
refuso humore quidem extinguit, at vinci-
tur â magnis & visa est comburi. Hoc vel
suo damno expertus est *ANTON. MUSA
BRASSAVOLA* apud *LAURENBERG
Acerr. Philol. cent. III. hist. 88.* In ingentem
flammam conjectam brevi consumi, *MAT-
THIOL. Com. ad Diosc. II. c. 56.* ait, sed & in
modicum ignem conjectum *Salamandram*
ignem nec extinxisse, sed ipsam extinctam
fuisse, non sine gravi fœtore *Georg. STEN-
GELIUS* oculatus testis *de Monstr. c. 2. θ. 1*
testatur. *Ambros. PARÆUS L. XX. c. 20. Sa-
lamandram* penetrare ignem statuit, nihil-
que lædi per aliquod tempus, si verô diu
permaneat, consumto in eo frigido humore
absumi. Observavit accuratissimus Natu-
ræ indagator *Thom. BARTHOLIN.* Romæ
in

in ædibus Franc. Corvini artificium singulare quo Natura dictante *Salamandra* ignis ardorem elusit; evomuit namque guttulam liquoris, qua ignis fervorem temperavit, & moram duarum horarum in igne pertulit, sed non ita vehemente; uti testatur *Cent. II. obs. 50.* Flammis extinctam attamen mortuam non consumtam, *GREVIN. L. 1. de venen. c. 20.* immunitati ejusdem cutis asscribit, quæ quod limus sit, arcte insinuatus cuti longissime in igne absque læsione perduret. Quod de igne modico rursus intelligendum, sic enim Jesuita Herbipolitanus, notante curiosissimo *SCHOTTO. L. VII. mirabil. Animal. s. Physic. Curios. c. 8. p. 812.* dum esset Burdigalis in Gallia *Salamandram* projecit in ignem ex solis stipulis excitatum, quæ brevi extincta, non tamen absumpta sed instar corii ambusti corrugata. Comburuntur tamen majore igne totæ; experimento proprio confirmat id *JoH. JACOB MERCLEIN* paucis abhinc annis ex Indiis redux *in descript. Itiner. Ind. Or. p. 370.* in Insula Groot-Combuis dicta 5. milliar. à fortalitio Batavia distante plurimas *Salamandras*, quarum aliquas, ubi igni injecisset, vidit quidem flammam, quam corpore attigerint, dissecasse; attamen à circumjacentibus prunis, quanquam lente, penitus consumtas & combustas fuisse.

B §. II.

Fabula est dari Phœnicem. Affirm.

§. II. Quid apud Antiquos Scriptore vulgatius Fabula *de Phœnice* Ave unica in sua Specie, quæ sibi præsternat vivax altari *Phœnix*. Canente *PAPIN. STATIO Sylv. III f. 2. v. 114.* de qua *OVID. L V. metam.* & *l. 2. Eleg. 6. v. 54. CLAUDIAN L. epigrammat Ep.* 1. carmine proprio, *LACTANTII* carm. proprio* ex Historicis *SOLINUS Polyhist. C. XLVI.* (ubi videndus *JOH CAMERTES in Comm. p. 245.*) *DIO CASSIUS. L LVIII f. TACITUS L. VI. Annal. c. 28 §.* aliique plurimi Sacri & profani, quos citat *Casp. BARTHIUS comm. in Claud p. 971 f.* *G STENGEL. de monstr. c. 11. §. 3. SCHOTTUS Phys. Curios. part. 2. l. 9. c. 61. §. 1. f.* quin *Phœnicem* non figmentum esse; sed verissimam avem unicam in hac specie, eruditissimo tractatu probare annisus est, qui instar Commentarii in citat. *Lactantii* carmen *JOH. GRYPHIANDER* JCtus, Poëta & Historicus Jenensis *de Phœnice Jenæ 1618 4. edito.* Plurimi tamen Modernorum rectius statuunt, *nullam dari* ejusmodi *Phœnicem*, uti videre est apud *ALDROVANDUM L. III. de Avib. l. 12. ornithol. c. 28.* apud *Georg. Casp. KIRCHMAIERUM* Prof. Eloq meritissimum Witteberg. *in disputat Zoologic. disp. de Phœnice Witteb. 1661.* habita, *Anton. DEUSINGIUM Prof. Gröninganum* Eru-

Negant, verior.

ditissi-

ditiſſimum *diſſertat. de Phœnice.* Eandemque Avem negant *Gerard. VOSSIUS de orig. Idolol. L. III. c. 99. STENGEL. l. a. §. 3. p. 44. SCHOTTUS l. a §. 6. p. 1243.* & recte *JOH. Euſeb. NIERENBERG. L. 1. Hiſt. Natural. c. 15.* Turba quidem ſemper favit, Doctiores ſemper dubitarunt: quia enim hoc funus vitale & ceremoniam moriendi hactenus nemo vidit, nemo fide dignus narravit vidiſſe, quod videri poſſet, credendum non eſt. Et quamvis alii, ſi detur *Phœnix* cum *SCALIG. exerc. CCXXXIII.* Indicæ Avi Semendæ ea quæ de Phœnice dicuntur, aſcribant, non concedit tamen *Stengel. l. a. §. 4 p. 48.*

§. III. *Fabulam ſapit, Caſtorem ſibi teſtes amputare,* aut, ut *Cicero orat. pro Scauro* ait, redimere ſe ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur. Credidit Antiquitas, uti videre eſt ex *ARISTOTEL. L. VIII. Hiſt. Animal. c. 5.* & cum eo *PLIN.* (utpote qui Ariſtot. volumina in unum collegit & coarctavit, additis eorum quæ ignoraverat Ariſtot. cenſente *SCHOTTO in præf. L. VII. Phyſic. curioſ.*) *L. VIII. c. 30. ÆLIAN. L VI. Hiſt. Animal c. 33. SOLIN. Polyhiſt. c. XXIII. ÆSOP. in Apolog. APULEI. L. 1. met. ISIDOR. L. XII. Orig. c. 2.* ex Poetis *JUVE-*

Fabula eſt Caſtorem ſibi teſtes amputare. Affirm.

NAL. Sat. XII. v. 34. CAMERAR. cent. II. Embl. 93. 96. & ALCIATUS Embl. 152.

Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit, Unde *ORUS* in *Hieroglyph.* referente *RITTERSHUS. com. ad. L. I. Hal. oppian v. 398.* hominem sibi damna inferentem, *Ægyptii* castorem pinxerunt.

Negant, verior.

Sed *Rectius* jam suo ævo censuit *SEXTIUS* diligentissimus Medicus (ipso *PLIN.* fatente *L. XXXII. c. 3.*) in *de Medic. ex Animal.* quia testiculi parvi illis substrictique, ut sine vita animalis adimi nequeant; quod simul adstruit *DIOSC. II. c. 26. FRANCISC. VALLESIUS de Sacr. Philosoph. c. III. SCALIG. Exerc. CCXI. §. 6.* & quod expetitur à Castoreo, non sunt testes, sed potius tumores Inguinis, inter quos penis Fibri abscōditur *VOSS. de Idolol. L. III. c. 68.* aut vesicæ inguinis *PLATER. T. I. Prax. p. 646.* ovi anserini magnitudine, membranâ conclusi tumores, inter quos genitalia; hoc folliculo membrana tectos lingit Castor, ut id observavit oculatus testis *OLAUS WORMIUS Mus. L. III. c. 23.*

Fabula est ursam catulos lambendo perficere. Affirm.

§. IV. Figmentum, *URSAM catulos informes*, quos postmodum *lambendo perficiat.* Sic *OPPIAN. L. III. de Venat. v. 159. sq. &* 168.

ὡς Ἄρκτος λειχμῶσα φίλους ἀνεπλάσατο παῖδας

Sic Ursa lingens catos refingit catulos. De eâdem eadem memorant *ÆLIAN. L.II. c.19. PLIN. L. VIII. c.36. SOLIN.* Plinii Assecla *C. XXXIX. & JOH. CAMERTES com. p. 190. ARISTOT. VI. Hist. animal. c.30. Ovid. XV. Metam. v. 378. seq. ORUS in Hieroglyph. L.II. c.83.* Unde informes Ursi dicuntur *VIRGIL. III. G.* immo *ISIDOR. L. XII. Orig. c. 2.* Ursum dici putat quasi Orsum, quod ore formet Catulos, quem modum allegoricê Virgil. in Carminum suorum cura ea lambendo quotidie pronunciavit *AGELLIUS XVII. c. 10.* Sed quàm bonus Phidias esset Ursa, si sciret, quantum fœtibus demendum sit, quantumque relinquendum! Origo fabulæ, quod, cum Catuli sint valde implicati in secundinis, non nisi diuturna Lambendi opera exiis revelli possunt. *LOEL. BISCIOLA. Tom. II. Succis. L.14. c.14.* crassissimas etenim habent Secundinas. *Andr. LAURENT. L. VIII. R. Anat. c. 4 q.13.* Immo quælibet bestia catulos lambit, ut à sordibus puros reddat, *SCALIG. Exerc. 182. §. 2. DALECHAMP. ad Plin.* notat, sibi conspectos Fœtus Ursæ exenteratos nullâ membrorum parte informes, quod idem observasse venatores docet *VOSSIUS de Idolol. L. III. c. 54.*

Negant. verior.

& hodie Norwegos, dum prægnantes dissecant Ursos, perfectos invenire fœtus, laudatissimus *WORMIUS. muf, L.III c.23.* attestatur.

Fabula Laurum non tangi à fulmine.

§. V. *Veritati* indubitatæ non congruit, *LAURUM à fulminis ictibus esse immunem*: adeo namque amicam igni putarunt, ut fulmine non sit obnoxia, teste *PLIN. L. II. c.55. & L.XV. c.30.* sed ipsa experientia refellitur à *BRODÆO. miscell. L. III. c.* *LUDOV. VAIRO L.II. de Fascin.c.14. VOSSIO. de Idolol. L.II.c.12.& L.III.c.7* & irridetur Idem à *Patre LANCELLOTTI. in Farfallon. de gli Antich. Histor. c. LXVII. p.187.* Sic Laurum de cœlo tactam à Recentioribus observatum commemorat *SENNERT. Epitom Natural. scient. L. IV.c.1.2 pag.304.* vidimus ante paucos annos Laurum tactam à fulmine, inquit *VICO MERCATUS, Com. ad L.III. c.10. Arist.* Et fortasse millies alias hoc contingere possibile judicat *SCHOTT. in mirabil. meteor. L. XI. c. 20. §. 2.* nec tamen aut ab hominibus animadversum, aut à Scriptoribus monumentis librorum commissum. Quo alludere videtur *SAINT-AMANDUS* Gallicæ Poëseos Antesignanus quando de Heroë Mommorantio Tholosæ nostro seculo, quod contra Ludov. XIII. R. arma sumsisset, decapitato, canit:

Et

Et ce grand Phenix de guerrieres
Soubs une forest des Lauriers
N'a peu sé garantir de Foudre.

§. VI. Antiqui putabant, *Leonem* Regem bestiarum *exhorrere Galli cantum*, uti narrant *Ælian. L. VI. Hist. 22. PLIN. L. VIII. c. 16. PLUTARCH. L. de Invid. & Odio. ISIDOR. L. XII. orig c. 2.* causam rejicit *LUCRET. L. IV. v. 712 & 716.* in semina è Gallorum corpore inimica in Leonum oculos missa. Refert *GALEOTUS MARTIUS de doctr. promisc. c. 13. p. 03.* quosdam putare albos Gallos saltim Leones terrere. *Hodierno seculo* plerique totum *negant* hoc terrificium gallicinium. Testam adduco Eruditorum nostri seculi Jubar *GERARDUM VOSSIUM. Idolol. L. III. c. 53. p. 1017.* nostris temporibus, *inquit*, in Aula Serenissimi Principis Bavariæ unus ex Leonibus miris saltibus in vicinam cujusdam domus aream sese demersit, ubi gallinaceorum cantum & clamores nihil reformidans, ipsos una cum plurimis gallinis devoravit; tantum abest ut gallum Leones formident, ut ubi possint invadant, & una cum gallinis abripiant. Nisi quis dicat, quod *Leo iste cicur* factus, & cantus gallinacei assvetus tandem naturam mutaverit propriam. Egregie de hac immutatione *Illustrissimus Comes DIGBÆUS.*

Fabula Leonem Galli exhorrere cantum. Affirm.

Negant. præcipuo si Leo cicur factus.

Tractatu. 1. de Natur. corpor. c. 38. p. 43
quævis aversatio, *ait*, phantasiam occupan
non modò à causa fortiore sensum immu
tante, verum etiam *consvetudine* ipsa vinc
potest, si nempe objecta eadem, quæ priu
ingrata terribiliaque apparuerant, jucun
dioribus vestita circumstantiis phantasian
ingrediantur. Sic canes venatici Dama
prosequentes cum hinnulo secum educat
inimicitias non gerunt, & hinnulus, qu
alias ad conspectum canis tremuisset, na
ctus fiduciam ex hujusmodi educatione, au
dacter cum iis ludit. Sic expertum fuit *de
Tigride*, quæ cum hinnulo caveæ inclusa
cum qua educata stimulante fame carcere
potius effregit, quam ut comiti hinnulo
cum quo longam contraxerat amicitiam
vim inferret. *Idem p. 433.* narrat, in arce
Londinensi Catulum cum leone à teneri
annis tantam contraxisse familiaritatem
ut non solum unà dormiat cubetque, sed
irascatur, & mordeat non nunquam, Leon
hac provocatione non commoto, quo ali
um quemvis canem statim dilaceret. De
Lupo recenset *Casp. SCHOTTUS Phys. curio
L. VIII. c. 48.* quem habuit in vicinia Herbi
polis opulentus pastor, qui non solum Ovi
bus absque damno convixit, sed & absen
hero irruentem alium lupum & oves jugu
lante

lantem interemit. *NIERENBERG, L. 1. Hist. Natural. c. 11.* in Parentis sui domo se vidisse *lepusculum* testatur non solum inter canes securum, sed lætum, jocosum, ludibundum ipsos venaticos canes mordentem. De *lepore* præfecti Altorfini, qui lusitavit cum canibus, de fenestra prospexit, & urinam reddere assvetus in vasculum quoddam parvum ex stanno albi, Itemque de *Lepore* Rumelii, quem Neagoræ aluit, qui applausu pedum in mensa victum poposcit, & indutus circa collum campanulis majores fugavit canes, narrat *Wolfgang. WALDUNG. in Lagograph. c. XLV. p. 45.* vid. quoque SCALIGER. *Exer. CCXXIV. & CARDAN. de varietate.* L. *VII. c. 31.*

§. VII. *Viperam enecare matrem in partu* disrupto utero & ulcisci patris mortem, cui in coitu quod caput ori insertum habet, ardore libidinis caput præmordeat, pro verissimo venditarunt PLIN. L. X. *c 62.* item *Herodot.* è quo *Nicander. in Theriac. v. 174.* seq. *vipera*

Fabula est, viperam enecare matrem. Affirm.

--- ubi fervente Libidinis æstu
Sævo dente sui resecat caput illa mariti:
Ast ubi post vegetam cœperunt pignora vitam,
Jamque propinqua adsunt maturi tempora partûs

In-

Indignam chari mortem ulciſcentia patris

Eroſa miſeræ naſcuntur matris ab alvo.

APULEIUS. *in Apolog*. Vipera, *ut audio* exeſo matris utero in lucem proſerpit, atque ita parricidio gignitur. Et PRUDENTIUS *in Hamartigen.*

Sic *vipera*, ut ajunt,

Dentibus emoritur fuſæ per viſcera prolis.

Et plerique è Doctoribus Christianis ἀβασανίστως id videntur arripuiſſe. Aliorum affirmantium teſtimonia citat *Angelus Baldus de viper. c. 1. p. 5.* Idemque memorant *HADRIAN. JUNIUS. Emblem. XXXVIII. CAMERAR. cent. II. Emb. RITTERSHUS. com. in L. 1. Halieut. v. 569.* Sua obſervatione firmare nititur *ENCELIUS. L. III. de metall. c. 38. p. 222.* ſe vidiſſe ſcilicet matrem viperam corroſam, & catulos circum in ſole jacentes vivos ad Salam, ubi coquitur æs, in modum lumbricorum. *Rectius alii negativam* tuentur partem, & putat *GREVIN. L. III. c. 6. p. 50.* Ariſtotel. locum quod viperillæ membranas rodant, à Plinio perperam intellectum originem duxiſſe; rodunt enim non matris, ſed proprias: in partu namque naturali viperæ fœtus membranæ incluſæ ſunt, quam diſrumpant ſtatim, non vero

Negant. verior.

, uterum.

uterum. *ANGEL. BALDUS. tract. de viper. c. IX. p. 34.* Vidit Apollonius enatas viperas matre salva. *GERARD. VOSSIUS. L. IV. c. 54. p. 1481.* Fuere & nostra ætate, qui viperas utriusque sexus electas vivariis incluserunt, inquit *Wormius Mus. L. III. c. 9.* viderunt eas instar aliorum animalium conjungi, concipere, parere, educare fœtus, experimento compererunt nullo parentum desiderato. *Idem* SCALIGER. *exercit. CCI.* confirmat, se vidisse in Vincentii camerini circulatoris lignea theca enatas viperillas parente salvo, & prægnantem viperam pyxidi inclusam illæsam fœtus peperisse. *Amat.* LUSIT. *cent. 1. cur. 1. Schol.*

§. VIII. Eadem fabula de ruptura serpentis ad incantationes. Hoc cecinit VIRGIL. *Ecl. VIII. v. 71.* Fabula, rumpi Serpentes ad incantationes.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

& LUCILIUS apud TURNEB. *Adverf. L XV. c. 5.*

Jam disrumpetur medius jam ut Marsu, colubras
Disrumpit cantu venas cum extenderit omnes.

De hoc SCALIG. *Exerc. ad Card.* ajunt verborum vim aspidem, ubi senserit ad se promovere evocatorem, alteram aurem terræ affigere

affigere solent, alteram caudâ indita obstruere, ita consopiri non posse, magno tamen mendacio, quia aures non habent. Quare verba *David*. *Ps.* LVIII. *v.* 5. quod Aspides obturent aures caudâ, à divino Poëta poëtica licentia prolata dicit VOSSIUS L. IV. *Idolol. c.* 54 *p.* 1490. consentit FR. VALLESIUS *Philosoph. Sacr. c. III. p.* 59. de angvium mendaci rupturâ.

Fabula est Manucodiatam pedibus carere Negant poles.

§. IX. MANUCODIATAM quasi Avem Dei, Lusitanis Passaros de Sol è moluccis Insulis apportatam, *pedibus carere*, adeoque semper per aëra volitare plurimi sibi persvasum habent, Aristot. impugnantes (quamvis iniquè) in Avium genere reperiri nullam, quæ pedibus careat, recensentem. *Apodem* ergo censuerunt MELCH. GUILANDIN. *in Literis Patavio ad Gesner. missis* apud GESNER. L. III. *de Avibus f.* 612. MAJOL. *Colloq. VI. p.* 213. ALDROVAND. L. XII. *Ornithol. c.* 21. SCALIG *exerc.* CCXXVIII. *§.* 3. *Joh.* LANGIUS L. III. *Ep.* 6. inde concludit *FRANCISC. PATRITIUS. discursu in Aristot. f.* 312. eam solo aëre vivere, aut ut vult LOEL. BISCIOLA. *T.* 1. *Succis. L.* 8. *c.* 1. aut rore, aut vaporibus pasci, aut animalculis quæ per aërem volitant. Apodes fuerunt *manucodiata* mas & fœmina *Paludani* Musco à *Linschotano* donatæ, nec non

quam

quam Noribergæ apud *Levinum Hulsium* vidit HENRIC. SALMUTH. & annotat *in Not. ad Guidon. Pancirolli de Nov. Repert. tit.* 1. *p.* 51. Et mirandum *Franc.* HERNANDEM qui ad investigandam Orbis novi naturam jussu Philippi II. R. Hispan. in Indias, novus Aristoteles, migravit pedes *manucodiatæ* non observâsse, nec non novum Orientis perlustratorem *Joh.* ALB. MANDELSLO. L. III. *Itinerum Indic. fol.* 227. siquidem in *Notis ad. d. l.* OLEARIUS contrarium probat exemplis duarum talium avium, quas Gottorpii possedit celsissimi animi Princeps *Fridericus*; tales *pedatæ* Dresdæ visuntur, *pedatamque* ex Italia OLAO WORMIO transmisis Thom. BARTHOLIN. Cent. I. Ep. 19. p. 95. de ea *Wormius* ipse *Mus.* L. III. *c.* 17. *f.* 295. & *cent.* 1. *Ep.* 7. *Bartholian.* maxime placuisse Avim hanc fatetur, quod pedibus non destituatur, iis enim præditas esse negavit maxima pars eorum, qui aliquid de iis commentati sunt. Meminit ejusdem Excell. *Bartholin. cent. VI. hist.* 56. ubi adducit, quod primus ANTON. PIGEFETTA, qui cum Magellano in Indias profectus, pedes Manucod. invenerit, colores ad castaneum tëdentes; post & pedatas Rudolpho Imper. Amstelodami missos se vidisse affirmat CAROLUS CLUSIUS *in Exotic.*

Affirm. verius.

Exotic. Auctario. Et Uratislaviam, Patriam dulcissimam, ab aliquot annis ex Japoni redux secum attulit concivis meus JOH. GEORG. HANCKIUS Chirurgns pedatam Manucodiatam unam, alteram pedibus carentem, quas sæpiuscule manibus palpare & oculis lustrare concessum fuit. Curiosissimi ergo SCHOTTI desiderio satisfieri posset, qui L. IX. *Phys. Curios. c. 52.* Cum pedes hujus Avis ipse non viderit, optat, & curiosorum industria ac diligentia certiora det, aut fortasse jam dederit, quo ipsum de ipsarum pedibus lateat. Causam cur raro pedatæ inveniantur, quam ante Pigafetta quoque tradiderat, Clarissimus KIRCH MAIERUS *disput. de Paradis. p 7*. adducit, quod Moluccani captas dum exenterant iis statim pedes abjiciant, & corpus exsiccent ad venundandum.

Fabula Adamantem hircino sangvine solvi.

§. X. *Adamantem calidi hircini Sanguinis resolvi,* non alio remedio, veteres unanimiter asseruerunt: sed Clar. SPERLINGIUS. *Physic. Zoolog. L. II. c. 13. ex. 2.* §. simpliciter hoc fieri posse pernegat, nisi hircus prius solutivis herbis petroselino & silere montano sit pastus: immutant enim talia sanguinem hirci & medicamentosum reddunt, ut lithon tripticam vim nanciscatur, & hoc fuit arcanum saxifragum Excell.

Quomodo concedi ex parte possit?

D. O

D. OSWALDI *Archiatri Archiducal. Oenipontani* qui per 40. dies hircum sola ruta muraria pastum, (à potu eum prohibendo nisi ut sub noctem decidentem pluviam lamberet) interfectum sanguinem leniter exsiccatum ægris comminuendi calculi ergo cum felicissimo successu propinavit. Absque hoc artificio alterati sanguinis hircini, falsum Adamantem ab omni hircino sanguine solvi, uti videre est apud P. BOKELL. *cent. II. obs 88. Athan.* KIRCHERUM. *L III. de magnet. p. 5. c. 3. Albert.* KYPERUM *Prof. Lugdun. Instit. Physic.* L. V. *c. 2* §. *7. Anselm.* BOOT *de Gemm.* L. II. *c. 4. p. 62.*

Unde *Franc.* RUEUS *de Gemm* L. II. *c. 15. p. 224.* Adamas fatiscit hircino sanguine maxime si aliquot ante dies hircus petroselino, silere montano & vino sit educatus.

§. XI. CHAMÆLEONTEM *solo aëris vesci alimento*, nec cibo nec potu, solum ex omnibus animalibus, tradit *Plin.* L VIII. *c. 33.* & crediderunt plurimi. SOLIN. *c. 43.* Ex novitiis Authoribus testatur FRANC. PATRITIUS. *discurs. in Arist. f. 312. citante* JACOB. MOCKIO *Prof. Friburgens. in de caus. concret. p.* XLVII. se multoties in Cypro *Chamæleontes* vivos habuisse per plurimos menses, nec unquam tamen eos ex appo-

Fabula Chamæleontem solo Aere vesci.

Affirm.

appositis quicquam comedisse. Pariter & JOH. LEO *Africanus in description. Afric* L. IX. *c. 54. p. 765. Chamaleontem* aëris alimento ac Solis radiis nutriri affirmat, ad quorum exortum rictu diducto se volvat corpusque reflectat ad Solem. Verum quidem est, posse aërem utcunque alere ac reficere Animantium corpora, quatenus alimentosis halitibus est perfusus, docente id exercitatissimi ingenii DEUSINGIO. *Exercit. de Nutrit. Anim. Sect. III.* §. *22.* quod exemplo viperillarum probat papyro perforata inclusarum per 10. menses in prodigiosam magnitudinem succrescentium solo aëre balsamicis & æthereis Atomis redundante, DIGBÆUS Illustrissimus Angliæ Cancellar. *Theatr. Sympath. pag. 50.* Idemque concedit DEUSINGIUS Groningani Acad. Lumen. *in Examin. pulv. Sympath. p. CCCIV.* nunquam enim purissimus aër ad Spiritum ducendum, nedum ad nutritionem idoneus, quare in montium cacuminibus versantes ob aëris tenuitatem & copiam Atomorum minorem spongiis aquâ madefactis ori admotis, crassiorem aërem cogantur efficere, quod de Indiæ altissimo monte Periacaca confirmat *Robert.* BOYLÆUS *Experim. Mechan-Phys. Ex. 41 p. 442.* Sed *Chamæleontem* tali aëre impraegnato

Quomodo Aër possit nutrire.

gnato solum vivere, falsissimum est. *Negat aëria* nutrimentum *Chamæleonti* DEUSINGIUS *de Nutrit. Anim. sect. III. §. 20.* Linguæ namque beneficio, quam longissimam habent, & muco imbutam, momentaneo jaculatu muscas capiunt prætervolitantes, item formicas, Scarabæos &c. quod præter SCALIG. *Exercitat. CXCVI. §. 4. Joh.* BRODÆUM *Miscellan.* L. VI. *c. 21. Petr.* BELLONIUM, L. II. *obs. c. 24.* observavit in *Chamæleonte*, quem aluit Dordrechti *Francisc. Persinius* apud *VOSSIUM. de Idolol.* L. III. *c. 51. p. 1025.* in alio Illustrisſ. *Equitis Cassiani à Puteo* Ordin. S. Stephani in Italia Commendatoris, quem postea dissecuit quoque *Dominic.* PANAROL. medicus Rom. in *singul. tr. de Chamæleon. p. CC.* in alio. Dn. PEIRESCIUS, Senator Aquis Sextiis in Galliis curiosissimus, qui, uti testatur *Petr.* GASSENDUS. *ejus Vitæ L. V. p. 479.* deprehendit *Chamæleontem* vermiculos ac muscas venari, ac nulla re interim æque delectari ac vermiculis, qui ex farinaceis mactris colliguntur, hos linguæ promuscide capere, adeo celerrimè evibrando, ut pene visus aciem effugiat. — Negant verius.

§. XII. Tandem *Cygni cantum* ab Antiquis celebratum partim indubium vocant, partim pernegant PLIN. X. *c. 23.* SCALIG. — Cygni cantus non fabula, sed veritas.

 Exerc.

Exerc. CCXXXII. LAURENBERG. *Acer Phil. cent.* II. §. 22. SPERLING. *Zoolog Phys.* L. IV. c. 10. ax. 1. p. 355. Multis in loci fui, ubi cygni aluntur, inquit *Casp.* SCHOT TUS. *Phys. curios.* L. IX. c. 34. cantantem tamen nullam audivi unquam, nec quem quam qui audiſſe ſe teſtaretur, deprehend Salsè quoque more ſuo Abbas LANCEL LOTTI *Part. 2. Phoggid. diſing. 18. p.* 35 come Stareſſimo allegri ſi non haveſſim altra muſica per fondamento che quella di maeſtro cigno: io non udii mai & poc credo che l' udiſſero, ſe bene tulto ch'e tan grādi Scrittori affermino che queſto uccel avvicinandoſi alla morte in particolare canta & fa muſica in ogni modo non m' naſcoſto che u' hebbe chi dubiti, od' eſpr ſamente, che quello non ſia canto ma mento per la vicina morte: ſia come ſi v glia, io laſcio la verita al ſuo luogo. Pr ter Antiquos tamen LUCRET. L. IV. 182 HORAT. L. II. *carm.* 2. THEOCRI *Idyll.* XIX. MARTIA L. L. XIII. *Ep.* OPPIAN. L. II. *Cynag.* v. 547. & RITTE SCUS. *com.* p. 79. OVID. L. II. *Faſt.* v. 109.

Flebilibus numeris veluti canentia dura
Trajectus penna tempora cantat olor.

Præter hos, *inquam*, teſtes cantus olorini ſiſtunt PAULUS MELISSUS *Schedi*

Fran

Franc. ob carminum amœnitatem Poëtarum Cygnus vocatus, qui in Tamesi circa Londinum cantantem audivit Cygnum. *Melch.* ADAMUS *in vit. Philosoph. Germ. p.* 450. qualem cantum olorinum ante quoque Cygneæ in Misniæ oppido, ubi in fossa urbis aluntur Cygni, se vidisse & audivisse asseveravit. *Ibid. p.* 446. item Norwegus Studiosus juramento confirmavit OLAO WORMIO. L. III. *c.* 19. *Mus.* se ad Maris littus insolitum & svavissimum audivisse murmur sibilis ac sonis jucundissimis permistum à congregatis Cygnis proveniens. Restituit veritati indubium vocatum Cygnorum cantum exemplis plurimis & rationibus Naturæ scrutator felicissimus *Th.* BARTHOLIN. elegantissima *dissertat. de Cygno, Hafniæ edita à* §. 44. *usq;* 54.

§. XIII. Hæc paucula exempla ex innumera & Gargarea messe demessa & collecta sufficiant, quæ satis superque testantur, multa quidem olim à Viris doctis reperta, & ex Naturæ antro eruta fuisse, multa autem ab iis ex relatu percepta, pro Veritate obtrusa, & in postera secula derivata fuisse, quæ subsequens ætas, adhibita diligenti cura & investigatione, longè aliam præ se ferre faciem deprehendit.

Caput III.

De Adminiculis quibusdam pro amplificando Studio cognitionis Naturalis, ubi quoque de Pinacothecis & variis Collegiis seu sodalitiis.

§. I.

Cognitio Naturalis segnius exculta.

Cognitionem *Naturalem* prioribus aliquot ab hinc seculis segnius admodum excultam fuisse, ortum fuisse existimo tum quod putarint, impossibile Veteres potuisse errare, adeoque in eorum jurarunt verba, tum quod nihil novi dici posse, quod non dictum sit prius, censuerint.

Non omnia viderunt veteres.

§. II. Pronum videre est *non omnia novisse priores*, quanquam nullo in genere veniâ justiori si modo minime mirum est, homines genitos non omnia humana novisse. illos frequenter errasse certum est, ut adductis exemplis ex parte comprobatum est. Si consona Veritati afferant, eorum vestigiis insistendum: sin minus, quid vetat ab iis retrocedere? Sit amicus Plato, magis tamen amica veritas In hanc sententiam descendit PALINGENIUS *in Zodiaco Vit.* L. VIII. *f. Scorp. canens* Aristotelis & veterum.

Dict

Dicta nihil moror à vero cum forte recedant,
Sæpe graves magnosque viros, famaque verendis
Errare & labi contingit, plurima secum
Ingenia in tenebras consveti nominis alti,
Authores ubi connivent, deducere eosdem.

§.III. *Multa* sunt adhuc *naturæ Miracula incomperta* adhuc rationis & in ipsa ejus majestate penitus abdita, ut multa inquirenda, multa invenienda supersint. Si in ulla scientia, sanè *in Physica* verissima Duumvirûm reconditæ eruditionis, & Belgicarum Athenarum Luminum Lemmata, quorum unus Excell. DANIEL. HEINSIUS *Quantum est quod scimus*, alter Eruditissimus *Marc. Zuerius* BOXHORNIUS *Quantum est quod nescimus*, dissidentibus quidem verbis, veritate tamen effati optime consenserunt. Multa adhuc Naturalia latent.

§. IV. Ridendi qui à *Plinio*, *Aristotele* & veteribus magni nominis viris omnia consummata & absoluta credunt; excusandi potius prisci illi sapientiæ consulti, si à Veritatis semita aberraverint, cùm unius fere Græciæ finibus Animalium, Plantarum & mineralium cognitionem terminarent. Plura sanè hodie scimus, quibus patet nunc universus Orbis (at quantus, si veteri Romanorum imperio definitus cum nostro Quamvis optimè nunc exculta.

comparetur!) peregrinantium sedulitate: ut totum orbem naves circumeunt, sic &

Artes circumeunt mundum, indignat aqui Gades
Transiit extremos veteremque Scientia Thulen.

Nunc perlustratum classe æquor omne, repertæ additæque mundo Insulæ, intimi Indiarum recessus crebris navigationibus nobis cogniti, ipseque Orbis toto circumactus ambitu & certis velut terminis, qui infinitus credebatur, circumscriptus, sicut anteactæ ætates multa Ingeniorum Scientiæque Naturalis laude præstiterunt; sic nostra ætas multa laudis & cognitionis naturæ imitanda & rimanda posteris tulit, ut non omnia apud Majores meliora.

Excoli tamen adhuc magis debet.

§. V. Ast *quantum adhuc nescimus!* ejusque causas veras reddere tentarunt plurimi non ubique assecuti tamen. Ut de Meteoris Nihil dicam, nec de metallis quorum dubitatur adhuc, *inquit, H. M. LAUTIER Medic. Aquisextiis in Apolog. Helmontian. p. XLI* an materia ipsis unica, an multiplex, ut pluribus credita: intactum fere inter metallum & gemmam genus Marcasitarum anomalum, & dubitatur, an Naturæ opus; an abortus, in quibus tot colorum differentiæ, tot figuræ orbiculatis, teretibus, planis, tetrago-

tragonis,hexangulatis,rotatis in cornua, cælatis in folia, flore distinctis, squammatim consertis, solidisve: gemmarum colorum & mixturæ rationes, modi & immanes ipsarum durities torquent plurimos, unde fulgeant aliæ, aliæ hebetentur in Sole? unde jactatæ in ignem velut intermortuæ quædam extingvantur, aquis perfusæ exardeant? Unde lapides alii fluctuent integri, mergantur comminuti? Ignotum adhuc, ex Plantis cur aliæ aquis innascantur & urant, saxis aliæ & aprico proveniant, stillent tamen? Cur uno eodemque soli momento, alimento, cœlo, recreatæ tam dissimiles germinent, salutares immistæ lethalibus, amaris dulces connatæ, consertæ acribus insipidæ. Certe non comperta majore sui parte opera Naturæ sunt, multa inquirenda, multa invenienda supersunt. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, ait *SENECA, Epist. LXIV.* sed non peregerunt, multum adhuc restat operis, multumque restabit, aut ut *Epist. XXXIII.* patet omnibus veritas, nondum est occupata, multum de illa posteris relictum est. Scite quoque *IDEM* sapientiæ consus *Ep. XXXVIII.* omnibus hic locus feliciter se dedit, & qui præcesserunt, non præripuisse videntur, quæ dici poterant, sed aperuisse; conditio optima ultimi est. Cui

consentit Demea *TERENTIANUS in Adelph.*

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet novi.

Non saltem ex Libris addiscitur aut Authoritate Scriptorum.

§. VI. Dum itaque tam multa sciuntur, plurima tamen adhuc nesciuntur, non immeritò subit hæc reputantem, inscitiæ pudor & alienæ ignaviæ dolor, dum miro artificio à Veteribus commenta exhibita, alii in eodem hæsitarunt luto, non quærentes ulterius eniti, Fateri subit, nusquam magis rerum Naturam, quam in minimis totam esse, nullibi tamen magis incognitam. Et quota hæc ignoratæ Naturæ quotæ inquirendæ portio est? Quantò major eruenda restat! An ergo ex solis librorum fontibus hauriri poterit veritas rerum Naturalium, tanquam ex Democriti puteo? Quod de aliis disciplinis eleganter affirmat *NICEPHORUS Gregoras L. VIII. Hist. Byzantin. c. 19.* & Physicæ Scientiæ accommodari poterit, otiosam esse tractationem, quam soli libri suppeditant, organico corpori similem animam desideranti, quæ per sensuum experientiam accedat; eandem comparari variis ciborum generibus in ventrem congestis, qui calorem ad concoquendū postulant, is calor non aliusq; fuerit quam

quam multus usus, experientia & ocularis inspectio. Et maximi Judicii & experientiæ militaris Dux Toletanus sive Albanus appellitare solebat Scientiam, quam Libris solis addiscimus, aquam cisternæ; illam verò quam Experientia suppeditat, aquam vivam & ipsius fontis, referente *PETR. MATTHEO. L.III. Histor. narrat. 5 p. 684.*

§. VII. Quare & Rerum Naturalium cognitioni dediti non sola nuda Authorum lectione contenti sunt, aut servili obsequio effascinati, vix credunt nisi oculos manusque admoverint proprias. Oculatus namque testis unus plus valet quam auriti decem.

Sed oculari inspectione

§. VIII. Ut exempli ergo adducam saltim Regnum Animale, quæ non *Zootomia* & animalium exenteratio & curiosa inspectio præstitit commoda, & remoto mendaciorum cortice enucleavit veritatis reconditum nucleum *DEMOCRITUS* Abderitanus diversa discindens animalia interrogatus, cur id faceret? respondit: hæc animalia seco, non quod Dei opera perosus, sed fellis bilisque naturam inquirens. *JONSTON. de Constant. Naturæ p. LXV.* Cujus diligentiam insecuti *COPHON*, qui Anatomiam Porci edidit apud *Gabriel. de ZERBIS* ejus Anat. additam. VOLCHERUS COITERUS di-

Quæ illustratur sectione & inspectione vivorum Animalium.

versorum animalium dissectione *HIERON. FABRIC. ab Aqua pendente* gravidæ ovis *in de format. fœtus Tab. XI. XII* Vaccæ *Tab. XIX.* Equæ *Tab. XX.* Porcæ *Tab. XXIV.* Canis *Tab. XXVII.* Muris *Tab. XXIX.* Piscis Galei levis *Tab. XXXI.* Serpentis *Tab. XXXIII.* descriptiones (quas propriis manibus instituerat) & ære & verbis scite depictas exhibuit. Talem scrutandi animalium interiorem constitutionem navavit indefessam operam, indefessæ solertiæ & multi jugæ experientiæ Vir *MARC. AURELIUS SEVERINUS* Neapolitani collegii Medici Lux, qui in *Zootomia Democritæa* plusculorum Animalium exta inspiciendo & obscuro Ignorantiæ antro in apertam lucem veritatem protrahere feliciter ausus est: pariter ut *Petrus* CASTELLUS Messanensis Protomedicus Hyænam, *Dominic.* PANAROLUS in Romanam cathedram dignissimus Castello Successor Chamæleontem. *Joh.* VESLINGIUS Eques & Prof. Patavinus clarissim. Viperam, Crocodilum & in præsentia Aloissii Cornari Cõsulis Cairi Hyænam *observat. & epist. n. IV. V. VI. p. 36. seq. THOM. BARTHOLINUS* curiosissimus Naturæ interpres in diversis cent. Historiis *cent. 1. hist. 99.* Galli ovipari *cent. II. Orbis* Piscis *hist. 1.* ibid. *h. II.* Sirenis, *hist. 16.* Piscis

Piſcis Xiphiæ *hiſt*. 25. Tuſſionis Anatomen exhibet, ut omittam quæ in hac & ſeq. Centuriis aliorum ſubjungit diſſectorum hiſtorias: Quam non adhibuit manuarii diligentiam ſolertiſſimus *Caſp*. ASELLIUS Ticinenſis Prof. qui ut inventas à ſe Lacteas Meſaraicas funditus noſceret, nullam hebdomadem tranſire prætermiſit, ſine viva una aut altera ſectione in canibus, felibus, agnis, Vaccis, porcis & equo, ut ipſe *de Venis Lact. c. IX. p.* 24. fatetur, Quam non curioſam manuum induſtriam admovit Anglicanus ille Democritus (uti vocatur à *Roberto* BOYLÆO *in experim. Phyſic. mechanic. experim. XLI. p.* 458.) Guil. *HARVEIUS* in diſſecandis Cervis & Damis a Principe, cui ſerviit, liberaliſſime ſuppeditatis, ut generationem fœtus ſcrutaretur (*v. HARVEIUS de generat. Anim. Exerc. LXIV. p.* 422.) Tum in Columbis, Canibus, porcis, ac ut motum cordis ad ſtabiliendam á ſe inventam Sanguinis circulationem Experientiæ fulcris confirmaret, in hoc ſtudio nec piſcibus, ranis, Aſtacis & Gammaris parcens. *V. HARVEIUS de motu ſanguin. cap. II. p. 32. cap. IV. p.* 50. 51. & 55. Quæ per plurimas atque uniformes diſſectiones, & ut poſtea ſubjungit, cuncta ducentis forte *Cancris* diſſectis dietim jucunda admiratione obſervaverit ad

La-

Lapidum cancrorum Naturam indagan dam *Joh. Bapt. HELMONTIUS*, infra addu centur.

Illustratur sectione demortui hominis tam violenta morte.

§. IX. *Ut* taceam quid manuaria opera tio & ocularis inspectio in ipsius homini dissectione Lucis & utilitatis attulerit Rei Medicæ, ut scitissima inscriptio Theat Anatomici Amstelodamensis Collegii à m observatà:

Qui vivi nocuere mali, post funera prosunt
Et petit ex ipsa commoda morte Salus.

Quare tot indefessa Virorum Eruditissimo rum opera priorum seculorum incoatis va ria à se observata observationibus inseru *Gabr. FALLOCIUS*, multa *BARTHOL. EU STACHIUS*, quæ sua passim emisit per opu scula: adjecit quædam *Jul. Cæsar. ARAN TIUS*, nonnulla & nova *Constantius* VA ROLIUS, venarum valvulas *Fabr. ab A QUAPENDENTE* invenit, Stapedem inte auditus ossa tertium *Joh. Phil. INGRASSI AS*, vesiculas seminarias *Guilielm. RONDE LETIUS*, quanta non subjunxit *COLUM BUS*, *BAUHINUS*, *RIOLANUS*, *THOM. BARTHOLINUS HARVEIUS*, *RUDBEC KIUS*, *VIRSUNGIUS* & plurimi alii.

Quam morbo demortuorum.

§. X. *Sic* alii incubuerunt ut non solum ex violenta morte prostratis sanis corpori bus statum hominis naturalem rimarentur, inventi

inventi qui & in Nosocomiis *morborum vi confecta* cadavera, ac vel ipsa pestis rabie exstinctorum (quod in Romana peste factitatum Anno MDCLVI. refert *Petr. à CASTRO in descript. Pest. Roman. Neapol. p. m. LXXV* sq.) curiosis laceraverint manibus, ut in morborum causas & partem affectam inquirerent. Cui rei priore seculo vacavit *Jacob.* CHIFFLETIUS Prof. Paris. nostro seculo Paris. Guil. BALLONIUS, immo & Parisiis Amsterodami, Patavii, aliisque urbibus Medicis Xenodochio præfectis indultum salutari constitutione, ut morbis enecta corpora scrutino manuum & oculorum subjicerentur; Quam secandi licentiam aliquot abhinc annis Schafhusii Helvetiorum à Senatu sibi concessam Claris. *Joh. Jacob.* WELFERUS cum Collegis *Dr. Christoph. Hardero, Friderico Screta*, & *Emanuele Hutero* feliciter exercuit, & aliquot annorum intervallo apoplexia, lethargo, mania, pleuritide &c. enectos, (uti fusius *in præf. libr. de observ. in Cadav. apopl.* testatur) curiosis perlustravit oculis, pariter ut in altero orbe *Jacob* BONTIUS Indorum perscrutatus est cadavera. Patet ex hac enarrata Animalium saltim dissectione, quantum lucis experientiæ manuariæ & ocularis beneficio Physicæ Scientiæ accesserit.

Non

Relatio vulgi non intilum aspernanda?

Non omnimodè tamen *à Physico aspernanda*, si veritati per experimenta congruat etiam relatio ab indoctioribus hominibus facta, cum experientiâ

Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus.

§.XI. Hoc auritum testimonium commendat magnus *Gerard. VOSSIUS L. IV Idolol. c. 59. p. 15.10.* Apud Plinium, *inquit* Aristotelem multa miranda Naturæ leguntur, quibus fidem multi derogant, quia non credunt, nisi quod vident. Sed quod non viderunt hi, cernunt subinde vulgares animæ (rustici, piscatores, venatores) quibus cum si sermonem serere non gravaremur plura sciremus Naturæ arcana, nunc alii Rebus publicis aut forensibus, alii umbraticis studiis occupati multa non conspiciunt, quæ illi, quos contemnere solemus vident & observant.

Promovent Cognitionem Naturalem Pinacothecæ.

§. XII. *Adjuvant* RerumNaturalium exactioré considerationem tam publica quam privata *Rerum Naturalium gazophylacia* aut si liceat ὀνοματοποιεῖν *litho-phyto therophylacia. Diversum diversorum hominum studium.* Alii *gemmarum* collectioni student quibus & imagines Principum insculpta aut variæ notæ, qualem Dactylothecam *Abraham GORLÆI* laudat Antiquitati

Pro

Promuscondus *LAURENT. PIGNORIUS. lib. 1. Epist. 1. & 5.* & plurimas possedit Antiquitatis peritissimus *FULVIUS URSINUS* Romanus, & ære exhibuit *Theodos.* GALLÆUS Antivespiensis. *Alii Tabularum depictarum* Repositoria in magna commendatione habent, qualia hodie Patavii passim reconduntur Andr. Mantineæ (de quo *Laur. PIGNORIUS Epist. 3.*) Bellini, Campagnolæ, Titiani, Stephani ab Aggere & Jotti Florentini monumenta, Romæ in Palatio Farnesiano Annibalis Carazzi, & in Palatio Borghesiano deli Campelli, Scarsellini, Mich. Agnoli de Caravaggio &c. (quæ recenset *Jacom. MANILLI in villa Borghesi p. 60. seq. usque 113.*) & talem Pinacothecam pictoriam seu Tablinum comitis SPERONI de Comitibus Canonici Patavini prædicat laudatus *PIGNORIUS Epist. XLII. Alii statuarum* & Imaginum, auro, argento, ære, marmore fictarũ illecebris capiuntur, quibus & Hortos & Bibliothecas exornant, quale olim studium Asinii Pollionis fuisse memorant, qui primum ornavit Imaginum specie Bibliothecas, sequente T. Pomponio A. Hico, & M. Terent. Varrone, hodie ex Gallis & Italis plurimi, & plurimas Romæ Porticus & Hortos exornantes recenset *LAURENTIUS SCHRADERUS in monumentis*

Quas ut alii instruunt.

Annulis.

Picturis.

Statuis.

mentis Italiæ fol. 116. 6. L. II. & depictas ex-
Nummis. hibet *BARTHOL. MARLIANVS.* Sunt qui
numismatum antiquorum corrasioni inhi-
ant, quali desiderio flágravit *ALPHONSVS*
Neapol. Rex, qui ea per universam Italiam
omni studio conquisivit, & arcula eburnea
asservavit: *ANT. PANORMITAN. L. VI.*
Hist. Neapoli. Cujus laborem imitata est do-
mus Medicea Musarum templum, apud
quos tempore *Phil. COMINÆI* (*v. Eund. L.*
VII. Hist. c. 9.) ultra 3000. Numismatum
Aureorum. Meminit *HVBERT. GOLZIVS*
in *Epist. dedic.* ad Phil II. Hispan. Monarch.
præf. Imaginib. Cæs. in Italia unicum aliquan-
do Numisma ob dorsi inscriptionem LX
aut LXX scutatorum pretio redemptum
fuisse. Laudat *PIGNOR. Epist. III. Joh.*
MARCANOVAM Medicum, qui Veterum
Nummos & Inscriptiones antiquas accu-
ratè ex omnibus regionibus conquisivit &
accuratè descripta in librum conjecit, &
Malatestæ Novello Cesenæ Principi inscri-
psit. Nec contemnenda in Numismatum
convasatione diligentia *Joh. Jacob. LVCKII*
Argentorati à me visa MDC.XLIX. Basileæ
verò *AMERSBACHII*, & Silesiæ nostræ Il-
lustris Sideris *THOMÆ REHDIGERI* in Nu-
mismatibus conquirendis munificentia cu-
jus Nobiliss. *Rhedigeri* Ulysea monumenta
nau-

naufragiis publicis erepta Uratislaviæ in Bibliotheca Templi Elisabethani melius asservantur, quam olim apud Romanos in Saturni fano thesauri publici.

§. XIII. *Diversum* itaque *diversorum Ingeniorum* studium: sunt tamen & Principes & Privati, qui *Rerum Naturalium* varietate miranda irretiti, præter artis miranda, & *Technophylacia* ex Regno Minerali, Animali & Vegetabili rarissima, & alieno ex orbe rapta curiosis spectatoribus exhibere uno quasi obtutu soleant, adeoque his *Naturæ Museis* plurimam Rerum Naturalium cognitionem oculari inspectione adjuvant.

Sic alii Naturalibus Rebus.

§. XIV. *Antiquum* hoc studium fuisse ex *Sveton c. LXXII.* patet *de Octaviano Augusto*, quem narrat Prætoria sua excoluisse rebus vetustate ac raritate notabilibus, qualia Capreis Immanium belluarum ferarumq; prægrandia membra, non secus ac apud Joppen, custodita ossa marinæ belluæ. *Pompon. MELA. L. VII. Geogr. Ex Publicis Illustribus* eminet nostro seculo serenissimi *FRIDERICI Dan.* & Norwegiæ *Regis* augustissimum *Museum*, cujus *Naturæ Technicothecam* Augustam *Hafniæ TH. Bartholinus*, Musarum delicium, pluribus in scriptorum suorum *libris, ut & cent. 17. obs. 56* deprædicat. Succe-

Recensentur Pinacothecæ præcipuæ.

Publicæ. In Dania.

In Holsatia dit Celsissimi *Holsatiæ Principis Friderici.* p. m. Pinacotheca Regia *GOTTORPII* asservata, quæ munificentissimi Principis sumptibus, *coëmto Bernhardi* PALUDANI *Medici Enchusani* Naturæ promptuario, mirificè aucta (*vid. OLEARIUS in præfat. Schich Sadi s. Roseti Persici*) non saltim utriusque Indiæ, sed & totius orbis rariores res naturales asservat. Adhuc enim Enchusæ stabulantem, dum hæc admiranda Paludani lustraret HIPPLYT. *à collibus* seq. lusit disticho, ab HEGENITIO *Itinerar.* (ubi Catalogus rerum præcipuarum asservatarum) *Holland. p. LIX.* recensito:

Quod mare, quod tellus, quod totus deniq; mundus
Una Paludani *continet ista domus.*

Dresdæ. Notissimum est DRESDENSE ἐξωτικοθαυμαλεργηματοταμεῖον: Tirolensis. TIROLENSE in Arce umbras prope Oenipontem, de quo *ZEILER in Topographia Austriæ p. CXLIV.* & *in Itinerar Germ. f. CCCLV.* & paucis ab Hanoviensis. hinc annis *Celsiss.* Comes *Hanoviens.* FRIDERIC. CASIMIRUS Naturæ studio flagrantissimus, variis Naturæ Cimeliis exornatum Museum instruere cœpit, quod *serpente in Cervi ventriculo lapidefacto* præ reliquis suspiciendum reddidit, de quo miro c. 8. Naturæ lusu plura inferius dicentur. Et quis

quis omnium Principum Naturæ possit enarrare Æraria? *Ex Privatorum* sumtibus concinnatis eminent in *Italia Venetiis Joh. Francisci LOREDANI* Amplissimi Senatoris Palatium rebus Naturalibus, præcipuè rerum petrificatum, instructissimum, non minus, ac *Nobilissimi ROSINI* ædes, Naturæ miraculis nobilitatæ : *VERONÆ* floruit *Franc. CALCEOLARII* Museum, quod *Andr. CHIOCCUS* & *Benedict. CERUTUS* descripsit, ante ipsos verò *Job. Bapt. OLIVUS* singulari tractatu : *Patavii* suo tempore laudat *Laurent. SCRADERUS L.1. monum. Ital. fol. 34. Nobilis de Scolaribus*, & *Marci Mantuæ* Ædes rebus Naturalibus & Numismatibus refertas; *PIGNORIUS* verò *Epist. XV. p. 51. EDMUNDI BRUZI* Nobilis Patavini Naturæ & Artis Cimelia commendat: *PISIS* Porticus Horto medico adjacens *Museo Aldrovandino* instructus *famelicum satiabit* Naturæ Scrutatorem : *Romæ* sitim extinguet Illustrissimi *Equitis CASSIANI à Puteo ord. S. Stephani Commendatoris* Naturæ penuaria ; Cardinalis *Francisc. BARBERINI*, nec non *Francisc. GUALDI* Equitis Romani in monte Pinciano *Museum* instructissimum, sæpius, à Kirchero memoratum, nec *Athanasii KIRCHERI* abstrusissimæ Eruditionis Delubrum Ædium, Naturæ mirandis

Privatæ.
In Italia.

D 2 spo-

ſpoliatum eſt. *NEAPOLI Ferrantis Imperati Pharmacop.* Muſeum Naturæ miraculis adeò inſtructum fuit, ut *ALDROVANDUS* comparet hujus Muſeum cum Menſa divitis, cujus micæ ſufficiant adornando Muſeo Ulysſiano, illud *à Franciſco filio*, aut ut *Thom. BARTHOLIN. Cent. 1. Ep. 49.* opinatus, *à Colatonio STELLIOLA* elaboratum & deſcriptum eſt, qui Præfatus *BARTHOL. c. I. Ep. 49. Neapoli* quoque laudat *Franciſc. DONATI Eremitæ Pharmacopolæ* S. Catharinæ Monachorum, & *Marii SCIPANI* Muſea, in quibus varia Naturæ genera; non minus ac *MESSANÆ in Sicilia Petri CASTELLI* de Rep. Medica optimè meriti Senis, qui varia Naturæ curioſa congesſit, de quibus *BARTHOLIN. Cent. 1. Ep. 51. p. 213.* In Gallia

In Gallia.

MONSPELII celebre fuit, (quod tamen poſt ejus obitum valde diſtractum, ut, cum Anno 1650. ibi degerem, paucæ illius reliquiæ) *Laurent. CATELANI* Pharmacopæi. *Aquisſextiis* verò *in Gallo-provincia Nicolai Fabricii PEIRESCII* Regii Senatoris, Viri Nobilisſimi & eruditisſimi, (uti vocatur à *PIGNORIO Epiſt. XXIX.*) Naturæ conquiſita arcana, quæ Peireſciana *Petrus GASSENDUS Theolog. & Philoſoph.* Pariſinus aliquot libris in vita Peireſcii, deſcripſit. Meminit illius *P. à CASTRO in Bibliothec. medici*

dici Eruditi p. LXIX. ne rara & curiosa in Museo deficiant, cum Peirescio converſetur fideliter apud Gasſendum adhuc reſpirante. *Helvetia* ſuperbit *Baſileæ* feliciſſimi *FELIC. PLATERI.* Naturæ ſtupendis : *Belgium Lugdun. Batavorum* circumductibus *Theatri Anatomici & Horti medici porticu* adjacente Naturæ ſpectaculis exornatis: *DANIA* Hafniæ ſummi Daniæ Polyhiſtoris & Medici, *OLAI WORMI*, nunquam ſine laude nominandum Muſeum ab ipſo proprio calamo toti Orbi communicatum. Taceo *Dn. de FORGES Angli* Naturæ Amphitheatrum, quod MDC. LI. Lipſiæ ſumma cum animi dulcedine ſpectandum exhibebat, poſt Hamburgum delatum fuiſſe ferebatur, nunc ubi hæreat ignoratur. In Belgo. In Helvetia In Dania.

§. XV. Hæc recenſita, & longe plura alia *Naturæ* cuſtodita *gazophylacia oculari inſpectione* plurima exſolvunt dubia, in Rerum naturalium conſideratione, & anſam præbent locupletiſſimam inquirendi magis magisque in Venerandæ Matris Naturæ intimiora penetralia. Uſus Pinacothecarũ.

§. XVI. *Tandem denique Rerum Naturalium cognitionem* ſummopere adjuvant *COLLEGIA, Academiæ* vulgo dictæ, *Societates, & Sadalitia Eruditorum*, qui conjunctis viribus deſudant, ut Veſtæ gremium remota Promovent Cognitionem Naturalem Sodalitia.

veste curiosis Spectatoribus patescat; idque non auritâ solum fide; sed per experimenta propria evolvant. Mirificis effectibus Natura rerum in orbe terrarum ludit, iidem per omnia climata mundi diffusi sunt, ut vix territorium adeo sit exiguum, quod non insolens quoddam ludibundæ Naturæ spectaculum exhibeat, quarum abditarum rationum medulla, diuturno mentis scrutinio tandem attingitur: cum ergo moles ista unius hominis uno in Mundi, immo unius provinciæ angulo latentis, vitæ brevitatem transcendat, faciliori negotio per singulorum Collegarum contributionem consideratio Naturalis peragi poterit.

Etiam in aliis Artibus Sodalitia varia. Eorum Authores.

§. XVII. Antequam verò *in specie de Collegiis Naturæ* aliquid proferam, *pauca ingnere* adhuc de *Academiis* istis præfari lubet, cum & *in aliis scientiis & Artibus* egregium exhibuerint usum. *Joh. Jacob. GRASSERUS in Itinerar. Histor. polit. p. CLXII. Italos* primum instituisse hæc eruditionis publica exercitia, quas vocant *Academias*, quæ in singulis Urbibus fere celebrioribus inter Nobilissimos Cives, symbolam suam singulis, si qui sunt faciendi, annuatim conferentibus, instituuntur, quæ tanti facienda existimat, ut si cum Galliæ & Germaniæ Nobilibus, quos, paucis exceptis, arma, pocula, chore

choreæ, venationes, lusus tantum delectant, conferantur, Barbarici nomine illos merito videantur condemnare posse. *Ortum Academiarum* incertum judicat *Idem GRASSER. l. a.* videri tamen, renascentibus in Italia literis, sub *COSMO MEDICE* literarum Patrono *Florentiæ* primo cœpisse, cujus æmulatione motæ cæteræ urbes, *Florentinorum Academicorum* gloriam æquare & superare sedulo contenderunt. *Numerum* si spectes, & *Collegiorum* diversitatem maximus est, cum quædam rursus desierint, quædam in novam societatem transplantatæ. *TRAJAN. BOCCALINI. Part. II. Relat. Parnaß.* causas mutatorum collegiorum investigare studet.

Ortus.

Multitudo.

§. XVIII. *Famosiorum* nomina *in prologuio Ampelographiæ* exhibui, cum tamen ab eo tempore, partim fideli Dn. *OFFREDI Patavii* degentis Rerum Italicarum peritissimi communicatione, partim & alterius concivis cujusdam mei investigatione, pleniorem de iisdem notitiam, cum ex Italia rediret, acquisiverim, subjungere *Curiosis Lectoribus* non injucundum fore arbitror. Sunt ergo ex ITALICIS *Academiis* famosiores: *Mediolani Acad. de gli* INTENTI: MANTUÆ Celebris est *Academia degli* INVAGHITI: in CASALE *de gli* ILLUSTRI, *in*

Præcipuorum Sodal. nomina in Italia.

In Lombardia.

Pavia f. Ticino de gli AFFIDATI recensent easdem *Steph. Guazzo de Civil. Convers. L. 1. p. 21.* quibus apud *Papienses* CLAVIGEROS addit GRASSER. *Itinerar. p. 162.*

Apud ATESTINOS sive oppido ESTE *Acad. de* I SPERANTI *&* MONFELICE *Urbe de gli* UNITI.

In Dominio veneto.

In Dominio VENETO celeberrimarum Academiarum præprimis frequentia *Bergami Acad. della* PENNA digna ut eruditissima penna describeretur. BRESCIANORUM *Acad. de gli* OCCULTI nullos eo devenientes latet, & occultis enodandis fertilissima. VERONENSES gaudent *Acad.* OLYMPICORUM, TEMPERATORUM, CONSTANTIUM, PHILARMONICORUM, INSENSATORUM, & REFLORIDORUM. VICENTINI non minus florent *Acad. de i* RIFIORITI, quam PHILARMENICORUM. *Patavium* nobilitat *Acad. de gli* IMMATURI. *d'* ANHELANTI *f.* ASPIRANTI, *de i* RICOVERATI, SPERANTIUM, *Acad.* DELIA; apud *eosdem Patavinos Acad.* ELEVATORUM & INFLAMMATORUM recenset GRASSER. *Itinerar. p. CLXII. & p. CCCXCVII. CONSTANTIUM* addit, quam *Patavii* nobiles 1556. magno animo, felici successu, instituerunt in *Philosophia Naturali* atque morum, in Oratoris

toria & Poësi, in lingva Etrusca, Latina, Græca, in Musica vocali & instrumentali. In ipsa *VENETORUM* urbe præter fulgidissimam *Acad. Noctis. s. della NOTTE*, & notissimam de gli *INCOGNITI* (quam Amplissimus Senator *Giov. Francesc. LOREDANO* maxime cognitam redidit) etiam *Acad. VENATORUM* & *de i PEREGRINI* memorabilis est. Vicinam *TREVISANAM* urbem insignem reddidit *Academia de I. SOLLECITI. RAVENNÆ* denique *Acad. de gli INFORMI*, & *de i. Siggi ECCITATI* honestissima æmulatione ad virtutum sese excitant. *Venetis* quoq; annumeratur *Acad. de gli INSTANCABILI* qui indefessa opera Eruditionem promovent, quorum Coryphæus præteritis annis fuit Doct. *Hyacinth. Andr. CICCOGNINI* diversis Dramatibus jucundissimis sat notus literatis.

FERRARIÆ Academici *INTREPIDI*, quorum Emblema, Typographica Machina cum inscriptione: *premat*, dum *imprimat. HARSDORF. part. II. Colloq. Lusor. p. 4.* *BONONIÆ* urbe, quæ merito studiorum mater dicta fuit, excellit *Acad. de gli INDOMITI. SITIENTIUM Acad. Bononiæ* instituit *Celsus SOCINUS JCtus* A. 1454. Cal. Maj, à Jure consultis potissimum excultam, cujus Princeps duos habuit Consiliarios & In Ferrariensi. In Bononiensi.

Quæſtorem : ornamenta, Pileum, librum, clauſum, & apertum, Annulum Academicâ nota inſignem : diſputationes diebus dominicis, lectiones Intermediis diebus habitæ; ex hac ſocietate prodierunt Clarisſimi JCti Itali, Germani, Galli, Hiſpani : *Inſigne* Helicon mons arboribus conſitus Caſtalio fonte irrigatus, cum hoc dicto : *non diu ſitient Sitientes.*

In Hetruria. FLORENTIÆ floruit præterito ſeculo *Acad. degli* ETHEREI in exercendâ potisſimum Poëſi. ARNIGI *de morib. emendand. vegl. VI. p.298.* hodie *de gli* INEGUALI, de I PEREGRINI, *della* CRUSCA, *della* PITTURA, celebres quoque FURFURARII & APATHISTÆ *Joh.* NARDII eruditis Scriptis ſat Nobilitati.

SIENA, Sapientiæ Parens, celeberrimis Academiis reliquas eminet urbes

Quantum lenta ſolent inter viburna Cupresſi.

Apud *Senenſes* etenim INTRONATORUM *Acad. à Nobilibus VI.* inſtituta A. 1525. Linguæ Hetruſcæ, Latinæ atque Græcæ exercitia, ad poëſin & eloquentiam facientia promovendi gratia, legendo, interpretando, ſcribendo, diſputando : Princeps creatus bimeſtri quolibet *Archintronatus* dictus: Conſiliarii duo cum Cenſore & Cancellario:

rio: Censor errores vel voce vel scripto admissos reprehendebat: Scripta omnia ab Academicis oblata Academiæ suo tempore exhibenda custodiebat, & successori tradebat; Cancellarius Sessiones Academicorum annotabat Lectionum & scriptorum Authores, argumenta disputationum, Præsides, Antagonistas, Consultationes in album referebat. Qui Academiæ nomen dare cupiebat, à duobus Academicis examinabatur, si recipiebatur, corona hederaceâ, annulo, libro clauso & aperto donabatur. Calend. Maji, quando festivitas Natalis, (qui dies festus, *Efflorescentia Zucchæ*, dicebatur) Academiæ celebrabatur, eo die IV. Censores lecti, qui superioris Anni scripta omnia à Censore accepta proponerent, Censerentque quæ probarentur, Cancellario in Volumen Academicum referenda darent, quæ displicerent, suis Authoribus redderent. *Gnomæ* tres legibus præfixæ; *Neminem lædere, omnibus prodesse, Mundum* (hoc est publica officia) *non curare*, sed otium literarium sectari. Habuit *Academicos Nobilissimos* immo & Principes viros, *Marchionem Vastium Florentinum, Bisignanum, Melphitanum, Salernitanum, Paulum Jornandem Ursinum, Ludovicum Toletanum & Chiaponem*

Vitellium

Vitellium Celebrem in Belgio copiarum Præfectum.

Ad *Intronatorum* imitationem SIENÆ *alii Nobiles*, iisdem legibus, *Academiam* instituerunt, quorum *Symbolum Cribrum* quod Lingua Etrusca Vagliuni, unde TRAVAGLIATI, quasi per Cribrum acti cum dicterio: *donec impurum.*

Ibidem eodem tempore, alii Ephebi honesta æmulatione accensi, ACCENSORUM nomen sumserunt. Insigne *Pinus* igne subjecto ardens & fumigans cum dicterio *Hinc odor & Fructus*.

Alii Senenses *CORTESIORUM* Acad. instituerunt, quæ cito desiit.

DESIOSI denique *VI. Juvenes Patritii* 20. annis minores, instituerunt eo Consilio ut jugi Exercitio dignos sese præstarent, qui suo tempore ab Intronatis reciperentur. *Symbolum*: *Vitis* in Myrto arbore assurgens cum dicto: questo mi scorge ove l' desio mi tira, desiderium & conatum suum emergendi ad altiora Amorum suorum favore (sacra enim veneri myrtus) foveri significantes.

Sub Dominio Pontificis.

Romæ Præterito seculo claruerunt *Academici LYNCEI*, perspicaces ad abdita in lucem perferenda, quorum insigne *Lynx* porphyritidi insculpta, de quibus *in Cista Medi*-

Medic. HORNUNG. *Epist.* LXIX. hodie HUMORISTÆ die befeuchtenden quorum *insigne*: Nubes ex mari orta cum recidente pluvia; *lemma*: *redit agmine dulci.* HARSDORF. *l. a. p. 9.* & memorabiles Academiæ *in Domo* CARDINAL. SABAUDIÆ, *in Domo Alphons.* GONSAGÆ *Archiepiscop. Rhodiensis, & in Palatio* APOSTOLICO, cujus præcipuum membrum fuit eruditissimus *MASCARDI* Urbani VIII. Pont. Maggiordomo, qui scripsit discursus Politicos & Ethicos supra tabulam Cebetis.

In Umbra apud *SPOLETINOS Acad. degli OTTUSI*, apud *Perusinos* vero *INSENSATI*, de quibus posterioribus *LANCELLOTI in phoggidi Parte. II. diss. 10. pag. 189.* apud *AQUILANOS VELATI*, quorum Princeps fuit *Jul. Cæsar BENEDICTUS à Guelfatione* Medicus & Epistolis & consultationibus editis, & professione Romana nostro tempore Celeberrimus.

Denique apud *NEAPOLITANOS Acad. degli ERRANTI, de gli ARDENTI* (ex quibus Academicus *Ardens Ethereus* Thesaurum Gemmarum edidit) *Academ. SERENI* itemque *OTIOSI Los Miradore Otiosi* dicti. Apud Neapolitanos.

§. XIX. *Italorum* laudabilem morem & *transalpini* populi imitati sunt. *Galli* quidem Sodalitia extra Italiam.

dem *Parisiis* instituentes hoc seculo *Là CON-FERENCE des Beaux Esprits dictum* Sodalitium, cujus varia opuscula junctim edita prostant: *HISPANI Acad. PICANESCAM*; *GERMANI Sodalitium fructiferum, id est* die fruchtbringende Gesellschafft Anno 1617. Linguæ Germanicæ excolendæ gratia.

Sodalitia in Physicis Experimentalia, quorum unum in Italia.

§. XX. Hæc *in Compendio* quasi enarrata *famosiora sodalitia* sufficiant, quæ variis Usibus dicata; *Collegia* denique principaliter *Naturæ investigationis* ergo inventa, paucis abhinc annis celeberrima, sunt *COLLEGIA* duo *Experimentalia*, quorum *unum Italia, alterum Anglia* fovet.

FLORENTIÆ.

Italicum FLORENTIÆ Experimentale florentes agnoscit Natales, cujus Collegæ præter varia alia Experimenta, experimentis invenerunt veritatem *LUCANICÆ* sententiæ qui *L. IX. Pharsalic.* statuit, Serpentum Virus absque sanguinis misturâ esse innoxium. Ita enim *ille* introducit Catonem (cum videret Exercitum in Libyæ deserta deductum unico invento fonte, milites tamen ob serpentes fonti propinquos fugam meditari) exclamantem *v. 614. seqq.*

Eorum Experimentú de Serpentum noxa.

-- *vanâ specie conterrite leti*
Ne dubita miles tutos haurire liquores,

Nox-

Noxia serpentum est admisto sanguine pestis,
Morsu Virus habent, *& fatum dente minantur.*
Hausit, & in tota Libyes fons unus arena
Ille fuit, de quo primus sibi posceret undam.

Invenerunt itaque *Experimentales Florentini*, propinatum aquæ poculum serpentum veneno infectum innoxium ebibitum fuisse, non aliter ac vinum, in quo vipera perierit, ab Elephantiasi infecto haustum, non solum noxæ expers fuit, sed & insperato integram restituit salutem. *ARETÆUS L. II. de Diutur. Paß. c. ultim.* & *ZACUT. Pr. Hist. L. VI. hist. 1.* Quod autem *admisto sanguine noxior serpentum virulentia*, fieri potest, quod cum serpentes sint frigidi, nisi sanguinis calidi admistione venenum actuari nequeat (*frigidos* enim esse Contra *Mathiol.* statuit *GREVIN. de Veneno L. 1. c. 1. p. 20. seq.* ubi meminit Galli cujusdam febre ardente decumbentis, qui in ipso æstu insigni magnitudine serpentem manibus tenens, instar glaciei semper sensit frigidum, & *Thom. FARNABIUS* Anglicus Criticus nominatissimus ad *Mart. L. VII. Ep. 86. v. 7.*

Si gelidum collo nectit Glacilla draconem.

Probat ex *SENEC. c. 2. de Ira SUET. in Tiber. c. 92. PLIN. XXIX. c. 4.* mulierculas Romanas

nas in delitiis habuisse serpentes, quibus colla æstivis mensibus refrigerarunt:) Sanguine ergo calente frigiditas veneni diluta, vires acquirit, ut eò citius cum sanguine ad cor per arterias deferatur, illudque facultate sua deleteria destruat. Hydrum seu Natricem à nando dictam venenum in aquas deponere vult *LAMBERT. HORTENSIUS Com. in Lucan. l. 9. v. 723. f. 1010.* Et Natris violator Aquæ. Psyllis tamen Libyæ genti etiam serpentum virus cum Sangvine innoxium statuit idem *Lucanus* quando canit *l. a. v. 874.*

--- Gens unica terras
Incolit à sævo serpentum innoxia morsu,
Marmaridæ Psylli, par lingva potentibus herbis.
Ipse Cruor tutus, *nullumque admittere virus*
Vel cantu cessante potest. --- ---

Alterum Experimentale in Anglia.

§. XXI. Sed misso hoc Collegio, ex quo quidem pro ingenio acutissimorum Italorum, ingeniosissima & utilissima speramus experimenta, paucula de *Collegio Anglico* subjungenda restant. Delineatum *Collegium Anglicum* jam dudum ab Illustrissimo *Francisco Bacone de VERULANIO* Vice-Comite S. Albani, Magni Sigilli in Anglia Custode & post Cancellario summo sub Jacobo. I. Britan-

Britan. Rege, dedit ipsi *titulum SOCIETATIS DOMUS SALOMENEÆ*, fateturque modum longe esse grandiorem & celsiorem, quam qui in omnibus imitatio pateat. Meminit hujus *Collegii Curiosissimus SCHOTTUS in præloq. Physic. Curios. itemque in proœm. L. II. de mirab. Art.* ubi meminit *Robert. BOYLÆI Illustrissimi Comitis de Corke Summi Regni Hyberniæ Thesaurarii fratris*, qui membrum nobilissimæ Societatis non ita pridem Londini initæ, cujus asseclæ hoc unum agunt & versant, ut Naturæ recessus undique solerti omnimodaque indagine magis magisque patefiant.

Idem SCHOTTUS in mirabil. Art. L. XI. c. 10. p. 862. Societatis Regiæ Doctorum Virorum in Anglia initæ, studium & labor eò collimat, ut per varia Naturæ & Artis experimenta, tametsi non sine ingentibus sumtibus suscepta, rerum proprietates, ac Naturas, mirabiliumque effectuum causas indagent, adducitque Catalogum sibi transmissum ex perimentorum tractandorum, ut de variis omnis generis Coloribus §. 2. de Experimentis Britannicarum avium, quas Bernaclas vocant §. 6. de Chamæleontis Experimento §. 24. de ☽. ⊕. Alumine etc. Constat hoc *Collegium*, (uti ex transmissis Legibus hoc MDCLXV. anno, à Collega Pleníus.

Curioſo Dn. D. *Paulo Ammanno Prof. Lipſ* videre licet) *Collegio Generali* ſeu Collegio XI. virorum, penes quos poteſtas de tota ſocietate diſponere, cum Theſaurariis duobus, Conſervatoribus duobus, & Secretariis X. quorum 1. pro Gallia. 2. pro Germania. 3. pro Italia, 4. pro Belgio. 5. pro Suecia, Dania, Norvvegia, Moſcovia. Ruſsia. 6. pro Polonia, Ungaria, Tranſylvania & regionibus Turcæ & Perſæ ſubjectis. 7. pro Hiſpania Portugallia. 8. pro India Occidentali & Orientali, 9. & 10. pro Anglia.

Huic ſubſunt *COLLEGIA XI. Subcollegia* dicta cum ſuis Theſaurariis, ſecretariis & conſervatoribus. Ex his Sub-Collegium I. Medicinæ dicatum, II. pro Matheſi & Architectura militari. III. pro inſtitutione liberorum. IV. pro Mercatura. V. pro Horticultura & Ruſticanis artibus. VI. Artes quæ circa potum & frumentum verſantur. VII. pro Equitationibus, navigationibus, machinis aquaticis &c. VIII. pro textoribus pannificibus, IX. & X. pro artibus ædificatoriis Architectis, doliariis, tornatoribus &c. XI. pro Muſicis, Pictoribus, Cælatoribus, Typographis &c. Stipendia ampliſſima decreta, adeo ut ſingulis Collegis in Generali Solvantur annuatim 400. ℔. Sterling, pro victu vero ſingulis menſibus ſolidi 64. Anglici

glici. In l. II. III. Sub-Collegio singulis Collegis 300. ℔. in Sub-Collegio IV.V.200. libræ, in reliquis ultimis 180. libr. stipendia solvuntur. *Collegii Medici curæ* impositum est 1. Inservire in methodum communem medendi, eamque reformare pro commodo totius generis humani. 2. Laboratorium capacissimum Chymicum erigere, & pharmacopolium, medicamenta parata habere. 3. alere Medicos 12. ad præscribenda & administranda Medicamina gratis pauperibus. 4. alios 12. Medicos ad præscribenda divitibus medicamina. 5. Anatomicum Theatrum insigne habere, 6. alere Botanicos expertes & electos. 7. alere Chirurgos, 8. *Inquirere in Experimenta Magica.* 9. Colligere ex omnibus Sub-Collegiis *Experimenta ad Philosophiã Naturalem facientia*, indeque physicas Institutiones construere. *Fusissime de hoc Collegio Theod. Jacobi &c.* Fusissime *de hoc Collegio Theodor. Jacobi Siles.* Literis è *Londino XII. Cal. sept. 1664.* datis *ad Ampliss. Reip. Patriæ Senatorem Dn. Christianum Hofmannum ab Hofmansvvaldau*, quas pro insigni erga Naturæ Curiosos favore, mihi communicatas excerpere, non insvave duxi. Amor literarum, *inquit*, novum *Anglorum* genti decus non est, cæterum novo nunc & inaudito prius exemplo Rem Lite-

 rariam

rariam & Commoda hujus vitæ in univer-
sum augere aggrediuntur. Est paucis ab
hinc annis instituta *societas Regia*, cujus
fundamenta privati quidem homines jece-
runt ultimis Cronwellii temporibus, cujus
usurpatio & erga eminentes viros sinistra
interpretatio multos ad studium Philoso-
phiæ compulit. Versa fortuna, receptoque
legitimo Principe non destituerunt: *REX*
ipse brevi postea curam ejus Rei suscepit,
seque fundatorem ultrò professus est: inde
certatim ei nomina sua dederunt, quotquot
ex Proceribus ingenio & doctrinâ excellunt
adsumtis etiam extraneorum nonnullis
ita ut ultra centum quadraginta nunc sint.
Singulis septimanis semel conveniunt, qui-
bus hoc vacat, & præmeditata proponunt;
quilibet assertionem suam experimentis de-
monstrare jubetur, additis, prout res exigit,
qui opera sua ipsum adjuvent. *Finis* insti-
tuti est, *ut Naturalem Philosophiam* accura-
tissimè excolant, inde mira inventa Artis
Mechanicæ, Navigationem, Architecturam
Civilem & militarem, ipsam etiam agricul-
turam, & quicquid in Communi vita usu ve-
nit, concernentia excogitantur, quæ cum
matura & experimentis bene firmata fue-
rint, publici juris facturi sunt: Interim lu-
cem brevi videbit tractatus Anglice Con-
scriptus

ſcriptus, in quo rationem inſtituti ſui Orbi Literario reddere decreverunt. Inter eos, qui primi anſam huic Collegio dederun, teſt quidam *Theodor. HACK*, qui Gronovio notus eſt, ex Palatinatu oriundus, ad hunc aditum ipſi nobis fecimus, ab eoque ad alium deducti ſumus, cui nomen eſt *Joh. OLDENBURGIUS*, qui & ipſe *Germanus* eſt, è Civitate Bremenſi proſpera Fortuna uſus ſedem ſuam Londini fixit, & multijuga eruditione & experientia ſua promeruit, ut *Secretarius Illuſtris hujus Societatis* conſtitueretur. Cum aliquoties de variis rebus collocuti nobiſcum eſſent, incidit mentio *de Collegio CURIOSORUM*, ut vocant, quod in *Germania* à Viris quibusdam magni nominis inſtitutum incidenter tantum reſciverant, occaſione nimirum ſcripti *de Vite vinifera*, in cujus præfatione *Author* nonnulla de inſtituto iſtius Collegii meminit. Avidi uterque erant noſcendi ex nobis, *quæ ratio hujus Collegii, quis ſcopus, quis progreſſus* eſſet, rogaruntq; inſtanter, ut aliunde ipſos *de iſthac ſocietate* inſtrui procuraremus promtitudinem ſuam publico nomine declarantes communicandi reperta ipſorum, ſi ipſis viciſſim nonnulla ſuppeditarentur. *Hactenus Vir Politiſſimus* in dictis literis. *Excellentiſſ. Thom. BARTHOLINUS* Vir, uti ab *OLAO*

WORMIO Muſ. L. 1. c. 9. nominatur, omni laude major, *Literis Hafniâ ad me datis & opuſculo ad calcem adjectis.* ita de propagando Naturalis Scientiæ Studio: Perplacet ſtudium *Naturæ Curioſorum*, quod ex tranſmiſſa Epigraphe mihi innotuit: bene cœptis perpetuitatem voveo. Magni *VERULAMI* hæc olim fuit ſententia, & *nuper in Anglia* Clariſſimorum Virorum *DIGBÆI, BOYLÆI, WILLISII, GLISSONI, CHARLETONI* curæ & labores eodem tendunt, quorum ductu *Collegium* inſtruitur publicis ſumtibus perficiendum. Hiſce *experimentis* rectius *ad Naturæ* penetralia pervenitur, & multa in apertam lucem protrahentur, quæ vel occulta hactenus, vel falsò credita. Si hac via vos (*Naturæ Curioſi*) ad veritatis ſemitam graſſamini, immortalem laudem merebimini. Experimentis his opus eſt pluribus, haut fallacibus, quibus Naturam quaſi blandâ Arte ſollicitamus. Opus quoque eſt Magnatum favore & impenſis, ut felicius cuncta ſuccedant; ſane tardius, nec tuto ſatis privata induſtria quicquam perficiet.

Collegium Naturæ Curioſor. optat aliquid Naturali Cognitioni conferre.

§. XXII. *Hæc Vir Clariſſimus.* Et fatemur neceſſe habemus, *Collegium Naturæ-Curioſorum*, quod in Libera imperii civitate *SCHWINFURTI Anno MDCLII.* Natales ſenſit

ſenſit, minime gentium cum *Illuſtriſſima Angliæ Societate experimentali* conferre poſſe, utpote quæ Regia Authoritate & munificentia munita, Eruditione & Ingenio præcellentiſſimorum Virorum delectu abundatiſſima, & nervo rerum gerendarum ſumtibus inſtructiſſima: Curioſorum verò Collegæ diſperſi plurimi, inſuper omnes Medici Praxeos occupationibus deditì, quibus paucisſimæ horæ Phyſicis conſiderationibus & experimentis vacantes, & quod rei cardo eſt, Magnatum favore & liberalitate hactenus deſtituti ſint, tentarunt tamen aliquot Collegarum, ſi non Hecatombe, tamen molâ ſalsâ & farre Naturæ venerari Majeſtatem. Speramus interim (modo non Germaniæ impendentes Bellorum *furiæ* Muſas rurſus in exilium agant) tempoporis progreſſu meliorem ſortem: præprimis, ut Auguſtisſimus Galliarum Monarcha Oceanum Atlanticum per derivatos canales ex Garumna cum fluviis Lers, Fresquel, Aude mari mediterraneo maritari meditatur ſummo incolarum emolumento: ſic ſi ex ditisſimo *Oceano Britannico* per *Regiæ Experimentalis Societatis* promiſſam munificentisſimam communicationem, in Germaniæ interiora & mediterranea loca, *ad Naturæ Curioſos* Naturæ gazæ derivarentur,

næ *Collegium Curiosum* spem sibi facere ju posset latius, speciosius & fructuosius su crescendi. Interim cum *Epistolæ invitatoriæ ad Medicos Naturalium Rerum Amantissimos*, una cum *legibus Collegii Naturæ Curiosorum Judiciis variorum Medicorum* ant biennium *Lipsiæ* typis exscriptæ Erudit Orbi se sistere ausæ fuerint, plura de ejus in stituto addere res esset eandem recoquend Cramben. *Coronidis* loco addo saltim, qu *de Collegii Curiosi incrementis* formandis paucis ante obitum mensibus mecum com municaverat *D. LEONARDUS URSINUS Collegii Curiosi Zephyrus & Prof. Botanicu que Lips.* meritissimus.

Colleg. Curiosum amplificationẽ expectat.

§. XVIII. *Is* constituerat diuturnior ævi Plantam *Aloën* curioso sistere Orbi, se qui in Horto medico plantam Aloës pro pria cura productam, Hiemis inclementi enectam luxerat, subsequente Bruma alter morbi sævitia peremptus ipse lugetur, u merito *Collegium Curiosum Zephyrum* efflas se doleat, ejusque ἀπνόιαν gemat; immo *Excell. SPONIUS Medicus Lugdun. Gallorum* nominatissimus *Liter. IV. mens. Octobr. 1664 ad me datis* audito Zephyri nostri (*D. URSINI*) *Curiosi Botanici* præpropero obitu, ve hementer se indolescere affirmet, ita ut ex

clama-

clamare heic ſubeat Priſci illius Poëtæ verbis, quovis moſcho fragrantioribus:

Νῦν φυλάμοι μύρεσθε, καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθεν:
Ἄνθεα νῦν συγνοῖσιν ἀποπνείοιτε κορύμβοις.
Νῦν ῥόδα φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμώνα.
Νῦν ὑάκινθε λαλεῖ τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἲ αἴ.
Λάμβανε σοῖς πετάλοισι καλὸς τέθνηκε μελεκτάς,

Ita autem prædictus *D. URSINUS*: *Lit. 12. Jul. 1662.* pro melioratione, inquit, *Collegii Curioſi* hæc cum Dn. Collegis communicanda duxi. *1.* Neceſſarium exiſtimo numerum determinatum Collegarum eſſe, ne in immenſum excreſcat: Angli habent in Imo Generali & XI. Sub-Collegiis CLXXX. Perſonas, nobis forſan ſufficient L. aut LX. 2. Tota *Societas Curioſa* dividi poſſet in aliquot circulos, ut alius ſit Franconicus, Hennebergicus, Haſſiacus, Noricus, Miſnenſis &c. In quolibet circulo ſint aliquot Medici Collegæ, qui conferre poſſint menſtruatim, & referre ſemeſtratim ad Cancellariam Academicam (quæ Suinfurti maneat) quod pro honore & incremento Collegii faciat. Habeant ergo Dn. Svinfurtenſes (utpote numeroſiores) Directorium Academicum

& assument Secretarios alios, quorum opera Litteræ hinc inde ad reliqua Collegia sive circulos scribantur & transmissa à SubCollegiis in ordinem redigantur. Qui in quolibet circulo Senior est ratione Promotionis Doctoralis, Provincialis nomen habeat, & ad ipsum potissimum dirigantur Literæ à Cancellaria Academica, vicissim Idem per Secretarium Circuli referat Singulis trimestribus, aut ad sum̃um semestribus. 3. Quandoquidem non leves requirantur sumtus pro Literis hinc inde mittendis, pro describendis nonnullis tractatibus, pro faciendis experimentis, pro apportandis quibusdam è locis longinquis, non incongruum esset quemlibet Dn. Collegarum adhuc superstitum summulam aliquam argenti Fisco inferre, adeoque partim redimere Locum in Academia, partim etiam promovere Bonum ejusdem: qui autem imposterum recipiendi sunt Collegæ, duplum pendant, adeoque sublevent Fiscum in Conquirendis Arcanis, quorum quisque sincerè redditur particeps. Fisci rationes ponendi à Secretario Cancellariæ singulis trimestribus, ut appareat, quomodo persistere possit Academia in faciendis sumtibus. 4. Denique opportunum esset huc pertrahere viros Illustres, Barones, Duces, ut quandoquidem pro

pro Patriæ Salute laborent curiosi ipsorum munificentia ex fisco annuum accipi possit salarium. Angli in hoc felicissimi, qui minimo Collegæ (ut ex fundatione apparet) anuuatim exhibent 180. libras Sterlingorum, quæ efficiunt ultra 800. Imperiales, insuper quodlibet Sub-Collegium alios viros per universum orbem mittendos sumtibus publicis habent. *Hactenus Zephyrus noster*, quæ an imposterum Collegio profutura fuerint, Tempus edocebit. *Sed missa ulteriori de adminiculis studii Physici dissertatione*, ad ipsam Gammarologicam tractationem accedo.

CAPUT IV.

Animantium Subdivisio. Causa impulsiva tractationis de Gammaris vulga cancris dictis.

§.I.

PHysicos genuinos Naturæ consultos, & cum iis *Medicos*, materiam medicam in triplex distribuere Regnum, *minerale* scilicet, *vegetabile* & *Animale*, notissimum est. Sepositis nunc *mineralibus* & *vegetabilibus*, Theriotropheum mundi si inspicimus, videmus

Divisio Animaliũ in Perfecta & Imperfecta.

mus

mus illud tot tantisque mirando numero, ordine, ſtructura, virtute repletum Animalibus, ut ex iis ſatis ſuperque admiranda Creatoris Sapientia nunquam ſatis deprædicanda perluceat. *Communiter* dividunt

Diviſio Ima.

Animal in *Perfectum*, ἔναιμον *ſanguine præditum, & imperfectum*, ἄναιμον *Exſangue*, quod non habet ſanguinem proprie ſic dictum, ſed humorem alium proportione ſanguini reſpondentem.

Perfectum diſpeſcitur in λογικὸν *Rationale*, Homo ſcilicet, *vel* ἄλογον brutum. *Brutum vel* extra aquam vivit, *Terreſtre* ſcilicet ſubdividitur *in Greſſile*,

In reptile, *& in immobile, quale Zoophyton.*

Vel in Aëre vivit *ut volatilia:*

Vel in Aqua *ſaltim vivit, ut piſces proprie ſic dicti*, aut

Amphibia extra aquam quoq; viventia.

Aerea an Aquaticis annumeranda.

§. II. Sunt quidam, qui *Aëra ad Aquatica* revocent, quod nec *Ariſtot. L. I. Hiſt. An. c. 1.* ignotum. Hinc *Euſeb. NIERENBERG. L. IV. Hiſt. Nat. per. c. 1.* Piſcium & Avium productio aquis, non terræ delegata, ergo ſolum humoris hæc vis, cum nulla è terra ſola ſine humore genita ſit Avis; Germani ſibi ſunt piſces & Aves. *Et L. IV. c. 13.* Fraterculantur Aves cum piſcibus, communis vulva

vulva humor eſt, ideo & piſces per aquam volant, & aves per Aërem natant, illi aves pelagi, iſtæ piſces ſublimes; ſimilitudo inceſſus & elementi conjunxit Nativitatem. Et credendum omnes Aves generatim Aquam procreaſſe, converſam in aliquam materiam denſiorem, quales aquatiles aves, ex his temporis progreſſu quasdam, quæ longius ab qua receſſiſſent in remotiores terras, mutaſſe Colorem cum ſedibus, ibique ex propagatione naſcentes, his in locis perſeveraſſe, ut ab aqua non videantur habuiſſe principium. Eandem ſententiam fovet *Caſp. SCHOTTUS L. VII. Phyſ. Carioſ. c. 5. p. 787.* Quare & Bernaclas Aves ſ. Anſeres Scotiæ (de quibus infra plura) in mari prognatas, quod cum carnem non habere videantur, nec ex Carnibus productæ ſint, Pariſiis loco piſcium tempore quadrageſimali vendi & comedi ex publicâ Theologorum Sorboniſtarum ſententia, author eſt *OLAUS WORMIUS L. III. Muſ. c. 7.*

§. III. *Imperfectum Animal* ſeu *exſangue* dividitur

Imperfectorum & Exangvium Subdiviſio.

1. *In Inſectum* ἔντομον, quod corpus inciſuris diſtinctum habeat:
2. *In molle* quod molli cute contectum μαλακόδερμα.

3. *In*

3. *In crustaceum*, quod tenui crusta obtectum μαλακόστρακον:

4. *In testaceum*, dura testa obtectum, ὀστρακόδερμα

Tam *mirabilis* ergo *structura Animalium*! tam opportuno donavit creator omnia amictu? Volucres non solum alleviavit plumis, pisces expedivit squamis, ne plumis aut lana induti gravarentur humore concepto, sed infirmiora testis quoque munivit, conchis vallavit, crustis armavit.

Alia Animalium Divisio.

§. IV. *Alii* dividunt *Animal* in *viviparum, oviparum, vermiparum Alii* in *Animal perfectum*, quod ex semine sui similium aut etiam dissimilium procreatur, aut *imperfectum*, quod ex putrescente materia, ut minus recte vulgo vocatur, oritur.

Crustatorũ & Cancri considera- tio digna Curioso.

§. V. In præsentiarum *Exanguium* reliquis præfertur consideratio, in quibus licet vilis videatur Natura, certum tamen, nusquam alibi spectatius naturæ artificium esse, nusquam eadem magis quam in minimis tota, in magnis siquidem corporibus, inquit *Plin. L. XI. c.* 2. facilis officina sequaci materia fuit, in parvis autem quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio: *Ex Collegii itaque Curiosi instituto*, & jussu non Bovem aliquem Lucanicum, aut extremo orbis angulo eductum, vel Africa monstrorum

um ferace ereptum Brutum mundi Thea-ro sisto, sed *loricatum & crustatum Gammarum cum reliquo crustatorum agmine*, cujus non solum structura, sed & remediorum variorum inde paratorum necessitas & copia *Curiosum* haud dedecet & tractare, & Curiosis Lectoribus una in Tabella exhibere.

§. VI. Agnovit crustaceæ Considerationis Necessitatem & amœnitatem *DORION* apud *ATHEN. L. VIII. Dipn. Gammarum in se habere* Διατριβὴν, εὐωχίαν καὶ θεωρίαν *exercitationem, delicias & contemplationem*; nam explicante hunc locum *Clariss. VOSSIO L. IV. Idolol. c. 33. p. 1414.* cum discerpitur manus oculique exercentur, dum comeditur grati est Saporis; ad hæc elegans ejus fabrica svaviter speculando animum pascit. Nec in congrue *Dn. D. Martin. Christoph. Mezgerus Medic.* quondam *Posoniensis*, nunc Ratisbonens. *in Lit.* ad me datis: *Curioso* maxime digna cancrorum consideratio, si cœli in ὀστρακόδερμα lusum, sive in accessum quasi Naturæ λιθοποιοῦντος thesaurum, sive loricati illius ἀμφιβίου artificiosissimam rimeris structuram, sive denique inexhaustum mireris usum. Omnicola cancer est, inquit *SCALIG. Exerc. CXCVI. §. 9.* in aquis dulcibus, in mari, in terra stabulatur, Aërem novit, quia terrestria fruuntur

Cancri Laus.

tur

tur aëre, & nos (ut idem jocatur) fruimur illis ab igne, quin & in Cœlo mendaces potuere Græci. Cur ergo vilis videatur aut infructuosa *Gammari* tractatio ? Quo abjectiora nonnulla humanis apparent oculis, eo non nunquam plus occultant tum divitiarum tum admirationis. Minus arduæ operæ vastorum animalium corpora & Naturam explicare, plurimis hæc patent argumentis, & operum evidentia in sensus magis incurrunt ; at in parvis & abjectioribus occupari & ingenii nervos intendere, quia abscondita hæc altius, curiosos magis decet.

In tenui labor, at tenuis non gloria si quem
Numina læva sinunt, auditque vocatus
Apollo.

Quanquam & *Astaci* jure extenuari nequeant, quod utilitate sua exæquent vel maximarum rerum in Natura notitiam ; ex iis plurima emolumenta ad culinam, plurima ad medicandum copia. Tanta ex unico Astacorum genere ad mala gravissima debellanda remediorum sylva & certitudo, qualem vix invenias in ullo alio, ne quidem in famosissimo, licet ignotissimo plerisque Philosophorum Lapide, ut in simili negotio jocatur *LIBAV. præf. Batrach. p. 185.* Delectati olim venatione Hippolytus, Actæon, Cephalus

Cephalus, alii Piſcatione ut Demoſtretus, Metrodorus, & Leonides, immo eo inſaniæ devenerunt olim monſtra quædam Romanorum Imperatorum, ut aureis retibus maria tentarint, ſicuti de Nerone *SVETON. ejus vit. cxxx.* qui aurato rete piſcatus, purpura coccoq; funibus nexis: jucundius mihi ſine æſtu, ſine ſumtu, ſine patientia, ſine periculo maria & flumina perſcrutari, in capiendis *cancris* occupari & inveſtigandis eorum ingeniis, affectibus, moribus deſudare. Et quamvis hæc non aureis conſcripta literis, quali pompa Oppianum verſus ſuos exornaſſe conſtat (*teſte RITTERSHUS. in vita Oppian.*) ſic nec auro compenſabitur labor, ut ejusdem Oppiani, cujus bis mille verſus bis mille ſtateris aureis ab Antonino Septimii Severi filio remuneratos fuiſſe, conſtat.

§. VII. Quod verò *Gammarologia vitem* ſubſequatur *præter Collegii juſſum* malo *Exc. BARTHOLINI verbis* (*Ep. Haſnicâ ad me data*) quam meis proferre: *Ita verò ille*: Recte *Gammaros Ampelographiæ* tuæ ſubjungis, quia difficilior Aſtacorum caro & ventriculo moleſtior ſine vino. Rectè enim *PLATINA L. X. tuend. valet*: cancros difficillime concoqui, coctos aſthmaticis & phthiſicis prodeſſe ſcribit. Non ab igne tantum

Cur poſt vitem tractetur Gammarus.

F culi-

culinario difficulter concoquuntur; ſed & ab altero, cujus beneficio ventriculus noſter gaudet. Cur tam ſint ἐφεκτικά, ipſe divinabis. Remedio erit *Tua vitis*, quæ tenori tenorem addit, ut loquitur ARETÆUS L. I. Acut. c. I. *Alio* quoque *nomine recte viti cancrum addis*: nam Cancros fluviatiles in ſarmentis albæ vitis cremari ſvadet Dioſcorides ad Morſum Canis rabidi.

CAPUT V.

De Cruſtatis in genere, & in ſpecie de caudatis Cruſtatis.

LOCUSTIS, ASTACIS. SQUILLIS.

§. I.

Cruſtatorum in genere Diviſio.

Cancri vocabulum generale.

NUnc ulteriore proſcenio remoto *Cruſtata* Rete explicato eximenda & proponenda, de quibus ad meliorem *Gammarorum* conſiderationem *generalior* per totum opuſculum immiſcenda erit, & hic loci eorum *Diviſio* & *Deſcriptio*, & *Differentia* præmittenda. *Cancri* vocabulo *generaliter* utitur *PLIN. L. IX. c. 31.* quando inquit: *Cancrorum* genera Carabi, Aſtaci, Majæ, Paguri, Heracleotivi, Leones, & alia ignobiliora. *ARISTOT. L. IV. part. Anim. 8.*

Cruſtata

Crustata distingvit in Locustas, Gammaros, Squillas, Cancros non modo forma, verùm & magnitudine multum inter se differentes. Acutissimus *SCALIG. Exerc. CCXLV.* desumtâ differentia à forma corporis distribuit *Crustatum in Caudatum*, cujus Cauda expressa & extenta est, *& in Rotundum*, cujus Cauda quasi operculum alvi exitum obtegit, & ventris infimæ parti ita applicatur, ut caudæ Speciem præ se ferat nullam. *Caudatum Gammarum* vocant, *Rotundum* Græci Κάρκινον, *Latini Cancrum*, quanquam inversus plerumque vulgari loquendi modo ordo & Vocabulorum confusio. Quare & opusculi titulus *Gammarologia*, quia potissimum de *Gammaris seu Astacis fluviatilibus* agit, quas impropriè nostro hodierno loquendi modo *Cancros* vocant, si quidem veris caneris rotundis caret Germania nostra. *CRUSTATA CAUDATA* dividuntur in *LOCUSTAS*, *GAMMAROS* seu *ASTACOS* & *SQUILLAS*. de quibus hoc capite agendum erit.

Cur titulus Gammarologiæ?

§. II. *LOCUSTA Marina*, propriè etiam *CARABUS*, παρὰ τὸ τῇ κάρῃ βαίνειν, quod capite incedat, quia capite quasi carere videtur, quod illud non à pectore distinguatur. Dicitur ab Archestrato apud *ATHEN. L. III.* impropriè *ASTACUS*. Italis dicitur *LAGO-*

Divisio Crustatorũ Caudatorũ & I. de Locustis.

 USTA

USTA, alibi *Lonchrina*, Massiliensibus *Lan-*
Synonyma. *gousta* Belgis Stuerkrabbe/Germ. Meer-
krebs / Langer-Meerkrebs/Gummer-
Art/ *Gesn. Hist. Pisc. f. 126.* Meerstoffel.
Hollandis Seekreft Brasiliensibus *POTI-*
QUI QUIYA, & describitur à *MARGGRAV.*
Descriptio. *Hist. Brasil. L. IV. c. 20. f. 185.* Cornua Locu-
stæ ante oculos bina & aspera, in ortu cras-
sa, hinc magis magisque gracilia, donec
in minutum desinant circulum, his dimi-
cant. *VOSSIUS de Orig. Idol. L. IV. c. 10. f.*
1310. cornibus his majoribus alia minuta
& leviora subjacent. *ARIST. IV. Hist. An.*
propriâ rotunditate præpilata. *Plin. L. IX.*
c. 30. quibus pisciculos alliciunt ac venan-
tur. *RONDELET. L. XVIII. de Piscib. c.*
Oculi ipsi duri intro, foras & in obliquum
mobiles: dentes primores binos habet, &
inter eos carunculam linguæ effigiem re-
præsentantem. *ARIST. IV. c. 2.* Branchias
plures habet quàm alia crustata. *Ibid.* pedes
utroque ex Latere quinos ultimis annume-
ratis in forcipem denticulatum exeuntibus.
Ibid. ubi forceps dexter grandior valentior-
que *Id. de læs. Part. C. IV. c. 8.* Caudam ha-
bet quinque pinnis constantem. *Id. L. IV.*
c. 2.

Adjuncta. *Locusta* coit more quadrupedum retro
mingentium ineunte vere juxta terram. *Ari-*
stot.



de

cis ſeu


Tab:
Locusta marin
Gesneri
Locusta marina
Aldrovandi.
Locusta marina
Brasil:
Potiquiquya.

stot. V. c. 7. H. A. pascitur venatu pisciculorum. *Id Hist. VIII. 2.* vivit præcipuè in petrosis & asperis locis, *ARIST. Hist. V. 17.* cum cancri potius in mollibus. *PLIN. IX. 31.* natat Locusta caudâ quasi remo innatando. *Id. Hist. 1. c. 5.* ni metuat, cornibus ad latera porrectis, in pavore retro Cornibus erectis. *Id Hist. VIII. 2. PLIN. IX. 30.* caussam reddit *ÆLIAN. L. XIII. Anim. 12.* Latet mensibus quinis *Aristotel. VIII. 17.* Senectutem Vere & Autumno exuit. *Id. V. 17. & VIII. 17.* vita ipsi diuturna. *Id. V. 17.* præstans in Cibo gravida, deterior à partu. *Id. VIII. 30.* laudatur Scyria *ATHEN. L. III.*

Dimicat cum aliis Locustis cornibꝰ. *Arist. VIII. 2.* cum polypo, à quo superatur, cum Congro, quem superat, cum Muræna, quam enecat, de quo vide infra *cap. 15.* ubi de hac pugna ex Oppiano plura.

In Ponto Euxino frequentes: refert *BUSBEQU. Epist. Turcic. IV. p. 301.* prope Insulam Principo dictam secessui ejus propter pestem destinatam quatuor horarum navigatione Constantinopoli distantem, in vado illius maris trepidantes cancros aut Locustas fuscinâ confixas cum jucunditate in navim se rapuisse.

Vide de Locusta TAB. I.

§. III. *ASTACUS, seu Gammarus,* Astacis seu

 de Ἀςακὸς

Gammaris præcipuè Marinis. Ἀστακὸς Atticis etiam ὀστακὸς *marinus* est aut *fluviatilis* est *aut terrestris*.

Marinus ASTACUS, *Hippol. Salvian.* in *Indic. Pisc. fol. VI.* referente, à *Theod. Gaza* solum vocatur, tanquam magnus & marinus, *Gammarus* verò solum sit fluviatilis & parvus, confunditur tamen plerumque. Italis dicitur *Gammaro*, *Gambaro*; Venetis *ASTASE* quasi *ASTACUS*, Gallis *HOMAR*. Monspel. Langrous; Massiliensib. Ligombaudos. Germ. Seekrebs / Gummer.

Differentia *Differt à Locusta* brachiis, quæ denticulatis forcipibus protendit, & aliis quibusdam discriminibus, quanquam non multis *ARIST. Hist IV. 2.* pedes inferiores longè majores & latiores quam Locustæ, supra dentes cornua breviora tenuioraque quam Locustæ; oculi parvi, cum Locustæ majusculi, facies acutior, pectus latius quàm Locustæ, totumq corpus mollius & carnosius tandem totum Corpus læve, cum Locustis aculeatum sit & asperum.

Marini Astaci Species a. Elephantus aut LEO. §. IV. Odore escarum capitur. *Aristot. Hist. IV. 8.* marini Astaci variæ sunt Species.

1. *Marinus Astacus maximus*, quibusdam *ELEPHANTUS* dicitur, quibusdam *LEO* Meerleu à magnitudine, aut ut *WILLICH. de Arte coquin. c. LXI. p. 184.* censet, quod inter coquendum ruffescat, ac ita Leonculi effigiem


Tab: II.
Astacus Leo
Astacus marinus maximus.
Astacus hominem perimens.

Gammaris præcipuè Marinis.

Differentia

Marini Aſtaci Species a. Elephantus aut LEO.

effigiem repræsentet. Hîc tamen rursus lis movetur, *Elephantum* & *Leonem* ALDROVAND. *L.II. c. 3. Hist. Exsangv.* pro uno censet, *PLIN. XXXII. 11. Elephantum* Locustarum generis nigri facit pedibus quaternis bisulcis, cujus brachia duo binis Articulis singulisque forficulis denticulatis prædita, *Leonibus* verô assignat brachia cancris similia, reliquam partem Locustæ. *Leonem* cæruleo colore & subnigris maculis distinctum exhibet *ÆLIAN. XIII. 14.* Astaco minorem facit *ATHEN. L. III. c. 13.* ex Diphilo: ex crustatis squilla, astaci, Locusta, cancer, Leo, quamvis ejusdem generis sunt, inter se differunt tamen siquidem Astacus major est, quam Leo. *Ab Astaco* tamen *Leonem non esse diversum* monstrat *Petr. GYLLIUS Lib. de Massiliensib. Pisc. nomin. Lat & Gall. c. 73. & 74.* maximus ergo Astacus marinus Leo dicitur, reliqui retinent nomen sui generis. *Leo* apud Belgas à mensis amovetur quod nihil in cibo valeat, apud Italos tamen lautis apponitur conviviis in furno calido sine aqua coctus.

ASTACUS marinus in Oceano nusquam non frequens, in Euxino tamen Ponto nullos inveniri, *OPPIAN. L. 1. Halieut.* affirmat. In mari Balthico nulli Astaci, *inquit SCHOENFELD. de piscib. p. XXIV.* in Sveciæ

Astaci marini ubi frequente.

Svetiæ regno non nisi in Littore Westro-gothiæ, quod Oceanus ad Nielosiam & Gothoburgum alluit, capiuntur, unde in aulam deferuntur. Uberrima eorum captura ad Insulam Terræ Sanctæ s. Hilliglandiam (quam olim Terram Phosetanam à Phoseta Frisorum Idolo, post Insulam S. Udulæ, & ab Hiligone Principe, qui Jutlandiam Saxonibus ademit, dictam refert *Benjamin KNOBLOCHIUS Siles.* diligentissimus ejus Insulæ perscrutator *in Descript. Hiligland. p. 1. seq.*) ad illam Insulam piscatum Astacos quotannis proficiscuntur & Angli & Batavi, quibus in deliciis sunt. Anno 1616. ad quinquies mille ibi captos fuisse Insulæ Præfectus retulit. Meminit eorundem Astacorum circa Hiliglandiam Gummer oder Seekrebse *Knobloch: in descript. Insulæ pag. X.* in mari Danico frequentes esse Astacos, recenset *WORM. Lib. 3. c. 4. Mus.* & describit quod sint Colore dum vivunt nigricante, & ad cœruleum tendente, dum coquuntur in Ruborem summum transeunt, sed ubi paulatim exsiccantur, ad albedinem vergunt; cornua habent sive flagella ante oculos tenuia longa, sectionibus multis distincta, quibus viam pertentanti magnam habent ratione magnitudinis dif-

feren-

ferentiam, majores quandoque superant ulnam Seelandicam.

2. *ASTACUS marinus medius* Gesn. & Aldrov. dictus, Norwegis dicitur Gummer / Konge dicitur *teste WORM. l. a.* & vocatur ab *Eod. Astacus* LITTERATUS, quod in Crustis caudam tegentibus Litterarum quarundam grandium & quasi hieroglyphicarum notas ostendet: Unde cum tales Bergis Norwegorum capti essent loci Episcopus depictos Hafniam quasi aliquid secreti significantes transmisit, Wormius tamen ostensione aliorum monstravit Astacis Literatis id à Natura inesse, non verò à portento. b. Astacus medius Litteratus.

3. *Astacus marinus parvus*: *Gesn. f. 126.* kleiner Gummer / Meerkrebs. Ad Astacos marinos referuntur à solertissimo Naturæ promocondo *ALDROVANDO. L. II. Exsangv. t. 7.* *Astacus* CARABOIDES, *καραβοειδὴς* coloris cinerei medius inter Carabum & Astacum & Gammarus terrestris, de quo posteriore *Id. L. II. c. 8.* & *infra cap. VI.* Apud BRASILIANOS *Gammarorum* species recensentur à. G. MARGGRAVIO *L. IV. c. 21. f. 187.* Gammarus. c. Astacus marinus parvus. d. Caraboides. e. Gamm. terrestris. f. Brasilianorum.

1. GUARICURU vulgo CAMARAON, qui cocti eduntur.

2. POTIPEMA crassitie & longitudi-ne quatuor digitos æquans:

3. POTIGUACU & POTIATIN-GA annularem digitum crassus, magna copia pluviosis mensibus Junio, Julio, Augusto capitur.

g. Gamm. Fluvitatilis.

ASTACUS denique FLUVIATILIS in fluviis degens nomen habet ab Astacorum Marinorum forma, eundem verum *Cammarum* seu *Gammarum* Antiquorum esse pluribus demonstrat *ALDROV. L. II. c.* quamvis *SCHOENFELD. p. XXIII. de Pisc.* Squillam Veteribus Gammarum dictam fuisse contendat. *Hujus Astaci fluv.* tractatio cum ex crustatis reliquis omnibus nobis mari remotioribus *Gammarologiæ* curam expetat, & enodanda arrideat, suspenso nunc pede prætergredi libet. Vocantur Flusz/Krebse/Bachkrebse. Oterkrebse.

h. Gammarus in Concha.

Ut Squillæ Pinnotheres habent, & Cancri Cancellos in variis peregrinis domiciliis habitantes, dequibus inferius; Sic & dantur in *BRASILIA* teste *MARGGRAV. L. IV. Hist. Brasil. c. 21. f. 188. Gammari in Concha* parva, magnitudine majoris pruni, turbinata ad Littus prope fluvium Paraiba, haud edules & dicuntur PARANACARE.

De Squillis

§. [illegible] SQUILLA, Græcis Κάρις ut vult *Robertus CONSTANTINUS* in *Supplem.* *Lingv.*

Lingv. Lat. citante *STUCKIO. L. II. de Conviv. Antiq. c. 9. f. 175.* Squilla καρὶς, quia capite, quod κάρη, magno est, vel quia κηρὶς marina, & κόρις apud *Ath. L. III.* Dicitur & καρίδιον, quanquam proprie hoc nomen competit Squillulæ Conchas inhabitante. German. Gogger Krebse/Gernier. *GESN. fol. 127.* it. Meer Krebse sonder Scheeren apud *ALDROV. L. II. c. 9.* Gallis Cheorette, Normannis Creoette. Vocabulum Squillæ VOSSIUS *de Orig. Idolol. L. IV. c. 33. p. 1415.* statuit *Juven. Sat. V.* & Romanorum alios laxius accipere, ut non καρίδα sed etiam Astacum comprehendat, cùm à magnitudine Squillam describant, καρίδες tamen magnæ spithamam non soleant excedere, teste *Simeone Sethi. Differt* à cancris Squilla quod caudam habeat, à crustaceis verò reliquis, quod forcipe careat, ideo plures habet pedes, alias nisi chelis careret, Gammaris simillima, Hinc *SCALIG. Exerc. CCXLV. §. 2.* à Squilla parva Gammarus parum differt, si minus accurate consideres, sed diligentius intuenti recognoscetur Gammari rostrata facies, Squillæ mutila : Gammaro pedes duo priores quibus pro manibus utitur, forcipati, Squillæ uniformes, squillæ lamellæ latiores ipsa tota compressior ; & putat *Idem Scalius* Gammarum Antiquis fuisse

Differentia

fuisse & nostrum fluviatilem, æque atque minorem Squillam Ursam. De Differentia Squillæ à reliquis crustatis agit *ARIST. L. IV. Part. Anim. c. 8.* Coit Squilla ineunte vere juxta terram, *ARIST. L. V. Hist. c. 7.* Vere nigricat, post ver albedinem recipit *Id. L. VIII. Hist. c. 30.*

UbiSquillæ frequentes.

Squillæ in Dania frequentes sunt, utpote quæ magna copia in Danici maris capiuntur Littoribus, à mulierculis reticulis perticis alligatis, & in modum semicirculi extensis illas piscantibus præsertim *Gibbæ*, attestante *OLAO WORMIO L. III. c. 4. f. 248.* Colore quoque gammaris similes nigro & Cæsio, dum crudæ, coctæ rufescunt.

Vide. TAB. II.

Divisio Squillarum

§. VI. *Squillæ* dividuntur in *marinas* & *Fluviatiles.*

MARINÆ rursus secundum *Arist. IV. H. 2.* in LATAS, Κϱάγγονες, *crangones*, in *GIBBAS* Κύφας & *in parvas* quæ nunquam majores fiunt.

Squilla lata Ursa.

SQUILLA LATA καρίς πλατεῖα magnitudine locustarum multo latior, vocatur *Ursa*, quod ubi porrecta jacet, Ursi corium extensum repræsentet, & ut *Bellon. de Aquatil.* scribit, colore quoque Ursam æmuletur. Siculis ac Neapolitanis dicitur MASSACARA, Liguribus ORCHETTA qv. orchetta, Germ. ein Meer-

bär.

Tab:III



Squilla lata
Rond elety
Squilla Ursa lata Aldrov.
Squilla Brasilian.
Squilla Gibba.

UbiSqui
frequent

Divisio
Squilla

Squilla
Urſa.

bär/ Bärenkrebs. Satis frequens Romæ & Neapoli, item in mari Siculo, frequentissima quoque in Africa, in Gallia non item, ignorant quoque Sqillam latam Germaniæ maria. Invenitur & apud Brasilianos Squilla lata POTIQUYIXE dicta, depicta *à Marggrav. L. IV. Hist. Brasil. c. 20. f. 186.*

URSA f. *Squilla Lata alia major est alia minor.*

Major vulgati Gammaro similis, ab iis discreta notis, quæ ante recensita, sed maxima Astacum æquat magnitudine, alicubi etiam superat, & hanc veram esse Arist. Ursam vult *Scalig. exerc. 245. §. 2. Minor* ab altera saltim magnitudine differt, censente *Scalig. l. a. & κεάγγη Crange* Arist. quæ licet ut Gibba Squilla in cauda habeat pinnas, hoc tamen differt, quod in Grange media pinna lata sit, in gibba verò acuta. Hæc minor Squilla RONDELET. dicitur *Cœlata* à Lineamentis, quibus tessellatæ lamellæ pictæ quasi sunt. Die Schalen sind gleichsam von Natur ausgegraben. *GESN. f. 130.* dicitur der kleine Meerbär.

Vide TAB. III.

§. VII. SQUILLA GIBBA κυφὴ propter gibbum, quem habere videtur, dum se incurvat, caudæ initium in tumorem erigendo. Omnes, Locustæ similiores, si frontis Squilla Gibba.

spectes

ſpectes cuſpidem, quam Squillis latis, omni-
bus pinnata cauda pinnis latis, demta me-
dia, quæ eſt acuta. *SCALIG. l. a.* Romæ di-
citur *GAMBARELLO*, à gamba propter
multitudinem tibiarum.

Major. SQUILLAS GIBBAS SCHOENFELD
p. LXXII. *duplices* facit, *alteram* digiti mino-
ris fere longitudine, cruſta leni contectam
inſtar cornu pellucidi Coloris fuſci, dum
vivit, quæ cocta rubeſcit, & hæc in mari Bal-
thico frequentior eſt & ſapidior. Germ. eine
Minor. Krabbe/ Danis eine Rahge; *alteram*,
quæ minor paulo Colore dum vivit palli-
diore, cocta vix rubeſcit aut dilutè ſaltim.
Frequens in Oceano & Fluviis in eam illa-
bentibus, ut in oſtio Albis & Eideræ, ubi
tanta copia extrahuntur, ut porcos & ana-
tes ſaginent. In Holſatia vocantur Pur-
ren/ Dithmarſis Kront/ Belgis Garnelen/
Garners/ Garnaten / Gallis Sauterelles
Cheorette, Guernette, ein Seegityle/
Meergeis *Geſn. f. 127.* Springkrebſe. In
Sanctonum littore maxima earum copia
eſt, & alibi quoque in littoribus Germaniæ
Eſt cibus Harengorum. & Belgii. Hæ parvæ Squillæ gibbæ avidè
expetuntur ab Harengis; licet etenim ple-
rique Phyſicorum, ut *RONDELET. de Piſc.
L. VII. c. 16. VINCENTIUS in Specul. Nat.
L. XVIII. c. 30. OLAUS M. L. XX. de Piſc.* §.

de

de Nat. Halec. nec non ipſe *ALDROVANDUS* referant, Harengum nullis cibis veſci, ſed ſola aqua marina contentum eſſe, eundem tamen & valentiores cibos Muſcum, algam Sabulumque minutisſimum ingerere propria experientia Amplis. *Dn. Nicol. TULPIUS* Scabin. Amſtelodam. & Medicus noſtri ſeculi clarisſimus Litteris *Dn. Paul. NEUCRANZIO* Med. Lubec. retulit (*v. Eund. de Hareng. c. V. p. 28.*) & Ampliſ. *Dn. Michaël BEHM de Behmenfeld* Senator Reipubl. Dantiſcanæ Spectatisſimus, Vir ut omni ſcientiarum genere exercitatisſimus ſic & rerum Naturalium ſolida & experimentali cognitione profunde inſtructus, in Harengorum à ſe disſectorum inteſtinis plusculas, in uno eorundem ad 40. Squillas gibbas (Garneel) deglutiendo infarctos jucundo invenit ſpectaculo, quod oretenus mihi, Vratislaviam dum tranſiret, retulit. Aliquando ultra 60. Squillas gibbas, ſed minores in uno Harengi inteſtino ſe numerasſe, & ex iis multas cœptâ coctione jam tabeſcentes, obſervavit *NEUCRANZIUS. l. a. pag. 28.*

§. VIII. *Ad Squillas Gibbas* refertur quoque — Aliæ Squillæ ſpecies.

1. *SQUILLA CARANGONE* ad *ALDROV. L. II. c. 12.* Italis Camĕragia, & *SPARNOCHIA,*

NOCHIA, Gallis Caramotte. Grosser Germer

2. *Squilla minor MANTIS* veteribus incognita, ita dicta à similitudine cujusdam locustæ, unde & à Bellon. *CICADA marina* dicitur. *GESN. f. 129.* ein Wurmkrebs quod figuram habet Lumbrici terrestris, posset etiam dici Fleckenkrebs á maculis rubris caudæ inspersis. Hanc describit *RONDELET. L. XVIII. c. 2.*

Brasilian. *Ad squillam mantis JOH. de LAET. in Hist. Brasil.* refert *TAMARUGUACU* Lusitan. Camaron de Salgado, quam *MARG. f. 186.* ad Locustæ species retulerat, cum squillæ similior, nisi quod in anteriore parte corporis pedes non habeat. Non comeditur.

Fluviatilis. *Squillæ fluviatiles*, & Lacustæ apud Germanos, notante *SCHOENFELD. p. LXXIII.* nullæ, nisi in fossis interraneis dulcibus in Dithmarsia & præfectura Ruzebuttelensi S. P. Q. Hamburg. subjecta utraque inveniuntur, in quas ex aquis salsis per cataractas subeunt sine dubio, quibus piscatores ad inescandos pisces ablatis capitibus utuntur, sed marinis minores sunt.

Squilla minima. §. IX. Ex *Squillis parvis* & nomine fere carent. Germ. ein Zwergkrebslein / ein kleiner Germer / quibusdam ἐγλώροι à colore

lore ſubfulvo, coctæ tamen rubeſcunt, χλωρὸς namque viridem, modo luteum colorem Græcis Significat. Ob exiguitatem Vaſcones *CIVADE* quaſi Avenam vocant, quas è Garuma copioſe extrahunt, & pugillatim devorant, ſicut avenam veterinæ. Coci quidam vocant *BRAVA*, quæ vox itidem Avenam ſignificat, *dividitur* in illam. 1. quæ Romæ *Gambaretta* dicitur.

2. quæ *Gambaruccio*, eſtque adeo exigua ut mille vix unam libram æquent. *Squillis affine Animalculum* memorat *SCHOENFELD. p. LXXIII.* piſcatoribus infeſtum, quod ad mare Balthicum vulgus nominat Scheffte ſeu Sprockworm/ ſquillis minimis figura reſpondens, cruſtaque inſtar illarũ contectum, vix transverſum digitum longum retibus & tendiculis, quibus hami affiguntur, mirè noxium, quæ magno piſcatorum detrimento arrodit.

§. X. Ad *Squillula* parvas recenſetur *Squillula Pinnas* inhabitans *Squillaros Pinnoter. Plin. L. IX. c. 42.* καρίδιον proprie *Cic. l. III. de Fin. Pinnother* πιννοτήρης quibusdam παρὰ τὸ τηρεῖν ἢ φυλάττειν τὴν πίννην: πιννοθήρης verò per θ παρὰ τὸ θηρᾶν ἢ θηρεύειν ἐν τῇ πίννῃ. *RITTERSHUS. com. ad Oppian. Hal. L. I. v. 191. p. 234. Pinnnophylax* item, ſive *cuſtos Pinnæ. Confunditur* ſæpe *cum* Squillarus. Pinnother.

G *can-*

Confunditur cum Cancello.

cancello, conchas pariter inhabitante, nam *Arist. L. IV. Hist. An. c. 4.* in genere cancellum appellat, qui sit communis fere socius crustatorum, & testatorum generum, quippe qui specie locustis similis spectetur, & nasci per se solitus sit, dein testam petens ingressus ubi vitam traducat, hinc simils testa contectis animantibus. Diversum tamen *Idem* facit *L. V. H. An. c. 15.* Pinnæ, inquit, custodem intra se continent aut *Squillam* parvam, aut *Cancellum*, quo quidem custode privatæ pereunt brevi tempore. SALVIAN. quoque *in Indic. Pisc. f. 50.* Squillam parvam Cancellum non debere vocari asserit, cùm ab eo differat. *Convenire* quidam Squillas & Cancellos putant, quod ambo hospitentur in alienis conchis; *differre* in eo, quod Squillæ saltim in Pinnis, cancelli verò in Pinnis, in mitulis, in pectinibus, in Ostreis, in Neritis, in Strombis præcipue, quod latæ sint ad incolendum & leves adportandum, notante *Oppian. Hal. L. 1. v. 33.* tum in aliis variis turbinatis, immo in spongiarũ cavernulis & Saxorũ rimis se invenisse Cancellos RONDELET. testetur. Germanis dicitur *Pinnother* ein Wächterkrebs/ Steckmuschel/Muschelkrebs. *Pinn.* solũ vivẽti se asociare vult *GESN. f. 122. Cancellos* verò vacuas demortuorum intrare testas.

§. XI.

§. XI. *Putarunt* Veteres *Pinnothera* cōmuni præda frui cum Pinna (unde PLIN. L. IX. *c. 42.* dapis Affectator dicitur) Pinnam scilicet hiuclam patulis Conchis insidias facere piscibus minutis, quos illa tamen utpote cæcum & brutum Corpus intra sua præsidia versari nesciat, nisi Pinnophylax morsu commonefaceret. tum illam Conchas contrahere, pisciculosque inclusos communem prædam cum Pinnophylace partiri. Affirmant hoc pluribus OPPIAN. *Hal. L. II. v. 187. seq. PLIN. IX. c. 42. Cic. L. III. de Fin.* & quæ ex *Niliaci Ori Hieroglyphic.* aliisque adducit *RITTERSH. Com. ad Oppian. L.* unde *ARTEMIDOR. de somniis L. II. c. 14.* per quietem visos, *pinnam*, *Pinnophylacem* & *Cancrum* bonum signum esse ad nuptias & societatem propter mutuam eorum inter ipsos societatem & benevolentiam, judicat. Fabulæ de Pinnotheris consortio.

Sed optimè judicat Solertissimus *Gislen.* BUSBEQU. *Epist. Turcic. IV. p. 303.* quod de pinnis præfati Scriptores memorant, non utique liquida fide constare, se vereri speciosa hæc magis esse quàm vera & explorata. Ut enim *p. 304.* pergit, credibile eam sedem sibi eligere *pinnophylacem*, non ob nutrimentum, sed ut firmum propugnaculum adversus rapacium piscium vim ha-

beat, quietumque in fluctuum agitatione portum, unde excurrat, cum velit, & quo se tuto recipiat. Hæc relinquit curiosis f liis curiosius investiganda nostro secul ALDROV. *Exsangv. L. II c. 25.* observavi Pinnas nunquam carne, sed saltim aqua nu triri & luto.

De ortu Pinnotheris Dubitatur extra congas ipsos nasci.

§. XII. Retulerunt veteres *Pinnotheras* & *Cancellos* testas deserere, & in capaciore transire, nam aucta mole quærere latiore Cochleæ cavitatem, ut sæpe inter Cancello de cava testa pugna oriatur, alter alterum expellendo, *OPPIAN. Hal. II. v 332.*

Ex limo oriri putavit *ARIST. L. V. Hist. c. 15.* negat *ALDROVAND. l. 4. c. 26.* inveni senamque se adhærentia Cancellis ad late ra ova filo annexa, quod statis temporibus testas deserant, ut corpora commisceant. Immo *BUSBEQ. l. 4.* observavit, in Pinnis Pinnotheras semper mares & fœminas se observasse. Quare Excellentis. *Th. BARTHOLINUS* experimentis doctus asserere audet *Pinnotheras* & *Cancellos* non ingredi alias testas, sed in singularibus sui generis Conchis nasci. Ita enim *Centur. VI. Rar. Hist. 46.* Conchæ anatiferæ vulgo dictæ per algam adhærent annosis carinis, vel aliis li gnis, triquetræ sunt, foris leves, quatuor u plurimum valvis constantes, apertæ osten dun

Asseritur in singularibus Conchis eos nasci.

dunt pennicularum avium rudimenta. Sed mihi ſemper ſunt viſæ conchæ ſui generis, non avium feraces, ſed ſui generis, vel inſectorum, vel vermiculorum, ſicut pro concharum aliarum varietate varia animalcula recondi obſervamus, in Buccinis Cancellos, in balanis & tubulis vermiculos. Rudimenta interiora vix referre posſunt avium pennas, ſed quantum accuratiore oculo & microſcopio asſequi potui, videntur potius rudimenta iſta pennarum cancelli cujusdam pedes ſubtili lanugine eleganter & certo ordine diſtincti hirſuti, ut ſicut in buccinis, ita & in his conchis, Anates nequaquam, ſed *Cancellos* ſui generis enaſcî vero ſimilius ſit. *Hæc ille.* Et confirmat eandem ſententiam *D. Joh. Michaël FEHR Collega Curioſ.* ſvavisſim9 Medicus *Schwvinfurt.* Celeberrimus *Literis Cal. Maji MDC LXII.* ad me datis: *Bartholino* ſe fere asſentiri, utpote cùm præterito anno in *Gambaris majoribus* hic loci (in Franconia) viderit ſimile quid Avium pennis latitare pro rudimento ſcilicet lanuginoſo futuri gammari, non veras tamen fuisſe pennas. Quin & ſi hariolari liceat, pennarum quaſi veſtigia, quæ reperiuntur in *Nidis Avium* (qui nuper ex oræ Indicæ regione Coromandel & præcipuè Patane afferuntur, ubi in petris — Nidus Avium.

abruptis inveniuntur) dum substantia ist glutinosa Ichthyocollam referens in jure coquitur, & dissolvitur, quasi pennas exhibens potius futuri aliquod animalculi rudimentum præ se ferunt, quam ut Avium genuinæ sint pennæ. Sed ad *Cancellos* nostros. Fusius Excell. BARTHOLIN. sententiam suam explicat *binis ad me datis literis* Inquirendum (*inquit in Lit. 16. Aug. 166*[?] *Hafniâ* scriptis) an *cancelli* illi, qui in Conchis reperiuntur, ibi reapse generentur, tanquam in proprio domicilio, an nudi nascantur, purpurasque & turbines è suis conchis pellant, ut eas inhabitent. Plerique credunt alienas casas inhabitare, quod & subtilissimus CARDAN. admittit *de Rer. Var. L. VII. c. 38.* deceptus authoritate RONDELETII, ante quem *Plin. L. IX. c. 3.* de *Pinnothere* refert Solertiam illi esse inanium Ostrerarum testis se condere, & cum accreverit, migrare in capaciores. Vix inducor ego ut credam: Singulare enim est Gammari genus ab aliis diversum, quæ conchis carent, cauda enim mollis est, & certum indicium præbet in Conchis suis genitum esse.

V. Tab. VI. Nec visi hi Cancelli sine Conchis suis. Neque injuriam hanc ipsis affictam admiserit *PLIN*, ut aliarum concharum inco-

las


Tab: VI
Guaja Brasilian:
Cancellus in Turbin
Bernardus Eremita
Squillarus in Nerit

as devorent, quippe ob exilitatem ipse *Pinnother* injuriæ oportunus est. Immo nunquam, quod ego viderim, in majoribus observati conchis. Varia insecta nascuntur in conchis; ut mirum non sit cancellos sui generis his innasci: conchas duorum generum possideo, in quibus *Cancelli* singulares latent: *una* turbinata, ex qua eminent *Cancelli* pedes quatuor exiles cum duabus chelis, sed iis parvis: *altera* elegans varioque Colore nitens ex genere cochlearum umbilicatarum, cujus ingressum una sola cancelli chelis obstruit, adeo lata ut superare videatur universam corpusculi molem, quâ tamen sublata reliqui pedunculi intus conditi comparent. *Idem* Naturæ Sagacissimus mysta D. BARTHOLIN. *in aliis 4. Mart. 1663.* ad me per scriptis: ex quo de *Gammaris* perscripsi, *Gammarus* interim ab amico mihi oblatus in concha turbinata spithaman fere longa delitescens, quem inter rariora reposui vel eo nomine, quod ejus magnitudinis plures non viderim, & conjecturam meam abunde stabiliat quam ad te perscripsi Facilè applausum jure meritissimo sentiet BARTHOLINUS, *Gammaros* hos singularem esse crustaceorum speciem & in conchis nasci. *An* verò *ex conchis* quoque *Anates Scotorum* prona scan- An ex Conchis Anates quoque.

ſcantur, ut quidam propter rudimenta pennarum inventa opinantur, res ſane altioris indaginis, & multa fatigavit ingenia præclariſſima. Alii putarunt Arbores Scoticas producere hos Anſeres ſ. Anates ex frondibus in aquam delapſis. *NIERENBERG. L. VI. Hiſt. Nat. c. 11. alii* cum *Hectore BOETIO*, non ex pomis arborum, ſed ex ipſo ligno arborum mari illapſo fieri ſtatuunt, accedente vi ſingulari procreandi maris, ut in excavato ligno primum vermes naſcantur, qui poſtea enato capite, pedibus atque plumis veſtiantur, ut demum anſeribus magnitudine æquales avolent: *in Hiſt. Scotiæ. Alii* cum *GESNERO in Hiſtor. Avium L. III. f. 107.* ex limo corrupto & fractis navibus adhærente provenire crediderunt: *alii* ex ipſarum navium putri ligno. *NIERENBERG. L. III. c. 6. Plenius* & fuſius egit *de his Anſeribus Scoticis*, (quæ & *Bernaclæ, Bernecæ* Scotis *Klakes*, Gallis *Marquerolles* & *Macreuſes*, *Brandæ* item *Bernichiæ Britannicæque aves* dicuntur) *Michaël MEIERUS* ſing. *tr. de Volucri Arborea*, & quæ ex ipſo in epitomen redegit *multiſcius JONSTON. Thaumatogr. Claſſe VI. c. 7. Fortun.* LICETUS L. III. *de Spont. viv. ort. c. 47. Dan.* SENNERT. *Hypomn. II. c. 8.* SCHOTTUS *Phyſ. curioſ.* L. IX. *c. 22. p. 1136.* usque

usque 1158. DEUSINGIUS Prof. Groning. *singulari* de iisdem *dissertatione*, SCALIG. *Exerc. LIX. PORTA L. II. mag. Nat. c. 3.* & tales vidi olim *in Porticu Horti medici Lugduni Batav. num. 92.* & *Enchusæ* in nominatissimo *Paludani* gazophylacio. Aves istas non ex concharum specie, quas *Anatiferas* inde vocant, progigni statuit *BARTHOL. cent. 6. hist. XLVI*, quod Batavorum navigationes ad Novam Zemblam & fretum Nassovicum testentur, illas aves, quas ex conchyliis alii prodiisse credunt, in scopulis suis ovis incubuisse. Magis veritati consentaneum est, Avis instar prodire ex ovis, instar arborum pomorum, natantibus vi ventorum ad Arborum ramos aquis sese immergentes appulsis, adhærentibus, ibique exclusis, pari ratione ut in Insula Madagascar *Joh. Albert. MANDELSLOO* ostrea in arboribus invenit (referente *OLEARIO* Orientis fideli perscrutatore *in Itiner. Indic. post Persic. p. XXVI.*) quod dum æstibus marinis & affluxu, aquis arbores interdum operiantur. Ostreæ simul appulsæ arboribus adeò firmiter inhæreant, ut recedentibus undis ab arboribus ostreæ nisi summa vi avelli nequeant; & in Dalmatia & Sclavonia ab incolis arborum ramis in aquam deflexis & ne resiliant lapi-

dibus gravatis post biennium in iisdem ramis seu Arboribus colligi ostreas ex *Boteri Cosmogr. p. 126. Job. OLORINUS* in *Centur. Arbor. mirabil. §. XXXVI. p. 59.* recenset. Nec abludit à verò *Clar. DEUSINGII l. 4. §. XLVI. & Curios. SCHOTTI l. 4. §. XVII. p. 1156.* sententia ansam fabulæ dedisse, quod cum innumerabilis multitudo anserum & aliarum avium circa Britanniam in Insulis excludatur, ignoratum fuisse unde venirent. Meminit namque Anglicarum rerum peritissimus *HARVEIUS de Gener. Anim. Exercit. XI. p. 88.* in desertis Scotiæ Insulis orientalibus, quarum præcipua Basse dicitur mense Majo & Junio ibi degentibus post avolantibus tam incredibilem hærere multitudinem avium, ut ovis fere incrustata sit Insula, & vix pedem proferre liceat; pari ratione ut in nemore Sevenhusano in Hollandia aves tanta copia in arboribus nidificant, ut certo tempore perticis velut poma aut pyra in terram decutiantur, quod præter *HEGENIT. Itinerar. Holland. p. XXXVI.* mihi in Hollandia præsenti multi fide digni asseruerunt.

Sed satis de his Crustatis caudatis.

CAPUT

CAPUT VI.

DE CRUSTATIS ROTUNDIS CANCRIS stricte sumtis.

§.I.

Recensita hactenus *Crustata* caudata, nunc recensenda restant, *rotunda non caudata*, quod tamen non intelligendum quasi cauda careant, sed quod ea asspecta non pateat, cùm ea revoluta sit. Est autem *Cancer* proprie, cui rotundum est corpus, & cauda ventri applicata, pedes omnibus utrinque decem cum Chelis, cornua tenuia pauca, & ut plurimum per transversum inque latus progrediuntur citato cursu & ridiculo, corporis totius alveum atque caput habent indiscreta *SCHOENFELD p. XXX.* Et hæc descriptio è Crustatis convenit cancris stricte sumtis. *PLIN.* tamen *L. IX. c.30.* & moderni *generaliter Cancri* nomen accipiunt, adeò ut & Locustas & Astacos & Squillas includat.

Crustata non caudata proprie Cancri.

Græcis dicitur Κάρκινος, Italis & Romanis, notante *SALVIAN. Indic. Pis. f. IX.* GR*ANCHIO*. Gallis *Cancre*, Germ. Krebse/

se/Krebs/Taschenkrebs/Schiltkrab/ be/kurtzer Krebs/runder Krebs.

Descriptio. ; *Cancer* capite carens in thorace habet omnia sensus instrumenta. *PLIN. L. XI. c.37.* oculos habet intro recedentes *ARIST. L.IV. Hist. 4.* qui in obliquum asspiciunt *Plin. l. a.* brachia bina forcipibus denticulatis. *ARIST.IV. Part. us. c. 8.* quorum dextrum majus omnibus est. *Plin IX, 31.* & supernam tantum forcipis partem movet. *ARIST. Part. L. IV. c. 11.* pedes octoni in obliquum flexi. *ARIST. Hist. L. 1. c. 5.* differt mas à fœmina. *Id. Hist. L. V. c.7.* ab aliis crustatis, *Id. L.IV. Hist. 2.* pariens ova parte supina deponit. *Arist. Hist. L. V. c. 7.* in pavore retrorsum pari velocitate redit. *Plin IX. c. 31.* degens in terra cavernas subit *ARIST. part. L. IV. c. 8.* latet mensibus quinis. *Plin. IX. c. 30.* Veris principio senectutem exuit, *Arist. Hist. L. VIII. c. 17.*

Cancrorum Divisio. *§.* II. *Crustatorum* multiplex genus, inquit *Arist. Hist. L. IV. c. 2.* nec facile enumerandum, & *SCALIG. exercit. CCXLV*

§. 2. Cancrorum Species multæ ignotæ mihi. Ex Celebrioribus tamen sunt sequentes.

Cancri terrestres. 1. *Cancri terrestres* in terra & sub terra potissimum viventes, de quibus in sequenti capite.

Palustres. 2. *Cancri Palustres.* Sic in Brasiliæ Palustribu

ſtribus cancer degit *UCAUNA* dictus, cujus corpus ellipticum boni ſaporis. *MARGGRAV. L. IV. c. 20. f. 184.* Et *UCAQUACU* multo minor, cujus fœmina *CUNURU* ſola brachiorum parvitate differt. *Ibidem f. 185.*

3. *CANCRI FLUVIATILES*, Græcis καρκίνοι ποτάμιοι figura vix differunt à marinis, (quamvis *SCALIG. l. a.* rotundius corpus asſignet præ marinis) ſed ſaltim locis: Caremus veris cancris in Gallia. *SCHOENFELD. de Piſc. p. XXX.* nulli etiam in aquis Germaniæ, rarique in Italia *Joach. CAMERAR. in Nomenclat. Piſc. p. 159.* frequentiores in Græcia, in Sicilia, Creta, Hetruria, nec non in Nilo, In Germania cancrorum horum loco fluviatiles Gammaros adhibent, Cancrosque appellant. De verorum Cancrorum uſu medico inſequentibus ſparſim plura. Paraſitos *Cancris fluviatilibus* ſimiles facit *ALCIATUS Emb. XCII. p. III.* & ita deſcribuntur *Cancri* Fluviat.

His Oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
Chelarum armatus, maximaque alvus adeſt:
Sic Tibi propenſus ſtat pingui abdomine venter,
Pernicesque pedes, ſpiculaque apta pedi.

4. *Cancri marini*, καρκίνοι θαλάσσιοι Marini. Gall.


Gall. Cancre, Italis Granzo, Venetis Granceolo, Bonon. Grancella, Germ. Krabb/ Meerkrab. Horum apud Venetos infinitus numerus eſt, ex iis quidam minores vocantur *MACINETTÆ*, majores verò qui molleſcunt & cruſtam exuunt *MOLECCÆ*; quamvis & apud Venetos *Moleche* & *cappe* appellentur Mytili die Muſcheln/ crebri apud Venetos uſus, unde & per jocum plebeji illorum vocantur mangiacappe ò mangiamolecche, Muſchelfreſſer / ſicut Milaneſi Mangiaboſeche Caldaunenfreſſer & Neapolitani Mangiabroccolli Kohlfreſſer. Ex *Cancris marinis* celebratiores ſunt ſequentes:

Cancrorum Marinorum Diviſio.

MAIA.

§. III. 1. Cancer *MAIA & MÆA* quaſi grandior natu, maxima ſpecies Cancrorum, tota cuppa aſpera, cuſpidata fronte horrida, prælongis cruribꝰ, exilibus ac proin imbecillibus. Provincialibus & Maſſilienſ. dicitur SQUINADO, Italis GRITTA, GRAMPELLA, Venetis GRANCEOLA, & quia ſpecula quaſi Corticibus Majarum incluſa, SPECHIO vocant, quare quibusdam Germ. Spiegelkrabb / non aliter ac aliis groſſe Meer⸗Spinne à pedum exilitate, & Gallis ob ſimilitudinem aranei *Iraigne de Mer*. Frequentes in mari Tyrrheno & Adriatico, in Ægeo item & Jonio, quin &

GESNER.



Cancer marinus
Maia
Tab: IV
Cancer Pagurus
Grancipote
Cancer Heracleoticus
Cancer Latipes
Cancer hirsu
Cancer marin, Gesner
Cancer fluviat: Gesneri.

GESNER. *Aquat. f. 119.* in Gallia Narbonensi Mæas inveniri memorat, capiuntur quoque *meæ* minores in Dania digit. 5. Longitudine ſaltim æquantes, Rondeletius hos minores *hirſutos Paguros* vocat, qui Ariſt. & Aldrov. ſaltim majæ, notante. OL. WORMIO *Muſ. L. III. c. 5.*

Vide TAB. IV.

2. *Cancri marini* Species *PAGURUS* eſt inſignis tum robore tũ magnitudine. Hunc Ariſt. L. IV. c. 2. cum *Hemcleotico* unum eundemque facit. Græcis dicitur πάγουρος, Venetis Communiter, GRANCIPORRO corrupte *quaſi Cancer Pagurus*, *Canch aro di Barbaria*. Germ. kleine Meerſpinne / Meertaſche / quia habent intelta quaſi duo prominentia tubercula gleichſam wie zwey Taſchen oder erhabene Buckeln. Frequentes in Adriatico & Tyrrheno mari, in oceano tamen maximi. Danis, teſte *WORMIO l. a.* vocantur Taike Krabbe / & in pedalem latitudinem apud eosdem creſcunt. In Anglia viſi, qui decem libras penderent. Ferunt Muſica è cavernis evocari, & ea valde delectari. *SCALIG. Exerc. 245.* Paguros duplicis facit differentiæ; *alter* inquit & orbiculatior, & fuſcior & major, *alter* quadratior & minor Colore dilutiore ac pene pallida viriditate, PO-


RESSA

RESSA Venetis dictus. SIMEON SETHI eos PAGURIA appellat, iisque succus minus est salsus; Dantur & fluviatiles, inquit J. Gerard. VOSSIUS de Idolol. L. IV. c. 33. p. 1414. dulci aqua capti, qui præstant marinis omnes tamen difficilius concoquuntur & humores crassos generant & biliosos, ideoque edendi cum aceto & pipere.

Heracleoticus. Gallus Marinus. 3. CANCER HERACLEOTICUS grandissimus in genere Pagurorum cruribus brevibus, forcipibus admodum validis, ab illustri urbe Ponti Heraclea ita dictus vocatur etiam *Gallus marinus*, quia ejus brachia in cristæ modum tornata sunt invenitur crebro circa littora Siciliæ. Talis Cancer maximus elegantissime variegatus apud Brasilianos invenitur, cujus brachia superiora armata & dentata instar cristæ galli, vocatur incolis GUAIA APARA *Marggrav. L. II. Hist. Bras. c. 19. f. 182.*

Hirsutus. 4. CANCER HIRSUTUS dicitur GESNER. *f. 122.* Haarkrabb/ meminit ejus *Rondeletius*, & alterius sub Lupi marini nomine.

Latipes. 5. CANCER LATIPES, Arist. CURSOR, *Camer Dromo Worm. l. a.* & describitur ibidem, quod sit parvus; chelas habeat denticulatas, pedes utrinque quatuor postremus & minimus, à quo Latipes dicitur


Tab: V
Cancer Brasil:
Guaja Apara.
Uca Una. Brasil:
Guaja miri.
Aratu

tur præter aliorum Cancrorum naturam in latitudinem desinit osseam. *GESNER. fol.* 121, dicitur kleiner Meerkrabb/Leuffer/Breitfus.

6. *CANCER FLAVUS undulatus,* Schamblotkrab/Gelbkrab *Gesn.* invenitur circa Antipolin & Lerinum Insulam Flavus.

7. *CANCER MARMOREUS*, marmoratus in saxis Agathensis Littoris ita dictus, quod testam habeat lævam variis coloribus conspersam viridi, cæruleo, nigro purpureo variatam, qui Colores mortuo Cancro evanescunt, adeo ut si ad Solem siccetur, totus flavescat. *Gesn. l. a.* vocatur Marmelkrabb. Marmoreus.

8. *Cancer Cordis* figura exiguus, Hertzkrabb/in alto solum mari & quidem rarissime capitur. Alium Cancrum marinum apud Brasilian. CIRI APOA dictum describit *Marggrav. f. 183.* in cujus nigricante testa Cordis figura aliaque depicta, à quo non nisi colore differt CIRI OBI. *ib. f. 185.* Cordis figura.

9. *CANCER MOLUCCANUS* describitur à *Carol. CLUSIO Exotic. L. VI. c.* 14. quod circa Insulas Moluccas copiosè capiatur, à Dn. *JOH. de LAET.* in *descriptione Indiæ occidentalis L. II. c. 19.* vocatur *Araneus marinus*, depingitur ab *OL. WORMIO L. III. Mus. c. 5.* quod sit animal cru- Moluccanus.

H statum

ſtatum duabus cruſtis deſuper tectum, in cava parte plura crura, & duas circa os chelas habens. Talis MDCLIII. 4. Aug. Helſingoræ captus eſt in Scania, adventantibus paulo poſt navibus ex India orientali redeuntibus; opinatur itaque *Wormius* credibile eſſe, quisquiliis navibus ad hærentibus implicitum hunc cancrum eo ſimul delatum fuiſſe.

Macrochelus.

10. Sunt quoque *Cancri* marini à longis chelis μακρόχηλοι lange Schecrenkrabb alii à brevibus chelis βραχύχηλοι kurtz Scheerenkrabb dicti.

Cancerculus Braſil.

11. *CANCERCULUS* Parvus in ſalſis fluviis apud *Braſilianos* degens *GUAIA Mi*... nunquam excedens pruni magnitudinem cum colore teſtæ ferrugineo *Marggrav.* *fol. 183.*

Cancellus Bernardus Eremita.

12. Tandem *Cancellus, Cancer parvus* καρκίνιον, κάρκινον· μικρὸν. Germanis Bi... gerkrabb / Schneckenkrabb Brudekrabbe *GESNER. f. 123.* Gallis dicitur *ERE-MITE*, quia alios fugiens in pinna & turbinatis tanquam ſolitudine latet. Dicitur quoque *BERNARD L' EREMITE* (*BERNARD* fatuus Gallis eſt) quia cum cruſta tectus ſit, aliud tamen latibulum quærere putetur.

Vi

Vide TAB. VI.

Confundi eundem cum *Squilla* parva cap. præced. dictum fuit: ubi & discrimen eorum notatum. *Differunt* quoque *usu*; *BUSBEQU. Ep. IV. legat. Turc. p. 303. Pinnophus laces seu Squillas* optimum obsonium præbere proprio experimento confirmat. *Cancellos* verò & Bernardum Eremitam rarò in Cibos sumi affirmat *Wormius l. a.* Sed cum ab aliis piscibus expetantur, ad escam piscatoribus saltim inservire.

CAPUT VII.

DE CRUSTATIS seu CANCRIS Terestribus & Fossilibus, nec non de aliis Piscibus Fossibilibus.

§ I.

HActenus *usitatiora crustatorum genera* enarrata fuerunt, nunc de *inusitatioribus* quædam annectenda, & monstrosis. Quibus præmittendi *miraculosi Cancri* à *KIRCHERO L. VIII. Mund. Subter. Sect. 1.* recensiti, *Cancros* nimirum *fluviatiles* in regno sinarum paulo antequam Christi Evangelium inferretur, insolito rerum ordine, Inusitatiora Crustata.

omnes *Crucis imaginibus in dorso signatos* insolito modo sese spectandos præbuisse; pariter ac de alio *Cancro* apud *NIERENBERG* *L. I. Hist. Nat. c. 21.* legisse me memini, qui dicit Xauerio effigiem Christi crucifixi quam in mare sedandum miserat, à Cancro fuisse restitutam. Sed missis his *naturalia* *monstra Cancrina* subjungenda, quorum

Gammarus Brasil.

1. Apud *Brasilianos Gammarus CARARA Pinima*, Lusitanis verò *Marinheiro*, Arbores Manges dictas asscendens, acutissimo habens ungviculos, sed breves

Monstrosi Cancri Orient, Indiæ

2. *Monstrosum Cancrorum* genus *in Indico orientalis* Cœli mari, prope Insulam *DELMORO*, quod perpetuo prægnans est animantibus repletum, quæ vermibus sunt similia, & ad vescendum homini non injucunda. *BALTAS. DIAZIUS apud Majol. Canic. Colloq. XI. p.* 377. inventi Anno 1556. meminit quoque eorum *OLORINUS* *Cent. Arbor. mirabil. §. 37. p. 60.*

Monstrosi Cancri Ind. Occid,

3. In *India Occidentali* tradit *Joseph* Jesuita 1560. *viridi Colore* genus *Cancrorum* inventum, qui sibi in solo foveam latibuli gratia parant, nihilominus tamen frequenter aquas permeant, tam grandi capite, ut solum superet reliquum corpus amplitudine, quin immo bina iis esse capita (hinc

(hinc *Biceps Cancer* jure dici posset) etenim præter illud adeo grande aliud illis capitulum est, pro proportione reliqui corporis. *MAJOL. Colloq. IX. p. 377.*

4. *Cancri* genus *in Phœnicia* littore, à velocitate cursus *CANCER EQUES* dictus, ἱπποκάρκινος *Salvian. in Indic. Pisc. f. 22.* ἱππεύς, *PLIN. IX. c. 31. Hippa, ARIST. L. IV. H. c. 2. Hippeas*, Germ. Reuterkrabb/ iis fere nihil intus propter inopiam pabuli. Hunc Phœniciæ ajunt esse peculiarem, quem nunquam *vidi*, inquit, *SCALIG. Com. ad. ARIST. l. a.* peregrini ii in Littore Issico exercent tardiorum animalium prædam. Meminit illorum *NIERENBERG. in de miraculos. Natural. Terræ promiss. Cap. XCII.* per aliquot maris mediterranei littora, *scribit*, invenitur *Cancer* admirandæ naturæ, media æstate summisque solis ardoribus mare egressus per Littus vagatur ad tres balistæ jactus per arenam excurrens tantâ Celeritate, ut vix assequi liceat, cùm tamen pusillæ castaneæ magnitudinem non excedat. Cancer Eques.

5. In *Brasilia Cancer parvus* corpore fere quadrato *MARACOANI* dictus, in locis ambulans, quæ refluxu maris sicca evaserunt, cum alio tempore è latibulis non prodeat; Item *CARARA una* itidem fere quadratus, CancriBrasilianorum miri.

 nisi

nisi quod singuli anguli transversim abscissi; denique *AGUARA UCA* Cancer maritimus, qui mari refluente in littore discurrit. *MARGGRAV. Hist. Brasil. L.IV.c.19.f.184.*

Cancri plane terrestres.

§. II. Et *hi Canorum* greges *tam in terra* potissimum, *tam in mari* haut rarò vivunt, sunt tamen & quædam *Crustatorum terrestria* saltim.

In America.

1. *Ex LERII Navigatione c. 11.* describit *SALMUTH ad Panciroll. Nov. repert. Tit. 1. p. 55.* Cancros terrstres in Americana Regione qui turmatim ad maris littus & palustria loca quidem conveniunt, sed si quis ad ea loca accedat, hac illac fugientes videat in truncos Arborum radicesque se recipiunt, è quibus extrahi tutò non possunt, digitos quippe & manus comprimentium forcipibus comprimunt, marinis sunt macriores, & quia juniperinas redolent radices, palato minime grati.

Prope Javam Insulam.

2. Sub *Æquinoctiali Linea inter Javam* majorem & Moluccas sita Insula, quæ inde *Cancrorum Insula* dicta, deserta, & multis arboribus consita altissimis, in densis ejus silvis inventi plurimi *majores Cancri* tum *prægrandes Gammari* gramen depascentes & in arborum vento disjectarum cavis, aut sub ipsis arboribus latitantes, quibus coctis & elixis famem Francisci Drane Socii avide

explc

explerunt. *Eos* præter aliorum cancrorum morem *in sicco perpetuo versari* existimarunt, nam cum multos, dum in ea Insula næserunt, aliquoties ad mare detulissent, atque in aquam abjecissent, subitò effugere & ad pascua regredi observarunt. *CAROL. CLUSIUS. Not. in Garz. Aromat. Hist. p. m. XXVI.*

3. Et in *Brasilia Cancros terrestres* narrat *Marggrav. L. IV. Hist. Brasil. c. 20. f. 185.* qualis *GUANHUMI* corpore rotundo, magnitudine Auraici mali, magno numero in silvis paludosis oberrans, Carnis bonæ, celerrimè currens, & quidem transversim ita ut oculos ad latus convertat, & brachium majus elevatum gestet. *Terrestres* quoque *Aratu*, & *ARATU Pinima* quadratæ figuræ, testa multiplici colore picta brunno, cœruleo, albo, rubro punctatim variè inter mixtis, item *CIECE ETE*, Lusitanis *CRANGUERSIN Ho des Manges* vix majoris avellanæ magnitudinis, & *CIECIE PANEMA.* In Brasilia.

4. De *Cancris terrestribus*, qui marinis similes, in *Insula S. Thomæ* agit SCALIG. *Exerc. CXCVI. §. 9.* In Insula S. Thomæ.

§. III. Præter hos Cancros terrestres inveniuntur & *in terra Cancri Fossiles*, quales è terra latitantes in *India orientali* effossos; Gammaris forma propriè accedentes, CU- Cancri Fossiles.

ARASSAS dictos, describit *ALDRO-VAND. L. II. Exsangu. c. 8.* In *Insula S. Thomæ* quæ sub ipso Æquatore circa Africæ oram sub dominio Hispano sita, *Job. LU-DOV. GODOFREDI in Archontolog. Cosmic. f. CCXXX.* recenset singularem *Cancrorum speciem, in terra instar Talpæ degentium*, colore cyaneo & Cœsio, qui terram undique cuniculis suffodiant, & circum Vicina ero-dendo plantas corrumpant.

Digressio ad Pisces Fossiles propter Cancros terrestres quomodo eò devenerint.

§. IV. Dubitari nunc posset *de Cancris terrestribus*, an, quod memorati Authores de iis recensent, veritati congruat, cum in mari geniti potuissent in terrestria loca pervenire, aut per porosos Insulæ Canales in intima ejus terræ viscera perreptarint, an vero quod solummodo Terræ incolæ in telluris gremio extra aquam nati & educati sint. Talia *scrupulum injecerunt* quoque diligētissimo nostro seculo Orientis perscrutatori *ADAMO OLEARIO* (*vid. Itiner. Persic. part. II. f. 317.* aut *nova Edit L. II. c. 21.*) ut cum itinere ex urbe Schamachi versus Ardebil, superato Cyri & Araxis confluente, Tauri montis totam Persiam perreptantis propagines, cum Legatis Holsaticis transirent, & in summo montis Vertice scaturiginem aquæ invenissent, Cancrum viderunt marini generis reptantem

Cancer marinus in monte inventus.

cim

einen Taschen/Krebs/miratique sunt: quomodo marinus iste Cancer in montem summæ altitudinis duobus à mari Caspio milliaribus distantem devenerit. Quem Scrupulum cum Dn. *D. Joh. Dan. Major Collega Curios.* Svavissimus in Erudita Eruditis gratissima *Epistola de Cancris & serpentibus petref. §. LXIII. p. 48. ex Oleario* mihi movisset *in Responsoria Dissert. p. LXI.* pro Angustia temporis paucas responsi loco conjecturas obtuli, nunc *Cancrorum fossilium & piscium fossilium* loco altius in Naturam *Aquatilium* inquirendum restat, *qui sub terra vivunt*, & post scrupulus objectus eximendus.

Dari Pisces Fossiles exempla probant.

Dari Pisces Fossiles Antiquioribus quibusdam res maxime admiranda visa, quod vix credibile putarent, pisces eosdem alieni Elementi inhabitatores esse, hinc *LIVIUS L. XLII. c. 2.* prodigii loco narrat in Gallico agro, cum induceretur aratrum, sub existentibus glebis Pisces emersisse, & *à Juvenal. Sat. XIV. v. 63.* pro ostento habetur.

Quodque coronata lustrari debeat agna
--- jam sub aratro.
Piscibus inventis ---

Irridet quoque *SENEC. Nat. Q. III. c. 17.* quando de piscibus fossilibus *inquit* : non cum retibus aut cum hamis, sed cum dola-

bra eundum piſcatum, expecto ut aliquis in mari venetur. Quare piſces in terram non tranſeant, ſi nos maria tranſimus: permutabimus ſedes.

Qui *piſces foſſiles* negant, ut impoſſibilitatem demonſtrent ex *Ferdinand. Franciſci de* CORDUSA *Didaſcal. multiplici C. XI.* dubia offerunt.

Objectiones negantium Piſces Foſſiles.

1. Quo *pacto piſces in terra generentur, vel eò deveniant?*

2. Cùm nullum animal extra ſuum elementum vivere poſſit ad longiuſculum tempus, *quomodo illi naturam ſuam exuant, ut extra aquas* vivant.

3. Quia credibile eſt piſces reſpirare, *qua via aër ad eos ingrediatur*, ut eos refrigeret. Prius exemplis veritas Piſcium foſſilium munienda, poſt ad objecta reſpondendum.

Exempla Piſc. Foſſil.

§. V. *Recenſent Piſces foſſiles* circa Babylonem *ARISTOT.* (aut ut alii hunc li-
1. brum *THEOPHRASTO Ereſio* Philoſophorum vel Ciceronis Calculo eruditiſſimo diſertiſſimoque aſſignant) *de miris Auſcult.*
2. *C. LXIX.* Ad *HERACLEAM* circa Lycum fluvium *Ibid. C. LXX.* in *Paphlagonia ibid.*
3. C. LXXI. & *Joh.* CAMERS *Com. in Solin.*
4. C. LVI. in Ponti variis locis. *THEOPHRAST. l. de Piſcibus* (Cujus partem poſteriorem Latine reddidit *GESNER.* in-

ſeruit

seruitque L. IV. *Hist. Aquat.* ad Cromnam *& ad Lycum* fluvium PLIN. L. IX. *c.* 57. ad 5.
Tium Milesiorum Coloniam *Democritus* 6.
apud *ATHEN.* L. VIII. *c.* 1. post *PYRENEN* 7.
ad Narbonem fluv. POLYB. L. XXXIV.
Hist. ATHEN. l. a. ibidemque *ad fluv. Rusci-* 8.
nonem STRABO L. IV. *Georg. c.* 12. ad SAL- 9.
SULÆ fontes & *Leucatam*, in Gallia Nar-
bonensi *POMPON MELA L. II. c.* 5 *f.* in 10.
GETULIÆ montibus APULEI. *Apologet.*
primo, hodie *pisces Fossiles* apud *CARIBES* 11.
NIERENBERG. L. XI. Hist. Nat. c. 38. & 12.
ultra Albim Orteranti (referente *FABRI-* 13.
CIO & notante *G. AGRICOL. L. de Ani-
mantib. Fossil.*) ad *POLSENICUM* fl. in Misena quoque *ad Dudram* fluv. prope Havam oppidum, item in pratis ad Rederam fluv. *GESNER. L. IV. Aquat.*

Exempla quoque recensent *LEONICEN. Hist. var. L. II. c.* 15. *& L. III. c.* 12. *MAJOL. Canic. Colloq. IX. p.* 376. *Joachim. VADIANUS com. in Pompon. Melam. L. II. c.* 5. *Isac. CASAUBONUS comm. in Strabon. Melch. GUILANDIN. Comm. in Plin. de papyr. pag. XII. XIII. MATTHIOL. præf. in L. V. Diosc. NIERENBERG. L. VI. Hist. Nat. c.* 15. *& L. I. de miraculos. Nat. in Europ. c.* 43. *JONSTON. Thaumatogr. S. IX. c.* 22.

§. VI. *Quomodo Pisces Fossiles in terram* Quomodo

& su-

Pisces in Terram deveniant.

& supra terram deveniant, ut & *crustata fossilia* varia reddi potest ratio.

1. Ob inundationes fluviorum.

I. *Ob Inundationes Fluviorum.*

a. Relictis piscibus.

1. *Relictis ipsis Piscibus in terra*, quando scilicet pisces simul exeuntes aqua recedente, in terra relinquuntur, quod in Nili inundatione fieri solet, quare & in Ægypto *Piscium messis* fieri dicitur, quando pisces parentis fluvii decessu deserti ad brevia limosa adhærescunt, atque incolis ad prædam relinquuntur. *ÆLIAN. X. c. 44.* Hi tamen pisces proprie huc ad fossiles & terrestres non spectant; nulli enim pisces, qui in fluviis semper versari soliti sunt, post inundationes in locis siccis relicti terram subeunt, sed omnes de vita decedunt. Sed cum *pisces fossiles* etiam in locis, quæ inundavit aqua, soleant inveniri, certum est illos eò *per fibras* aut riparum venas penetrasse longius in terram, & interdum in proximi oppidi cellas subterraneas. *AGRICOLA L. de Animant. Fossil.*

Relictis Piscium Seminiis.

2. Quando *post inundationes fluviorum* in locis, quæ resiccantur, *vel ova*, *vel alia piscibus* gignendis idonea *principia* relinquuntur, quæ post in terra relicta perficiuntur, ut Testudinum ova in arena Calida. Hoc de piscibus circa Heracleam effossis asserit *Plin. IX. c. 57.* Credibile est appropriat

ptiato Solis Calore perfici posse ista Pisci-um ova non aliter ac absque incubatu Gallinarum *ova* excluduntur *infornacibus Ægypti*, de quibus *BENEDICTUS PERERIUS in Magia L. I. c. 12. §. 4. p. 118. BUSBEQUIUS Epist. III. Legat. Turcic. p. 165.* ex constanti affirmatione Ægyptiorum Constantinopolin quotidie venientium & *αὐτόπτης BELLON. L. II. observat. 31.* idemque oculatus Curiosissimus Pullitiei Ægyptiacæ Inspector *JOH. VESLINGIUS* Eques & Prof. Patav. nominatissimus *in observat. & Epist. Ejusdem à Bartholin. editis Epist. I. & II.* quem pullorum in furnis excludendis modum *in Hetruria* à Veslingio monstratum *FERDINANDUS II. Mediceus* Princeps instituit, narrante *JOH. RHODIO ad Clar. Wormium* in Litteris apud *Th. BARTHOLINUN Cent. VI. hist. 11. p. 217. seq.* non minus ac *CHRISTIANUS IV. Rex Daniæ* in villario Friderici Burgensi exstructis furnis felicium successu. *BARTHOL. l. a. p. 213. & in Anglia* feliciter exclusionem istam imitatus est *JOH. HEYDONIUS* Anglus Rei Tormentariæ præfectus, affirmante id illustri *DIGBÆO in de Corpor. Nat. Tom. 1. c. 24. p. 280.* Sic & pullos ex Ovis in sterquilinio excludi posse narrat *Th. BARTHOL. Cent. III. hist. 100.*

Exclusio Ovorum in Ægypto.

In Hetruria

In Dania.

In Anglia.

§. VII.

Pisces in Terram veniunt ab ebullitione Aquarum.

§.VII. II. *Ebullitione Pisces ex Aquis in Terram* ejiciuntur, ut de stagno circa Liguriam in massiliensi agro *Aristot. l. de admir auscult. c.87.* quod *ebulliat*, aquas superfundat, Maximamque piscium copiam ejiciat quodque flantibus Etesiis terræ pulverem super se obducat, ut superficiem Stagni ce solum firmet quod indigenæ tridente interrumpant, & pisces quot voluerint, extrahant. Sed hæc potius *est simulata terra*.

Ob terram exoletam.

§.VIII. III. *Pisces fossiles* inveniuntur in *Terra exoleta sub, qua aqua stagnat* à fluminibus aberrans, sub qua *pisces subterranei* discurrunt. Tales sunt *pisces Subterranei* ad Pyrenæos prope Lacum Roscyno fl. adjacentem, ubi paulo supra mare locus aquosus *fossiles* continens mugiles, ubi enim tres pedes foderis immisso in aquosum limum tridente configere licet pisces justæ magnitudinis. *STRABO L. IV. Geogr.* & de hac planitie, terra exoluta, cui multum gramen innatum, subter terra sabulosa, sub qua aqua quæ à fluminibus aberravit, in qua pisces fossiles, plura *POLYB. L. XXXIV. Hist.* citante *ATHEN. L. VIII. c. 1.* nec non de Leucatæ littore, ubi pisces sub Campo gracili arundine perviridique & terra stagno subeunte suspensa. *POMPON. MELA. L. II. c.5. de situ Orbis.*

§. IX

§ IX. IV. *Pisces altè in terra defossi* inventi, ubi nulla præcesſit inundatio, ſed ſponte ibi naſcuntur, idque continuò dum humores aliunde manant, qui generationis principia ſecum adferant, adeoque per venas & fibras terræ in terram veniunt. *Abſit* enim, ut *terrena moles* credatur *tota eſſe ſolida*, innumeris meatibus illa perfoſſa, ineffabili tamen Dei opificio eâ inviolabili ſoliditate, in tantam regionum ſubterreſtrium amplitudinem excavata ſubſiſtere poſſit, *inquit* inuſitatæ Eruditionis ſummæque Humanitatis Vir *ATHANAS. KIRCHERUS Dialog. III. Itin. ecſtat. Subterran. c. 3. p. 189.* Et promiſit *Idem* in propediem proditurì *mundi ſubterranei Lib. III.* quem *Geotacticum* vocat *Part. V.* enarrare innumeros meatus, Voragines, hiatus, Canales ſubterraneos, quibus perfoſſum eſt terræ corpus, & præter ignea, aërea, aquea ac terrea receptacula *Part. VI, VII. VIII. IX.* montes, campos ingentes, maria, Inſulas ſubterraneas *Part. X.* Quin & Idem *in L. V. metalloſcopo* dicto *Part. III.* exhibebit oſſa intra terram reperta, Ebur, unicornu foſſile, Gloſſopetras, oſſa Gigantum putatitia, Carbones: nec non *L. VI.* ſeu *Phyto-Zoographo Part. II.* enumerabit Plantas ſubterreſtres, ſilvas ac prata ſubmarina, nec non *Part. III.* animalia

Sub Canalibus ſubterraneis diſcurrentes

Terra non eſt ſolida.

lia

lia subterranea, eorum formam, ingenium & quibus vivant.

Et quod tunc promiserat, nunc hoc ipso anno edito Mundo Subterraneo maxima ex parte promissa locis allegatis *IDEM KIRCHER.* explevit. Quis nunc putet *solidum terræ corpus.* Et *fossilis Caro sub terra* reperta est ad vallum Erfurticum juxta Portam D. Andreæ, de qua *Libavius L. I. Singul. p. 252. seq.* & ex eo paucis possibiliter tem confirmat *JONSTON. Thaumatograph. Sect. IV. c. 32. p. 196.* & Aquæ Spartæ Umbriæ Oppido; ut Tiburi Lapides, Lignum è terræ visceribus effoditur versicolor variegatum & in vermiculatum opus non secus ac ebenus elaborandum, de quo (præter *Petr. Servium Spoletin.* Urbani VIII. Pont. Medic. *in de Nat. Artisque mirac. Th. BARTHOLIN. Cent. V. hist. 72.*) 1. *Ligno fossili* Umbriæ, in territorio Todi *integrum Tractatum* Romæ edidit *FRANCISCUS STELLATUS Lynceus Academicus* & tale frustum possedit *OLAUS WORMIUS* ut memorat *in Museo L. II. c. 17.* Quin & hujus *Ligni* visendi *KIRCHERUS* (uti *testatur L. VIII. Mund.* subt. *s. 2. c. 6.* cum Francisco Stellato in agrum Aquaspartanum sub jurisdictione Ducis Cæsii 5. à Roma milliar.

Sub terra fossilis Caro.

Et Lignum.

pro-

profectus est, ut attentius mineram ejus exploraret.

Et *terræ corpus* haud *solidum* esse confirmat *consensus fluviorum cum mari*, de quo pluribus egi *in Oceano macro-micro-cosmico* §. 14. 23. 24. 56. *& seq.* eundem statuit Sapientissimi Regis assensus *Ecclesiast. I. v. 17.* Flumina redeunt in mare, unde orta sunt. Quem Ecclesiastæ locum explicat *Joannes Kempfius* Pathol. & Botan. *in Acad. Marpurg. Prof. ad Helvic. Dietericum de Acidul. Schwalbac. Epist. V. p. 40.* Terram perinde ac corpus humanum habere suos Canales & Cuniculos, per quos ex mari in diversas partes terræ, perinde ac sanguis in singula corporis membra, magna aquæ copia effundatur.

Consensus Fluviorum cum mari sub terra.

LAURENT. PIGNORIUS Epist. XIV. p. 49. cum recensuisset, in lacu ad radices montis Arquadæ (Fr. Petrarchæ secessu nobilitati) non ita diffuso, La Solana dicto, inveniri Cephalos pisces æque sapidos ac illos è pelago, qui nobilitant Venetas coquinas, unde hæ peregrinæ, *inquit*, delitiæ? nisi quod & ipsa Thetys rusticetur, adducitque testimonium *Junilii Episcopi Afri*, cujus verba ita sonant; cum multa constet esse *maria*, in locum tamen unum dicuntur congregatæ Aquæ, quia videlicet cuncta

hæc jugi unda atque continua Oceano & mari junguntur magno, ſed & ſi qui Lacus in ſemet ipſos videantur eſſe circumſepti occultis tamen quibusdam perforatis cavernis in mare ſuos evolvere meatus, quod & foſſores puteorum probant, quia tellus per inviſibiles venas aquis repleta manantibus, & quia trahant ex mari principium.

Fluvii ſub terra labentes, rurſus emergentes

Terram non eſſe ſolidam, confirmant *flu- fluvii*, qui ubi aliquot ſpatium curſu abſolverunt, *in terram ſe condunt*, & *ſubterraneo volvuntur greſſu*, ut de *TIGRIDE Juſtin.* L. *XLII. Hiſt. c. 3. §. 9. SENEC. L. III. Nat. Quæſt. c. 26. & L. VI. c. 8.* de *PYRAMO* Cappadociæ fl. *STRABO L. XII.* de amne prope Pompejopolim, *Pompon. Mela L. I. c. 6.* de *EULÆO* amne apud Suſianos non longe à Caucaſo monte, *PLIN. VI. 27.* de *LYCO* in Aſia, *ERASINO* in Argolica. *Idem L. II. c. 103.* de *CEPHISO STRABO L. IX.* de *ANA* fluvio, qui provinciam Hiſpaniæ Eſtramadaram ſecat, medio ſpatio quæ abſorbetur, & poſt 15. leucas ſub terris actus rurſus emergit, unde cum toto iſto ſpatio lætisſima ſint paſcua, inter mirabilia Hiſpaniæ cenſetur, fluvium ibi eſſe, ſuper quem animalia paſcantur. *BOTER. deſcript. Hiſpan. apud Joh. LAET. p. 81.* Alia exempla ed

collegit quoque *BACCIUS de Therm. L. I. c. 2. f. 4.* & *Majol. Canic. Colloq. XI. p. 426.*

Terram non esse solidam demonstrant tot *marina* vestigia *sub Terra* reperta. In *Rexem* prope Trajertum Mosæ, Navis maritima sub arenoso Colle reperta est Anno MDXCIV. & in tractu Peele Pini seriatim sub terra repertæ, quæ non nisi in montibus proveniunt. *HELMONT. in tr. Terra §. 17.* Ex *FULGOSO* gravi Historico narrat Matheseos Lumen *THEODORUS MORETUS Belga* Vratislav. Matheseos Prof. in Eruditissimo *de Æstu maris tractatu C. XXI. §. 275. p. 112.* Ao. MCCCCLXII. prope Bernas inventum infra terras pervetustum ligneum navigium, ab iis qui in fodinis 100. orgiis depressi metalla rimabantur, adfuerunt & vela Cannabina, & ferrea anchora, & galeæ 40. virorum; quam Historiam quoque recenset *LUDOV. MOSCARDI Nobil. Veron. L. 11. Musei Ital.* conscripti *cap. CXI.* Laudatissimus *MORET. l. a. §. 278.* hæc non ex diluvio universali esse naves dictæ vestigia, sed quia tot flumina ex Helvetiorum montibus oriantur (ut Oenus & Danubius in Orientem, Rhenus, Mosa & Mosella in Septentrionem, Tosa aliique in Italiam Meridiem versus, Rhodanus per Genevam in Occidentem §. 275.) credibile, olim lacus

Marina sub terra reperta.

tot ad fluviorum capita in unum alveum conspirasse,& à Geneva Bernas usque & Constantiam licuisse navigare; qui aquarum tractus nunc terra obruti. Ad Peruanas Aurifodinas circa Limam urbem navis inventa in ipsis maris fundamentis. *NIERENBERG. L.V. c. 2. Hist. Nat.*

Si alia subterranea multo magis fluvii dantur subterranei.

Si ergo *tot subterranea* inveniuntur, *quidni & Aquarum Canales*, tam majores, quam minores, terram permeare, & à mari fluviisque remotis locis *Pisces subterraneos secum deferre* poterunt. Lacus est in Carnis pago vicino Zirknaiz dictus, *inquit G. WERNHER de Admir. Hungar. Aquis p. XCI.* qui quotannis sub Autumni finem aquis derepente ex abdito venientibus, & *magnam piscium copiam* secum trahentibus inundatur, appetente verô æstate aquis abdita rursus petentibus exarescit. Quin & alii sunt in eadem regione amnes, qui terras subeant, & ubi per longa spatia emanarint, rursus effluant, immo anates vivas simul evehant, ut destituti aquis pisces à vicinis maxima capiantur copia. *Idem p. 92. inquirit fusius* quomodo hæc fiant à scrobium regurgitatione & quasi vomitu, ut rursus eodem redeant & absorbeantur, idque statis temporibus.

Per Terræ-

§. X. V. *Pisces* itaque *fossiles in Aquis se* *Cana*

Canalibus subterraneis degentes sæpius per *Terræ motus* se pandunt, cum dehiscente Terra, aquæ emergunt, quæ ante sub terra latuerant, & tales Pisces exhibent. Ut *terræ motus* hinc inde faciem Orbis immutarunt, Siciliã à reliqua Italia abruperũt, *Ov. XV.metam. v.262.Virgil. II.n. Æn.*ut credibile putat anta citatus *MORETUS de Æstu maris. C.XIX. §. 229.* Angliam à Gallia, aliasque plurimas Oceani & Mediterranei Insulas à continente avulsas, *§.236.* Magnam Insulam maris Atlantici Terræ motu & mari submersam, quæ ut veterum Historicorum memoria insignis, & *à Tertullian. in Apologetic. c.39.* celebrata & pro Ophir Veterũ habita, hodie nulla, sed parvæ reliquæ Insulæ raræ, nantes in gurgite vasto Flandriæ, canariæ, & paucæ ad caput Viride sitæ, ubi forsan olim terra continua cùm Africa & America, antequam Oceanus Indicus versus Boream erupit: *Nordstrandiam* Borealem Insulam, quam Cranzius Frisiam Aquilonarem vocat, cum Titmarsia Continenti adjunctam à Continenti Terræ motus avulserunt, & in Insularũ album asscripserunt. *KIRCH. Mund.subt. L. II. c. 12. §.1. f. 76.* Pariter & *terræ motus novos* hinc inde *fluvios* veteribus obstructis eduxerunt é *Terra & simul pisces. NICOL. DAMASCENUS* Herod. Judæorum R. & August. Cæs.

motus ex Subterraneis Canalibus emergunt Pisces.

Terræ motus mundi faciem immutant.

familiaritate & Philosophiæ cognitione, Clarus *Hist. L. CIV.* testatur, belligerante Mithridate, circa Apameam Phrygiæ tremuisse, deque repente apparuisse in illa regione stagna, quæ prius non erant, fluvios & fontes per motum patefactos, & tantam cum Aquis istis salsis piscium copiam prorupisse, ut finitimi loci toti his implerentur. Nisi ergo hi *pisces* ante sub terra fuissent, sub apertum Cœlum protrudi non potuissent. Agnovit *SENECA L. III. Nat. Q. c. 19.* magnam vim aquarum in subterraneis loculis, fœdam situ piscium, nam in Caria circa Lorymam urbem cum talis exiliisset unda, periere, quicunque illos ederant pisces, quos ignoto ante eum Diem Cœlo novus amnis ostenderat, utpote pingvia ex longo otio corpora, inexcitata, & tenebris saginata. Habet ergo non tantum venas aquarum terra, *pergit l. a.* ex quibus corrivatis flumina efficiuntur, sed & amnes magnitudinis vastæ, quorum aliis semper in occulto cursus est, donec aliquo sinu devorentur, alii sub aliquo lacu emergunt.

Fluvii per Terræmotus erumpentes.

De *Fluviis* per *Terræmotus erumpentibus* plurima exempla alligata fuerunt *in Oceano Macro-Microc.* §. *24.* & *150.* hic addo terræmotum inter Elim & Megalempolim Ladonem Fluvium effudisse: *SENEC. VI. Q. Nat.*

Nat. c. 25. de monte ambulante paucis ab-
hinc annis in tractu Numburgensi prope
Laucham oppidum videri poterit *D. Christ.*
LANGE Prof. quondam Lipſ. meritisſimus
in *de Therm. Carolin. c. 11. §. 92.* In illo et-
enim loco, per aliquot mille paſſus ferme
Tellus cum arboribus proceris, & operoſo
vitibus agro, de ſupercilio montis cujus-
dam in ſublime ſe ſe extulit, & ſenſim ſen-
ſimque cum magno fragore, propter avul-
ſas Arborum profunde infixarum radices,
ad pedem montis deſcendit cùm multo-
rum fontium recentibus & antehac in
montis Cacumine nunquam viſis ſcatebris.
Quin & ex *Ferrando Mendoza Pinto Luſitano*
refert *Chriſt. ARNOLDUS additamentis ad*
ROGERII de Relig. Ethnic. C. X. p. 691. in
Chinenſium Provincia *SANSY* paucis ab-
hinc annis *per Terræ motus* erupiſſe Lacus
ingentes ad 60. milliaria Terras inundan-
tes. *Ægidius Neapolitanus in Diatribe de monte*
Veſuvio (quem *Petr. CASTELLUS Medicus*
ultimo *operis ſui folio de Veſuvio* allegat)
narrat, ſuo tempore in Baſilicata Neapolit.
Regni Provincia ex formidabili *terræ motu*
ibidem exorto integrum *montem* vinearum
cultura nobilem *ex loco ſuo in alium* tribus
inde mill. paſſ. diſſitum translatum fuiſſe.
Quod autem *abſorptis urbibus* aut montibus

ſtatim in eorum locum *Lacus emergant* (quod & de oppido Rhætorum PLURS 1618. abſorpto referunt Hiſtorici (cauſam facit) *KIRCH. L. IV. Mund. ſubt. S. II. c. 01. §.* quod infra abſorpta moles terreſtris in hydrophylaciũ quoddam incidat, quæ cum ſimul conſiſtere non posſint, aqua terrena ſubſtantia uti levior, ita per hiatus expreſſa in abſorptæ Urbis aut montis ſtationem ſuccedat.

Piſcium Foſſilium ſingularis plerumque eſt ſpecies.

§. XI. VI. *Plerumque* tamen *piſcium Fosſilium ſingularis eſt ſpecies*, diverſa à reliquis. Qui ad Albim inveniuntur, teretes nonnulli, ut Anguillæ intra terram, ſed pelle carent tenaci, ſquamis etiam ut & gobii, majores craſſi ferè duos digitos, longi palmos tres. *AGRICOL. de Anim. Foſſ.* Tales quoque *piſces Fosſiles* Peisker dicti longit. palmi, crasſitudine digiti, coloris Cinerei, cum punctis ventre flavo *Id. ib. Subterranei piſces*, qui ſiccatis Fluviis exeunt ad pabula pinnulis gradientes crebro caudæ motu, capite ranis marinis ſimiles, reliqua parte gobiis, branchiis cæteris piſcibus. *E Theophraſto PLIN. IX. 57. ARISTOT. de Auſcult. c. 69.* Qui in Rhegio, & ad Heracleam in Ponto defosſi Piſces exſiccatis humidioribus locis, in terram iter contendunt, terra magis exſiccata humorem quærente

rentes, ad Sylvam confugiunt, & ibi remorantur, nec prius quàm effodiantur motu corporum ipsos vivere apparere, *IDEM* docet *C. LXX*.

Talem *ſingularem Piſcium* Speciem non per canales devehi ſolum, ſed & terrarũ profundo naſci indicium ferre refert *SENEC. L. III. N. Q. c. 19.* quod & Anguillæ latebroſis naſcantur locis, & *RONDELET.* teſtatur ſe vidiſſe Angvillas è terra defoſſas, *OSWALD. GREMBS* Salisburgenſ. Architaet, *in Arbor. Ruinoſ. Homin. L. I. c. 7. th. 8.* §. 49. *Piſces* hos *foſſiles* ex barathro aquarum provenire ſtatuit ubi balſamo conditi fabricentur.

§. XII. *Quidam* ex his *piſcibus non boni ſaporis*, quales ultra Albim inventi *ex AGRICOL.* deſcripti, qui duram nec guſtui gratam habent carnem; alii prorſus nocivi, quales à *SENEC. l. 3. c. 19.* deſignati: quidam virtute præſtantes, ut de iis, quos Paphlagonia exhibet. *ARISTOT. Auſcult. c. 71.* & apud *CARIBES*, ubi exſiccatis paludibus effodiuntur varia piſcium genera in illa humiditate ſervata guſtu gratiſſimi, præſertim quos Armadillos vocant. *NIERENBEGR. L. VI. c. 15. L. XI. c. 38. Hæc* de piſcium foſſilium ortu ſufficiant, paucis ad reliqua duo dubia reſpondendum *quomodo tales piſces*

Piſces foſſiles plerumque non boni ſaporis,

I 5 *extra*

extra Elementum proprium, *Aquam* ſcilicet *vivant*, aut, ſi cum aqua in ejus Canalibus ſubter terram vehantur, *quomodo reſpirare* & *vivere* poſſint.

Quomodo Piſces foſſiles extra Aquam vivant. Piſces certo modo reſpirant.

§. XIII. *Piſces reſpiratione* quadam *indigere*, ſatis illi teſtabuntur, qui obſtructis glacie penitus aquis (niſi pertuſa hinc inde foramina fuerint ad Aërem intromittendum) non raro piſcium immenſa dolent funera, & ob jacturam meliori jure piſces lugerent atrati, quam Hortenſius orator lugebat unicam murænam mortuam, *PLIN. L. IX. c. 55.* aut Craſſus, qui murænam flevit uberius, & honore ſepulturæ affecit. *MACROB. Saturn. L. III. c. 15.* Licet præter Cetaceos piſces reliqui quidem non reſpirent, ut quadrupedes & aves, *inquit ROBERT. BOYLÆUS Experim. Phyſ. mechan. exp. XLI. p. 462.* per branchias tamen, cum pulmonibus quandam habent Analogiam; nam cum in ſtagnis undique gelatis, aut in vitris arctiſſime obturatis emoriantur Piſces, probabile, *iis ineſſe, licet obſcuram, reſpirationem.* Et notabile, quod cùm ipſe *Boylæus* Anguillam Recipienti (pro vacuo demonſtrando) impoſuiſſet, & aërem inſtrumento omnem exſuxiſſet, Anguilla quidem immota jacuit, ſed recipienti operculo remoto, & aëre rurſus illapſo revixit.

vixit, quæ duratio Anguillæ absque aëre forte imputanda peculiari vivacique hujus generis piscium naturæ. Pari ratione, ut de Cochlea testacea *IDEM BOYLÆUS refert*, mirandum, quam cum Recipienti inclusisset, non tantum de lateribus vitri ad exsuctionem aëris non decidit (adeo glutinosa & difficulter dissipabilis Natura & succus Cochlearum ad hunc eventum valuit) sed in progressu suo per recessum aëris nihilo magis impedita, cum tamen excepta hâc Cochlea nullum Animal recipienti immiserit, quod non obierit, aut moribundo simile apparuerit.

§. XIV. Si itaque *pisces obscurius respirant*, *sufficiet* etiam *Piscibus his terrenis* in terræ cavernis ac locis humidis & uliginosis stabulantibus *ad Respirationem tantum aëris*, quantum Talpis, ut judicat *PLIN. L. IX. c.* 57. f. sub Terræ delitescentibus: *aut* ii *Pisces fossiles* se proprio succo refrigerant instar vermium terrestrium, & insectorum, quæ *BOYLÆUS l. a. p. 471.* insecta & alia, quæ pulmonibus destituuntur, omnique alia re analoga pulmonibus, aër ambiens afficit per Cuticulæ poros, atque inde loco respirationis fovet: *aut* denique pisces isti subterranei ore inserta gleba humidiore & frigida refrigerantur & vivunt, ut Carpiones

Quomodo Pisces Fossiles respirent.

nes extra aquam ingesto panis bolo, censente Scientissimo *Caspar. SCHOTTO Physic. Curios. L. X. c. 16.* eo modo ac urinatores spongiam oleo imbutam ori indunt, quando sub aquis degunt, eoque remedio nuper in Anglia Vir utili pollens scientia, qui merces & bombardas ex demersis navibus didicit evellere, usus est sub aqua degens referente *BOTLÆO. Experim. XLI. p. 46*. Si teenim & *Animalia* Lapideo Carceri inclusa viva inventa fuere (de quibus *cap. seq.*) quidni facilius sub porosa terra Piscibus respirationis subsidium. Agyrtarum testimonio probat *GEORG. FABRICII Epist. ad G. Agricol.* qui *fossiles Pisces* Peisker dictos vitro angusto includunt, ut inibi suo succo se refrigerantes crescant, eosque imperitis pro serpentibus venditent. Sic & viperas gypseo sepulchro inclusas per aliquot dies supervixisse, & eo rupto redivivas aufugisse refert *Georg. STENGEL. de monstr. L. II. §. 12.* nec non *Rendm. DIGBÆUS de Pulv. sympath. p. 50.* & cum eo *Laur. STRAUSS. p. 208.* de viperillis magnæ cucurbitæ inclusis referunt, quæ Papyro circumligata perforata, tamen hinc & inde ad aliquam äëris intromissionem 6. 8ve mensium spatium, absque omni, præter hunc paucum aërem, nutrimento, in prodigiosam

giosam viderunt excrevisse magnitudinem.

§. XV. Sed *redeundum à piscibus Fossilibus ad Cancros* nostros *terrestres & Fossiles.* Et cum pluribus demonstratum, *dari pisces subterraneos*, & *vivere posse extra aquam*, non incredibile, dari etiam *subterraneos Cancros*, potissimum cum illi non solum extra aquam diu vivant, sed & terrenam vitam, victum in terra quæritando, agere possint, aut terræ cavernas locis paludosis vicinas instar cuniculorum suffodere, ut non rarò crustâ suâ armati, velut novi Cadmei milites, licet non seminati, ex terra emergant. Itaque ut *de Cancro ab Oleario* in Persiæ rupibus invento (*cujus gratia de piscibus fossilibus excursio facta fuit.*) concludamus, *aut* singularis *Cancri marini* Species fuit, etiam in terra vivens, adeoque & maris & terræ habitator, *aut* ab incolis Persis mari extractus in itinere terrestri deperditus, fuga mare repetere tentavit, quas conjecturas *in dissert. de mirand. Lapid. Natura adduxi pag. 61. 62. aut*, quod vero similius, per occultos cum aqua marina Caspii maris Canales, & angiportos, in montis verticem, ad limpidam aquam, salsedine Marina in visceribus montium percolata, emersit. Pluribus enim comprobatum, Terram non esse inutile

Regressio ad Cancros terrestres fossiles.

De Cancro Olearii.

tile pondus, aut ſolo limi, luti, ſedimenti ſuffartu, haut ſecus ac Caſei coagulum condenſatum, ſine omni interiore Conclavium apparatu, ſine omni reconditoriorum diſtributione; ſic nec montes ſolidi, ſed *Kircher. Itiner. Subterran. Dial. III. c. 3. p.* adſtruit, ſub montibus *Caucaſi* ſive Imai (*mari Caſpio* vicinis, per quos Olearius iter fecit) Naturam fluminum ingentium reconditoria & immenſa Cellaria Univerſæ Aſiæ & Indiæ rigandæ ſufficientisſima poſuiſſe, adeo ut non mirum, per Canales aquarum amplisſimos tandem in *montis vertice cum dulci lympha, prorupisſe Cancrum marinis prius aquis ſaltim asſvetum.* Sed cuivis hac de re liberum ſit judicandi arbitrium.

Caput VIII.

De Cruſtatis ſive Gammaris ſive Cancris petrefactis, & in genere de aliis quoque lapidefactis Naturalibus.

§. I.

Mira Lapidum Natura.

PRæter terreſtres & fosſiles *Cancros*, Naturam varie in *cruſtatis* ludere, & eorum cruſta

crustam in marmoream convertere nonnunquam Soliditatem, nunc enarrare restat. *Miranda* certe *lapidum natura* quamq; ut non satis mirari; sic nec perfectè rimari quis poterit, tam variis formis in solidis his Corporibus Natura Proteum agit. Ut hic sicco transeam pede, vitam lapidibus quandam inesse, quod cum *SPERLINGIO Meditation. X. in Scalig. exercit. X. §. 1.* defendit *Martin KERGERUS Physic. Lignic.* meritissimus, Amicus svavissimus in erudito *de Fermentat. opere C. V. p. 32. seq.* sic & *generationem* quibusdam assignant, quod de *Priapolitho* non solum aucto, sed & similes sibi procreante refert *BORELLUS Cent. III. obs. 85.* quidam enim eorundem, *ait l. a.* parvis *Priapolithis* intus pleni sunt, ut videantur matres fœtibus prægnantes; non minus ac adamantes feruntur inveniri parturientes, quod de Adamantibus *Principis Ravastasii MAIOL. Dier Canic. T. I. Colloq. XVIII. p. 405.* & de Adamantibus *Dominæ Heverensis BOOT de Gemm. L. II. c. 3.* nec non *Francisc. RUEUS de Gemm. L. I. c. 1. p. m. 178.*

An Lapides vivant?

An Lapides generent.

§. II. An Lapidum hi partus genuini sint; difficillime credi potest. *Hoc* tamen *verissimum*, inveniri *Lapides prægnantes.* Miram in *Epistolica Dissertatione de miran-*

Lapides dentur prægnantes non minus.

da

da Lapidum Natura ex *Th. Bartholini C. V.*
Ut Embryo prægnans. *Hist. 100.* adduxi Historiam de *Embryone in Utero Matris prægnante, Dissert. pag. LIV.*
Et alia Animalia. eandem confirmat, & in causas inquirit IDEM BARTHOLIN. in *de insolitis Partus Viis C. XVI. p. 124. & seq. ubi p. 133.* adducit
Et vegetabilia. *Arnoldi SANGVERDII* Batavi Philosophi Judicium de *muribus prægnantibus*: sic præter regnum *Animale* & *Vegetabile Fructus prægnantes* exhibet. *Pomum Citrium prægnans*, quod in se continet pomum exiguum avellanæ magnitudinis, cortice flavo exteriore, medulla albicante, & succo suis distincto loculis describit *OLAUS WORMIUS L. II. Mus. c. 28. f. 206.* & *DOLDIUS* Norbergæ observavit, MDCIV. apud Pharmacopæum *novum prægnans pomũ* pomo in sua matrice propria extra terram apud *HORNUNG. cista medic. Ep. CCXLV.* Et *pomum commune prægnans* notavit Clarisſ. *Mich. DORINGIUS* Phys. Vratisl. meritissimus *Ep. Ao. MDCXXXVII. ad Exc. Sennertum scripta*: Rem miram, *scribit*, antehac vix visam vel auditam cape: *pusillum pomum* colore, odore & figura majori per omnia simili, in hujus meditullio singulari pediculo enatum, dedit unum atque alterum ante mensem Pharmacopæus noster Petrus Callenbergerus.

§. III.

§. III. *Ergo* tam in *animali*, quàm *regno vegetabili* si talia inveniantur, & *Lapides* constat inveniri *in minerali prægnantes*. In veteri Marchia ad ostium Tangræ, *Christoph. ENCELIUS de Re metallic. L. III. c. 43. p. 228.* invenit *Lapides prægnantes* Chelonitibus tribus vel quatuor perfectis, tanquam in matrice Vidit *GOROP. BECANUS Niloscop. LIII. f. 237.* in silice durissimo Bethunis advecto, quo viæ sternuntur, conchulas totas lapideas & conclusis valvulis intregras, ut Cæmento quasi aliquo compactæ judicarentur. Tales *lapides conchites* prægnantes creberrime in Alsatia prope Buxovillam inveniri, Testis est *D. SALOMON. REISELIUS Archiater Hanov.* Celeberrimus, qui eosdem & Calamo descriptos, & penicillo depictos mihi transmisit, ipsosque *in Lithologia Curiosa* exhibebit *D. Joh. Dan. Major. Amicus* sincerissimus. Quin & alios *prægnantes conchites* circa Svinfurtum repertos, sub nomine Wackestein/ *Dn. D. Leonh. BAUSCHIUS* Pr. *Colleg. Curios.* dignissimus *in Ætite c. VIII. p. 71.* exhibuit, nec non *D. Joh. Mich. Ubl. Medicus Provincialis Schleusingensis, Collega Curiosus* reperiri in rivulo prope Oppidum Rodach, Diœcesis Coburgensis, tales *prægnantes Lapides* retulit.

Lapidum Prægnantium Exempla. 1. 2. 3. 4. 5.

§. IV. Ad hos *Lapides prægnantes* referri

 pote-

Lapides pręgnantes Animalibus mortuis.

poterunt Lapides in quibus *tam mortua quàm viva, Animalia* inventa fuerunt. Allata fuere in *Differt. de Mirand. Lapid. Nat. p. XL.* Ex *CARDAN.* L. V. *de Variet.* frondes in marmore; ex MATTHIOL *præf. in* L. V. *Diosc.* Cochleas; & laterculum testaceum in saxo; ab *Andr.* BACCIO L. I. *de Therm. c. 15. f. 41.* Ex ALDROVANDO *de Testac.* L. III. *c. 1. f. 80.* pectinem in solidissimo marmore inventum. His adjungi poterunt Conchæ bivalves, in Lusatia in saxis Cinereis inventæ; P. ALBIN *Chronic. Misn. de metall. t. XX. f. 168.* conchæ turbinatæ in Lapide tophaceo; G. FABRIC. *Annal. misn.* L. III. *fol. 114.* Cochleæ lapideæ in saxo; FALLOP. *de metall. & fossil. C. IX.* Sic, ut & *Cancrorum* nostrorum fiat memoria, refert CARDAN L. VII. *de Variet. c. 29. in lapidibus* Ranas *Bufones* & *CANCROS*, quamvis mortuos inventos fuisse. *Sic & viva Animalia Lapidibus inclusa* reperta fuerunt. *Credibile*, animalia limo lapidescenti involuta & ob voluta tandem penitus Lapideum carcerem obtinuisse; pari modo ut *Electri* fragmenta plena Muscis, formicis, aliaque exempla *me allegata in de mirand. Lapid. Nat. p. 8* ut *frustum succini* à Celsisf. Princip. Brunswic. *AUGUSTO Kirchero* dono missum

Cancri in Lapidibus.

in quo lacertula integra, & in *Francisc. Cardin.* BARBERINI *Gazophylacio* frustum, in quo immerito honore ranula sibi sepulchrum elegerat: Statuit enim KIRCHER. *Mund. Subter.* L. VIII. *f. 3. c. 5.* dum bitumen liquidum & molle maris fluctibus ad littora devolvatur, dum in globos urgentibus fluctibus paulatim trudatur, animalcula inviscata in meditullio secedere.

§. V. In *Citata Dissertat. de Lapid. Natur. p. 92.* exempla allegata fuerunt de Serpente vivo marmori incluso, *ex Job.* NARDIO *in Anno 1. Noct. Genial. IV. p. 266.* de Ranis rubris lapidibus molaribus circa Tolosam innatis, ex *Melch.* GUILANDINO *de Papyr. p. XI.* de Viperis & Bufonibus in Saxis, LIBAV. *L. I. Sing. de mola Fossil. p. 264.* de Bufone in prægrandi saxo in vinea *ab Ambros.* PARÆO observato L. XXIV. *Chirurg. c. 20.* de Saxis in Littore Anconitano, in quibus pisciculi ad instar Cappi longi innati ex ALDROVAND. L. II. *de Testac. f. 81.* & meminit eorundem Lapidum Anconitanorum MAIOLUS *dier. Canic. T. I. Colloq. XVIII. p. 419.* nec non *J. Gorop.* BECANUS *in Niloscop.* L. III. *fol. 241.* His subjungi poterunt, vivum bufonem in medio marmore à Latomo Antwerpiæ inventum, BECAN. *l. a. f. 239.* de alio bufone

Lapides prægnantes Animalibus vivis

Bufones in Lapidibus.

bufone in Augustoduni Arcis marmore, NIERENBERGIUS *Hist. Nat.* L. VI. *c.* 13. & quæ alia allegat exempla *Clar.* D. BAUSCHIUS *in Ætite p. 74. seq.* Quid mirabilius bestiola in præduri minimeque pervii lapidis viscere nata? inquit *Petr. SERVIUS intimus Medicus cubicularius Urban. VIII. in de Nat. Artisque Miracul. pag. DXLII.* exploratum namq;, è magno, durissimo, compactoque *Lapide scisso Bestiolam* prodiisse, non è suæ speciei seminario, sed ex materia humoreque intus latente, atque vi extrinsecus affluente genitam. De Bufonibus in Saxis memorat quoque MART. WEINRICHIUS Vratislav. *In de monstris C. VII. p. 58.* Plura quoque refert Exempla G. AGRICOLA *de Animalib. Subterraneis.* Generosissimus *Comes* HERMANNUS in Gleichen & *Hazveld*, Dynasta in Trachenberg, Prausniz &c. Heros Rerum Naturalium peritissimus, cùm Anno 1664. in Mart. in Silesia in Arce Prausniz decumberet, meque ad se evocasset, clementissime retulit, oculari testimonio prope Coloniam in Arce montana Schellenberg Comiti Furstenbergio parente *Lapidem* detentum fuisse, in quo *Rana* coaxans & Aristophanicum suum, Κοάξ βρεκεκὲξ, non susurrans, sed plane strepens audita fuit, tandem casu an sponte

Rana in Lapide.

lapide

lapide rupto, *Ranam* exſilire viſam fuiſſe? *Quomodo Rana Lapidibus innaſcatur*, hanc rationem profert *KIRCHER. Mund. Subter. L. VIII. ſ. 4. c. 1.* quando ſperma Ranarum limo involutum fuerit, interim limi ſubſtantia paulatim lapideſcente, ubi aptum, diſpoſitumque loculum calido-humidum, nactum fuerit, tanquam in matrice Subterranei caloris vi animatur, tandem ranam, excludit, quæ ubi humidi ſuctu per poros ſaxi allabentis ſufficiente nutrimento inſtruitur, ita quoque diu intra illum loculum vitam ſuſtentare poteſt, donec lapide ſecto viva exiliat, quanquam, quod notandum, talia animalia concluſa aëri concredita, paulo poſt emoriantur. *Bufones in Saxis naſci*, teſtes luculenti ſunt *Geſnerus*, *Kentmannus*, aliique, inquit *LIBAV. L. II. Batrachior. c. 25. ſchol. p. 437.* neque tamen diverſæ naturæ his, quæ in vepribus reperiuntur. Mireris unde Spiritus iis ſupperat, cùm reſpirare conſtet, ni etiam ſerpentes iisdem innaſcantur. Memorabile ergo eſt, quod *Oſwald. GREMBS* notat *L. I. Arbor. Homin. c. 7. ſ. 8. §. 22. Bufonem etiam in Aquis petrificantibus non petrificari*; eſt enim, *ait*, animal longævæ vitæ, diu absque cibo & potu latitare poteſt, quia vitalem, Archeum recepit ab ipſis ſaxis, remanet itaque

Bufo non petrificatur in Aquis petrificantibus.

itaque Spiritus sive Archeus inseparabili iste à semine petroso, ex *Sententia HEL-MONT. de Lithiaſ. C. I. §. 14.* Pariter & præter Ranas, Bufones & serpentes, etiam *in Lapidibus CANCROS* inventos fuisse, & iisque & natos & nutritos *LIBAV. de Carn. fossil. §. 18.* recenset. Et in rubro mari dissectis Lapidibus innatos intus pisciculos & *SQUILLAS* (è Crustatorum genere) & quædam alia animalia apparuisse, *Theophrastus ERESIUS L. de Odorib.* retulit. Quæ veritati magis convenire videntur, quàm in lapide humano Serpentem innatum fuisse, referente *BORELLO Cent.* ... *observatione 22.* Quomodo *respirent* ... *animalia*, inquis, *saxis inclusa?* Credibile est eos ibi sufficientem succum ad respirandum, ac se nutriendum reperisse, saltim ad aliquod tempus, quo deficiente penitus necesse est emori ac penitus lapidescere, ex Sententia *SCHOTTI L. X. Physic. Curios.* ... non aliter ac *Georgius STENGEL de monst. L. II. c. 12. p. 66.* vidit in Rorensis Monasterii Cœnobii Bibliotheca, Pisces & frutices in saxis fissis prope Kelchemium in Bavaria inventos, in lapides deficiente alimento, ab arena intercepto emorientes, & in lapides indurescentes.

Cancri in Lapidibus vivi.

Et Squillæ.

Quomodo respirent saxis inclusa?

§. VI. Miranda lapidum Natura in Fig...

In Lapidi-

ris variis artificiosissimè ostentandis. *J. GAFFAREL.in Curiositez Inovyes sur la Scolpture Talismaniq. C. V. p. 72.* & seq. *Figuras lapidum triplices facit, depictas* scilicet, *elevatas*, & *incisas*. *Depictas* rursus *vel Coloratas, vel non*. Ex *Coloratis* fuisse Achatem R. Pyrrhi, qui exhibuit *9. Musas* cum Apolline saltantes: Venetiis in templo S. Georgii *figuram Crucifixi* à Dn. de Breve visam in marmore tam affabre, ut vulnera & guttæ sanguinis potuerint exactè discerni; in quo templo quoque in jaspide ad altare *caput mortis* perfectissimè à Natura depictum. In Provincia apud Gallos, in pago à Limans, uno milliari à Forculquier Urbe, in terra *lapides rubentes* inveniri, in quibus *variæ figuræ avium, arborum, serpentum, & Literarum*, quæ à pueris quoque potuerint discerni. Venetis in marmore *Figuram Regii capitis* cum Diademate & majestatis pleno vultu visam, in quo nil natura defecisse visa fuit, nisi quod fronte aliquanto latiore efformando aberrare visa sit. Constantinopoli in Sapientiæ Templo duæ candidi marmoris dissecti crustæ, quarum utriusq; maculæ, non nihil cinerei coloris, ita sponte naturæ discurrunt, ut totam *Joh. Baptistæ* tergore cameli vestiti effigiem repræsentent. *AGRICOL. L. VII. de Nat. Foß. c. 5.*

bus miræ Figuræ.
a. Depictæ coloratæ.

Exc. *BARTHOL. Ep. ad J. Dan. Horstium* Lapidem se tenere, in quo *Serpentis* imago memorat. p. 29. *Alia exempla* recenset ex *ALBERTO Magno lib. de mirabil tractat. III. c. 1.* & *CARDANO. p. 78. 79.* Depicti *Lapides* exhibuerunt Joh. Friderici Electoris Saxon. tempore, qui *Christum crucifixum* Johannem & Mariam repræsentarunt, teste *Joh. JONSTONO. in Thaumatograph. sect. IV. c. 17.* non minus ac *lapides Pontificium Caput* triplici diademate cinctum, nec non monachi effigiem repræsentantes, *Andr. LIBAVIUS L. V. de Bitumin. sect. 1. ad C. XXXV. p. 703. ubi p. 704.* inquirit, an à geniis subterraneis Pictorum vices obeuntibus pro fulcienda superstitione tales Figuræ elaborentur. In sumtuosissimo S. Laurentii Fano Florentiæ, in summo Sacelli altari in marmoris frustulo nulla humana arte accedente *duos homines botrum* baculo *portantes*, à me, dum Florentiæ degerem, visos fuisse, jam *in Dissert. de Lapid. Natura p. 64* recensui. Et quæ non mira Naturæ solertissimæ pandit spectacula solum variegatum Florentinum marmor, Lapis dendroites dictum?

b. Depictę absque coloribus.

§. VII. *Lapides absque Coloribus figuras* ostentantes Lineamentorum ductu id præstant, GAFFARELL. *l. a.* ex *Nidero* refert in

in Mauritaniæ Urbe Septa fontem esse, cujus Lapides verba in scripta præ se ferant: *ex THEVETO* in Archipelagi Insula Lapides, in quibus figura fœminæ filium tenentis: *ex Plin. XXXVI., c. 5.* in marmore effigiem Sileni, aliasque figuras *ex Becani Niloscopia L. III.* & *GESNERO singulari Libr. de Fossil. Lapid. & Gemmarum Figuris*, 13. capitibus constante. *D. Christoph. Henricus RUILIUS Physic. Stargardiæ* in Pomerania XI. Mart. 1664. *literis ad me* perscripsit, sibi Halberstadii in lapide scissili visam *Lutheri effigiem* artificiosissimè expressam, quin & dono sibi missam tabellam marmoream aut alabastrinam, in quam Natura *tres Naves* elegantissime efformarit, quarum *una* quasi plenis velis per mare ruat, *altera*, è longinquo appareat, *tertia* quasi naufragium exhibeat. *Joh. Wigandus in Historia Succini p. XXVII.* testatur, in quibusdam Lapidibus pulcherrimas piscium imagines cum squamis, pinnis, ac toto corpore expressas inveniri, adeò exactè, ut piscium Species possint discerni; ut de Barbi piscis Lineamentis in saxo fossili *OLAUS WORMIUS L. II. Mus. c. 2.* Sic *lapides* fissiles cinerei Eichstetensium *Figura* inveniuntur depicti *Cancri*, Lucii, funduli. *D. KYFFERUS diversorum Imperii principum in Alsatia Archiater* cele-

Cancrorum Figuræ in Lapidibus depictæ.

 berrimus,

berrimus, Canstadii in Cella, Lapideis laminis variarum Herbarum figuras artificiosi admodum impressas à Natura se invenisse *Literis* ad Dn. *D. Reiselium* fassus est quod & de piscibus, & de Insectis in Mansfeldicis metallifodinis *Munsterus* attestatur. *KIRCHER. Mund. Subt. L. VIII. s. 1. c. 9 f. 29.* in *Lapidibus à Natura depicta* exhibet Elementa *fol. 30.* cœlum stellatum, *f. 31. & 32.* Arbores cum depictis Urbibus, Montes, Nubes, *f. 28.* varios flores, narcissi, hyacinthi, tuliparum, pœoniæ; *fol. 32.* figuram Ciconiæ, Noctuæ Caput, Motacillam & avium imagines Lapidi delineatas Templi S. Georgii Venetiis: *f. 33.* caput Canis Molossi, caput Equi, figuram felis. *f. 34.* Pisces effigiatos, Scari formam intra saxum, *fol. 35.* auratam, & ex Museo Aldrovandino duos pisces velut natantes in aqua. *f. 31.* depictam figuram heroinæ, hominis palliati *f. 36.* Idoli Ægyptii Averrunci, palliati puerum gestantis, Hieronymi & figuram crucifixi in Monasterio Ticini Carthusianorum. *Henric. Moibomius Med. D. & Prof. in Acad. Juliâ meritissimus* in *Epist. Theoph. Spizelii Considerat. Corpor. gloriosi præfixa sub fin.* memorat, se observasse Eremitam & Turcam in Marmore, nec non Pisis in templo D. Johannis effigiem à Natura effictam.

Jul.

Jul. Cæsar VANINUS in de Admir. Natur. dial. XXIV. p. 139. memorat, *Pomponatium* Præcept. ſuum vidisſe fruſtum marmoris Paulum Eremitam repræſentans. Inquirit itaque *l. a. an* hæ Authorum atteſtationes irridendæ, ut confictæ fabellæ? *an* ab artificum officinis in Apothecas Naturæ figuræ illæ tranlatæ? *an* ex materiæ necesſitate lineæ quædam exortæ, quæ fortuito alicujus animalis ideam referant? *an* ſuper lapidem emiſerint animalia ſemen? *an* ubi ſoliti ſint innaſci herbæ, achates in fosſa depicta tabella, ex ea aqueus humor illius traxerit effigiem? *an* conſepulti animalis lineamenta eo loci reſudarint? *an* à ſiderum influxu? *an* quod animalia in lapidem transmutata? KIRCHER. *tamen l. a. f. 37.* quadruplici modo *Figuras in Lapidibus delineari* putat. 1. *modo fortuito.* 2. *ex diſpoſitione terrenæ ſubſtantiæ,* intra quam, tanquam intra formam ſ. modulum receptus, tinctus humor tandem ſpiritu lapidifico in eam formam, quam ſubſtantiæ terrenæ matrix refert, attenuetur. 3. *ex ſingulari aliquo accidente* in hanc vel illam formam aſſurgente. 4. in nonnullis denique imaginibus *ex ſingulari* diſpoſitione divinâ *opera Angelorum*, aut ut LIBAV. L.V. de Bitum. p. 704. putat *geniorum ſubterraneorum* penicillo. *In fortuitis*

recte

rectè monet, vix perfectè omnia repræsentari, sed semper aliquid ad integram figuram constituendam deesse; *oriri* autem *fortuito* ex fluore Salini liquoris in appropriatam substantiam mollem, & siccitate in rimas fatiscentem, donec omnia accedente Spiritu lapidifico coalescant, & prout fluor insinuatus, sic effigies repræsententur. Hanc Kircheri mentem de fluore lapidum in certa conceptacula quoque defendit *Peireskius in vita à Gassendo edita L. IV. pag. 346. seq.*

c. Elevatę Figurę in Lapidibus. Horda Tartarorum Lapide facta.

Ad *elevatos lapides GAFFARELL l. a. p. 83* deducit Saxa hominum, Camelorum, pecorumque in Tartaria Occidentali visa, quæ *ORTELIUS* viva pecora, populosque fuisse opinatur, stupenda tamen metamorphosi repente in saxa riguisse; *GAFFAREL* verò ossa hæc Terræ saxea naturaliter ita ex terra producta fuisse Censet. *HELMONT.* verò de *Lithias. C. I. §. 18.* Hordam istam Baschirdorum, non procul à palude Kitaya intra Russiam & Tartariam in petras mutatam, cum armento, curribus, armamento, quod totus ille tractus nonnisi petra continua rimis pervia, quam silente per multos dies vento, depressaque superne aura, fortis odor saxatilis fracidus spirasse potuit, suosque inambulones una necuisse nocte,

quæ

quæ tandem præ loci frigore putredinem inhibente, transmutavit, quod ante necuerat. Certis anni temporibus flante in montanis Provinciæ Chilensis aura meridionali integræ Equitum turmæ, velut in statuas Lapideas repente obriguerunt, steteruntque in via eo aciei ordine, quo ante metamorphosin iter fecerunt. Ex Cornel. Wietflietio *Camerar. Cent. II. Hor. Suc. c. 70.* Non aliter ac Barbariæ urbs prope Tripolim in Africa continuò in saxum induruisse obsservatum, & Ao. MCCCXLVIII. circa Noricum post terræmotum L. homines villicas mulgentes cum vaccis extinctas diriguisse, & in Salarias statuas redactas annotavit *Joh. AVENTINUS Histor. Bojor. L. VII. f. m. 486.* Non solum ab Aqua, sed etiam ab Aura seu vapore quodam supra terram lato homines in saxa mutatos legimus, immo totam urbem in substantiam lapideam obriguisse, cujus rei fides sit penes Authores, inquit *Th. WILLIS de Ferment. c. III. p. 19.*

Quin & *nostro tempore* MDCXXXIV. *Pagum quendam Africæ Mediterraneæ* totum admiranda *metamorphosi in Saxum una cum hominibus*, animalibus, arboribus, supellectile domesticâ, frumentis & cibis *conversum fuisse*, factis horrendis in æthere fragoribus, nec sine frequenti soli concussione

Habeli


Habeli Vice-Cancellarii Melitensis testimonio annotat *KIRCHER. L. VIII. Mun. Subt. f. II. c.2. f.50.* Pertinent ad has *elevatas Figuras Rupes* in Sylva Hercyniæ, quarum à *figura Monachi* altera Ina Münch/altera Hennig Münch/ vocatur, notante *ZEILER. Topograph. Brunsv. p. XXXIII.* sic & in Insula Melitensi *rupes maritima* à monte seorsim dependens, Monachum suspensum exprimens, vulgo il *frate impiccato. KIRCHER. l. a. f. 37.*

d. Figuræ Lapidibus incisę.

§. IX. *Natura* nunquam otiosa etiam in ipsis Terræ visceribus: ut enim in *mineralibus* efformandis in abdito sinu polydædala, sic & in lapidibus variis, *tam elevatis, quam incisis variis figuris insculptis. De Auro* refert *Petr.* MATTHÆUS *Histor. Gall. T. II. L. V. narrat. 1. p. 209.* in Gallia MDCII. in Lugdunensi territorio, prope pagum de Saint Martin la plaine, in vinea rustici cum ditissimæ Auri mineræ invenirentur, ex erutis particulis aurum virgineum & ἄπυρον, tam artificiosissime elaboratum exhibuisse palmitem aureum gemmas protrudentem, ut magnum hoc Naturæ miraculum non immerito magno Henrico cum stupore oblatum fuerit. *De Argento* verò OSWALD. GREMBS *Arbor. Hom. L. I. c. 7. f. 5. §. 18. refert*, illud in saxis & mineris non solum præ

Si mineralibus incisę Figurę. Auro.

Argento;


Tab.VI
Concha monta
na petrificata
è Museo Auth.
Manus Saxea
à Generosiss. Comite
Hazveldio in
Museum Authoris
missa.
Lapis Stellaris
triangularis.

se ferre speciem Capillorum, sed aliquando instar globi effodi, aliquando Christum Crucifixum cum D. Virgine ex puro argento in visceribus terræ formatum repertum fuisse. *Facilius* ergo *Natura ex petroso semine* in Terræ penetralibus *Dentes, Ebur*, *Cornua Fossilia* (qualia & Silesia nostra pro unicornu copiose in superiori Silesia suppeditat) *Crania, crura*, plusculis in locis *Ossa putatitia Gigantum*, & *manus* Saxeas elaborat? LIBAVIUS *Lib. I. sing. p. 261.* Et tales *manus saxeas humanas exacte* referentes, nec non brachia humana in ipsius territorio creberrime effossas prope Arcem Blankenstein Generosissimus *Comes* HERMANUS *de Hazveld.* oretenus & per Literas post confirmavit, sed & Heroica Liberalitate earundem transmissione Museum meum nobilitare dignatus est. *Ossa* ista sub *terra inventa* à metallicis *Enostos* Ossifragi vocantur, German. Knochenstein/& tales *Lapides sub forma dentium, costæ, tibiarum, pedum* depictos, & quomodo hæc ex marga sive terra limosa cum nitroso fluore in matricem irruente fiant, describit *KIRCH. Mund. subt. L. VIII. s. 2. f. 60.* In Carpatho monte *Calvarias minerales* reperiri author est *LAZAR. ERKERUS in utilissimo de mineralib. libro.* Vidit *Th. Bartholinus* (*Epist.* ad

Multo facilius Lapidibus.

Manus saxea.

ad Joh. Dan. Horstium de Fœtu mussipon *p. 29.*) silices in externam hominis figuram quasi arte tornatos: & hominem siliceum mammas tenus in Museo suo habuit *WORMIUS in* Mus. *L. I. sub. 2. c. 13.* exactè referentem, de dentibus molaribus & incisoriis petrosis in specu Bumanni *Deusing. de Fœtu mussip. §. 124.* De hoc *miro Naturæ conatu* ita philosophatur *Athan. KIRCHERUS* *Dialog. III. Itiner. Submarin. Ecstatic. c. I. p. 141.* Natura in mediis Achatibus, Lapidibus, marmoribus, aliisque in profundissimis Terræ reconditis saxis tum humanæ figuræ formam, tum cœterorum Animalium vegetabiliumque figuram insculpsit & excudit. *Gaudet* namque *Natura hujusmodi rerum Ludibriis*, & uti omnia in omnibus esse ostendit; ita pro Conditione singulis entium gradibus, *laborat* quantum potest, *ut si non sensum, saltim vitam; si non vitam, saltim figuram nudam*, iis ad suam in universi decoris majestatem attestandam imprimat. Appetunt omnia ultimam suî perfectionem & potissimum similem hominis (qui est post Deum immediate omnium rerum finis) figuram, quam cum debilis Naturæ claustris impedita, consequi non possunt, nonnulla quantum possunt agunt ut eandem, si non veram, saltim analogiam

giam quandam consequantur, aut, ut breviter ait *KIRCHER. Mund. Subt. L. VIII. s. 1. c. 9.* cum vitam dare nequit, omnium tamen rerum figuras ambitioso penicilli magisterio delineare visa est. Nam ut *IDEM l. a. c. 8.* demonstrat, non solum *Pictoriam & Sculptoriam* artem exercet *Natura Lithogenetica*; sed & *Opticam* flumina, silvas, prata, montes, maria ad exactam prospectivæ amussim in Lapidibus depingendo, & *Astronomam*, Solem, Lunam & stellas in Selenite, in Astroite exprimendo, (qualẽ lapidẽ ex *Illustrissimi Comitis HAZVELDII* liberalitate possideo innumeris stellulis radiantem) & *Geometram*, punctis, lineis, aliisque figuris ad amussim delineando Lapides. *Hæc ille. OLAUS WORMIUS*, uti refert. *Mus. L. II. c. 13. f. 90.* possedit Lapillos luteos, qui *pectus Cancri exigui in lapidem conversi referunt*, quorum pars exterior lævis & lubrica, lineis albis, Juncturas costarum in Cancris referentibus, prædita. Vocantur tales *Lapides*, *Carcini Lapides*, quod *figura* repræsentent *Cancros* in lapidem conversos, non aliter ac datur *Amygdaloites*, à forma amygdali, *botroides* ab incipientis botri similitudine, *Conchites* à Conchis, *Ctenites* à pectinis similitudine, *Pisolithos* à Pisis, *Sicytes* à figura ficus, *Echinites*, *Ostreites*.

Lapilli Cancri pectus exhibentes.

tes. *KIRCHER. L. VIII. Mund. subt. s. 3. c. 6. fol. 82.*

Lapides quidam semper unius figuræ.

§. X. Sed hi sæpe *fortuiti Naturæ lusus: magis admirandum*, quod *quibusdam* in locis Natura *in lapidum miris figuris* efformandis non abludat, nec erret; sed *semper* & *omni tempore* easdem *figuras* exprimat, ut in Melite Insula Lapillos à figura linguas serpentum vel rostra Avium dictos, de quibus *Th. BARTHOLIN. Cent. 6. hist. 1.* & *NIEDERSTED. in tr. de Maltb.* L. I. *c. 6. f. 25.* sic semper Lapilli in Anienis Aquis ad Tibur variorum fructuum figuras exprimunt, ut inde jocosè Confetti di Tivoli appellentur, de quibus *Stephan. PIGHIUS in Hercul. prodic. p. m. 484.* in Agro Brixiano, angulares æqualibus planis perfectissime, eodem semper modo perficit. *NICOL. CABEUS Tom. 1. Com. in meteor. Arist. Text.* L. II. *f. 307.* optime *triangulares* ex Franconia Liberalitate *Generosiss. Comitis Hazveldii* possideo; & relatum in Limitibus Poloniæ cum Silesia, Lapides inveniri cum radiis quasi stellatis eleganter effictis. *Silices quadratos* in Comitatu *Blanckenberg* inveniri, testis ZEILER. *in Ducat. Brunsw. fol. XXXI.* sic notat *KIRCH. Mund. Subt.* L. VIII. *f. 1. c. 9. f. 29. in Calabria* fodinam esse, quotquot Lapides reperiantur ibi etiam

Glossopetræ.

etiam minimi, *cubiformes* esse, sibique ex Germania transmissos omnes figura *orbiculari*.

§. XI. Hactenus *de Figuris Lapidum*, nunc *ad Cancros* aliasque res Naturales transeundum, quæ *facultate lapidifica* accedente, in aliam degenerarunt Naturam. Mirum, *Cancros saxeos* in Saxis inventos fuisse; ita namque *Jul. Cæs. SCALIG. Exerc. CXCVI. §. 9.* In saxis lanarum, qui tractus est agri Vesatensis, ad pagum, qui Cohors dicitur, *Cancros saxeos* multos vidimus procul à mari plurimum, è Garumna 30. mill. passuum. *TORELLUS SARAYNA*, qui bellum Veronense cum Germanis actum descripsit *L. II. Hist. Veron.* refert, intra Veronensium montium viscera *Cancros Saxeos* repertos fuisse, citante *PFLAUMERO Mercur. Ital. Part. I. p. 21.* & *FABIUS Columna cap. III. obs. de Aquatil. & Terrestr. p. IX.* visam sibi notat *in Lapidem versam Astaci* superiorem partem in Campoclarensi arce excisam cum aliis saxeis maritimis rarioribus. Qualia *IDEM Cap. XXI. p. 48.* reperit.

Cancri in saxa mutati

1.

2.

3.

§. XII. *Hæc* plurimos permoverunt, ut crederent *Cochleas*, *pectines*, *Ostreas*, *Conchas*, *Chamas*, *mitulos*, *Lacertos*, *Echinos*, *Pisces in saxis* aut aliis *locis à mari remotioribus*

An marina in Rupibus inventa reliquiæ Diluvii.

bus inventos *petrefactos*, Occasione *Diluvii universalis* aut voragine terræ obrutos sub-
sistentes, rigori Lapidifico obnoxia reddita fuisse, ut cum *FABIO COLUMNA c. 21.* &
Lud. MUSCARDO Lib. II. Musei cap. CXI
propugnat in *dissertatione de Serpent. Petr-
fact. §. 47.* & fusius in *Litbologia Curiosa*
explicabit *D. Job. Dan. Major*, & eo incli-
nant *Majol. Colloq. XVIII. & POTER. Phar-
mac. Spagyr. L. II. c. 7. p. 193.* Sic Conchy-
liorum & Crustatorum infinita genera e
montibus Vicentinis effossa in Lapidis du-
ritiem firmata in suppellectile *Job. Domini-
ci Salæ Prof. Patav.* sibi visa affirmat *T.
BARTHOLIN. de Unicornu C. XXXVII.* p.
280. & marinas Conchas in ipso Arcis Lo-
vaniensis monte *ERICIUS PUTEANUS*, re-
ferente *Theod. MORETO de Æstu mar.* C.
XXI. §. 275. non aliter ac per Campaniæ &
Brabantiæ agros, ubi nulla maris suspicio
Conchæ effossæ. *Ibid. l. a.* & tales Concho-
las marinas è Franconiæ ditionibus sui
transmisit mihi Vratislaviam, aliquoties
memoratus *GENEROSISSIMUS Com.*
Hazveldius, Alii tamen Calculo suo non
subscribunt *Melch. GUILANDIN. de Papyr.*
pag. XII. parum illustria, *inquit*, hæc illu-
vionis sunt signa; Constat enim, non solum
in mari Conchas & Ostrea, sed etiam
mo-

Alii negant esse reliquias, sed ibi generari.

montibus & terræ Viſceribus, pro loci Natura inter Calculos gigni, etſi aquæ copioſiores abſint. Pernegat *Excell. JONSTON. Thaumat. Claſſ. IV. 32.* Veriſimile poſſe eſſe, Conchulas in altisſimis montium verticibus ſabuloſis marga & marmore putrefacto repertas, reliquias eſſe Diluvii univerſalis, quod tot annis mundi, tot injuriis expoſitæ durare potuerint, cum & marmora ipſa tandem ſolvantur. Sane

Mors etiam Saxis Marmoribusque venit.

Opinatur *LIBAVIUS de mol. mineral. §. 9.* madefacta pluviis materia (marga ſcilicet & marmore putrefacto) cum per ſe ſit apta ad talia, concipi principium Concharum, & motu ſuo perfici. Idem confirmat *Sylveſt. RATTRAY Scotus de Sympath. Rer. p. XXX.* Conchylia marina & teſtacea in petroſis locis (tanquam fermento locoque conveniente) arte produci poſſe, dum conchylia contrita in arena ſeminata, aqua ſalſa irrigentur, *KIRCHER. L. XII. Mund. Subt. ſ. 2. c. 8. f. 373. modum* aperit, quomodo juxta Pharum in *Sicilia Conchyliorum proventus* inſtituatur, qui ſatis docet, Conchylia non eſſe reliquias Diluvii. Siculi namque Conchylia conterunt, dein ad littus lacus ſalſi 60. pedibus à freto diſtantis non ſecus ac agricolæ frumentum; ita hi cruſtulas con-

chyliorum disseminant, & ita relinquunt donec aqua lacus vel vi ventorum, vel æstu subterraneo agitata littus offendat, quæ crustulæ una cum arena confusæ maximum proferunt conchyliorum proventum. *Similem Conchyliorum* ostreorumque generationem arte peragi in *China MARTINUS MARTINIUS* narrat in *Atlante Sinico*.

Cur Cancri saxei in montibus.

Cancri ergo & *Astaci Saxei in montibus* inventi sive effossi, sive in summitatibus inventi *aut* Lapilli fuerunt à Natura ad figuram Crustatorum effigiati, *aut* aquis subterraneis, aliisve mediis in montium alveos delata viva crustata, petrosi odore seminii indurata in Lapideam Soliditatem fuerunt. Petræ enim, inquit *HELMONT. de Lith.* *c. §.12.* non solum suo generantur ac proprio semine, sed & alio constant seminio petrificativo, quare ne dum Aquam, velut objectum proprium & proximum, transmutant naturaliter ejusmodi semina, sed aliena quoque corpora, quæ præfatum semen odore tenus saltim hauserint. Unde & in Cryptis propter Pergamum aliquot Cadavera petrificata, illorum scilicet, quos belli pavor in abdita compulerat, inventa fuere à superficie in Centrum usque petrificata. *HELMONT. l. a. §.12.* & in Lydia obstructo Antri orificio, vasa & ossa hu-

na ibi relicta lapidea facta. *Jacob MOCKIUS de Concret. p. LXIX.* nec non brachium humanum in Antro. *Nic. CABEUS Com. in L. IV. meteor. Arist. T. 20. q. 2. f. 298.* Et quia Cancri nonnisi locis saxatilibus reperiuntur, eo quod alia loca petræ fermento destituantur, *Helmont de Lithias. C. I. §. 18.* ideo facile in Saxis istis petrificantur.

§. XIII. Faciliori negotio *Cancri ab Aquis virtute lapidifica impraegnatis in lapides indurantur.* Quid illa concretionis causa sit, variè à variis exponitur. *Clarissimus SENNERT. de Cons. & dissens. Gal c. XI. p. 180. Spiritum lapidificum* agnoscit & succum, qui quamvis non sit sine sale, plus tamen in se contineat, quam sal, unde & non talis fiat concretio simpliciter, qualis in salibus, sed qualis lapidibus propria. *Th. WILLISIUS de Fermentat. c. III. p. 19.* Fontibus causam assignat, ut quæcunque immersa protinus saxea efficiant, quod *Sale primogenio* scateant, & in minima resoluto. *KIRCHER. L. VIII. Mund. Subt. f. 46. succum lapidificum* vocat saxum nitrosum aqua eliquatum; aut ex salinorum corporum miscellâ cum ramentis Lapidum saxorumque rasuris nasci succum petrificum, qui sese poris insinuet rerum in eas conjectarum, continua corpusculorum sui similium appetentium suc- Cancri ab Aquis petrificati.

 ces-

cessione. *Osvvald. GREMS Arbor. Hom. L. I. c. 7. th. 3. §. 6.* Fontibus iisdem saxosum fermentum inhærere statuit, & hoc semen petrosum excedere vegetabilium semen cum solo attactu seminis per odorem corpus contiguum petrificet. *VITRUV. L. VIII. Architect. c. 3.* ubi Aquam Hierapolitanam in Phrygia recensuisset omnia indurantem *addit*, in his locis, ubi talis nascitur succus subest *coaguli Naturæ simile aliquid.* Fusius in hanc Petrificationis causam disquiret D. *Joh. Dan. MAJOR in desiderata Lithologia.*

Variis Aquis vis Lapidifica innata.

Variis autem *aquis vis illa lapidifica innata.* Inveniuntur multa *petrificata* non procul a civitate maritima S. Lucar in Hispania, ad ipsum mare, procul dubio, quod inibi scaturigines succi vitriolati lapidifici, quo irrigata ligna & alia porosa corpora eum in suas Cavitates admittunt, quique salsedine aquæ marinæ concrescit. *OL. WORMIUS Mus. L. II. c. 13. f. 88.* Sic ad Insulam Cimbrorum Helgolandiam in maris Littore, avellanas nuces, Cochlearum testas, aliaque petrifacta inveniri copiose, oculatus testis in istius Insulæ *Chorographica descriptione* retulit *Benjam. KNOBLOCHIUS p. XI. HELMONT. de Lithiasi. c. 1. §. 18.* Stagnantes potius Aquas, quam decurrentes conchylia incrustare fundo contigua statuit, ob fractu-

dum fundi odorem, non item insectas aquæ innatantes. Quod vero *aquæ quædam vicina vel injecta in lapides vertant, quædam vero ipsæ in lapidem concrescant*, causam reddere conatur *Joh. GER. VOSSIUS de Idolol. L. II. c. 71. p. 676. Priores* quæ saltim immutent, habere succum lapidescentem aquis permixtum, qui se per meatus inferat corporibus injectis, aut propinquis, & quia iis contentus non amplius agitatur, sed quiescit, eo frigore constringi, & corpora, quibus se insinuavit, Lapideæ reddere Naturæ: *posteriores* verò quod *ipsæ alveo suo lapidescant*, ex eo esse, quod aquæ istæ succo admodum crasso & lento constent, & alveis receptæ desinant agitari, ideoque ab aëris ambientis frigore densari, haut secus ac Coralium & fundo maris extractum, in aëra, hujus mox frigore duretur, mollis fuit herba sub undis. Eadem *ratio duplicis istius succi petrifici* cum *aquis permixtionis* efficit, ut *injecta vel superficietenus saltem incrustentur, vel tota substantia lapidefiat*; nam si cum aqua perfectè misceantur mineralium corpuscula tota substantia injectarum lapidescit, sin confusanea saltem illorum cum aquis mixtio, paulisper inhærentia Ligna, herbæ, frondes, non quidem lapidescunt, sed tantummodo lapideo corti-

Quędam aquę lapido faciunt, quę dam lapidescunt ipsę.

Quædam aquę superficiem, quędam totam substantiã lapidefaciunt.

ce, salvâ ligni herbarumque substantia in-duuntur, ut de Sena Hetruriæ fluvio narr KIRCHER. *L. V. Mund. Subt. s. 2. c. 3. §.* *f. 250. & s. IV. c. 5. f. 286.* Et mirabile, quo de Arbore memorat *Christoph. Nicolai Me-dic. D. & Decan. ad Laur. Strauß. de Fa Mussip. p. 54.* quam Averniæ amnis prop Rionem ita alluat, ut una ex parte incrust & ea parte lapideam exhibeat; alterâ ver arboream esse sinat. *Sic* & in Belgensene Peireskii agro & ad cavernam querneam observata *folia* ex hedera, populo, querc ilice, nuce, ulmo, Lauro, prorsus lapide tota tamen formâ & denticulis nervulisq suam quodque speciem referentia, ut man festo se prodant. *ib. p. 55.* V. de his *Gassen in vita Peiresc. L. IV. p. 346.*

Aliud tamen *Naturæ miraculum* in Inte amnatio Italiæ in amnibus in flumen Na rem derivantibus, quod ubi leniter fluan amnes, nihil Natura efficiat immutando at ubi rapido velocique motu decurran ligni cortices reddant lapideas, forsita quod rapido cursu major sit ejus vis spiri tus, ut imprimat magis. *Majol T. I. Cani* Aquę Petrificantes. *Col. XI. p. 437. Aliorum fluviorum* hac virtu te præditorum *historias* recenset IDEM *Majol. l. a. p. 437.* nec non *lacuum*, *Idem Colloq. XII p. 462.* nec non ANSELM. BOOT

de Gemm. & Lapid. L. II. c. 300. Plures quoque à me recensiti *fluvii Hungariæ, Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, Bohemiæ, Angliæ, Scotiæ Hyberniæ, Norvvegiæ, Islandiæ, Asiæ & Africæ in de mirand. Lapid. Nat. pag. LXX. usque LXXXI.* quibus sequentes adjungi possunt. *Ex Antigono CARYSTIO Histor. Mirabil. c. CLXXVII.* refert *VOSS. l. a. p. 675.* apud *Coos* Rivum esse, omnes, per quos fluxerit, Aquæ ductus in Lapidem commutantem, & *Muabum, teste Eod. Carystio Hist. Mirab. c. CL.* in Pamphilia omne in Lapidem vertere, non minus ac *ACOSTA in Americæ Peruviana* provincia Fontem calidum recenset, qui sic in rivo induretur in rupem, ut inde Lapides exscindantur ædificiorum structuris idonei. *De Perperonis fonte, de Calidis aquis in Eubœa, & de Eurymenis fonte Plin. XXXI. c. 2.* & de *Nonacri* Arcadiæ *fluvio*, qui profluens lapidescat. *IDEM XXXV. c. 2.* In *Gallia* in Diœcesi Castrensi fontes duo injecta in saxum convertentes enumerat *P. BORELL. in Lib. Antiq. Castrens. & Cent. 1. observat. histor. 5.* De fonte *Claremontio* Galliæ observat *KIRCHER. L. V. Mund. Subt. s. 3. c. 1. §. 2.* Aquam ejus sensibili operatione in Lapidem fluxu naturali nunquam interrupto commutari, adeo ut si eam animalia avidè bibant, intereant,

in

in apertis Stomachus non aquea, sed lapidea mole expletus reperiatur: imo si hæc aqua vitro infundatur, in lapidem statim conversa rupto vitro figuram ejus exactissimè referat, velut gypsum in modulum fusum. In monasterio rubeo Zoniæ prope Bruxellam *Helmont. de Lithias. c. I. §. 19.* spirare fontes aliquot, & saxa parieti apponere, unde unco & securi frequenter Saxa adnata decutienda sint. Sic *in Franconia* in monasterio *Altstein Fontem* invenit *injecta in lapides incrustātem*, retulit aliquoties memoratus *Generosiss. Comes de Hatzfeld.* Tales Aquæ non tantum *in ditione Tyrolensi*, sed etiam *Salisburgensi*, nec non ad Curiam Rhætorum in Carinthia & Stiriâ obviæ notantur *à Job. LANGIO L. III. Ep. 4.* ex quarum potu incolis quoque gutturis monstrosi tumores. *Specum Cadurcensem* in Galliis recenset *KIRCH. L. VIII. Mund. Subt. f. 4. c. 5. f. 286.* ubi ludibundo Natura ex continuo stillicidio pro constitutione rupis statuas ita aptè adornat, ut monachos in hemicyclo confidentes videre jurares, non minus ac *in Piceno in Grotta Scura*, & *Anticoli in Latio* à stillicidiis varia miranda: nec non, *Eodem teste L. VIII. f. 2. f. 46.* in *Sicilia Panormi crypta S. Rosaliæ in monte Peregrino* omnia stillicidia in saxum mutan-

Specus in quibus Aqua lapidescit.

tan-

stans. Et ne Trans-Alpini carere videantur similibus miraculis Naturæ, *in Sylva Hercinia Specum Baumannianam* tot mirandis rerum lapidescentium lusibus instruxit, ut præter *ECSTURMIUM ad D. Brendelium* exarata Epistola, præter *ZEILERI* inde fessessam diligentiam in *Topograph. Ducat. Brunswic. f. 30. 31.* Curiosissimi Naturæ Indagatoris *Dn. D. Job. Dan. MAIORIS* curiosos oculos, manus, mentem, calamosq; attraxerit, propediem erudita de ea Inquisitione edita ut Curiosorum desiderio ex asse satisfaciat. Meminit ejusdem Specus Baumanni Cl. Deusingius in de Fœtu Mussip. p. 157. §. 124. seq. Denique *Oswald. CROLLIUS in de Signatur. p. X.* meminit, in Moravia, 3. milliar. Brinna, non longe à territorio Abbatis Obbrovicensis, excavatum montem esse instar illius in Italia in Villa Costozza, intra Patavium & Vicentiam, in quo reperiantur varia ludentis Naturæ opificia, dum stillantes guttæ è superiore fornice in illo cavo monte confestim *in Lapidem concrescant*, & suo casu alto varias lapideas statuas & formas effingant.

§. XIV. Solent itaque *recensitæ aquæ herbas, ligna, panes, ferrum, ova, pisces, aves & quadrupedia* miranda metamorphosi petrificare, *inquit Helmont. de Lith. c. I. §. 11.* Varia Lapidefacta.

Plan-

Plantarum aliarumque vegetabilium petrefactiones recensitæ *in de Mirand. Lapid. Natura p. LXXXI. & seq.* & recenset oculatus testis *D. Martin. Christoph. MEZGERUS Medic. Posoniens. in Hungaria Literis 7. Oct. 1663. ad me datis*, sibi ad manus esse *folia quercus*, ex quercu in Comitatu Nitriensi ad pagum SOK prope fluv. waga, quæ Autumno decidentia in palustria loca statim in Lapides conversa fuerint. *Cur vero herbæ quædam, quamdiu in Aquis petrificis sunt, non lapidescant, nisi ubi foras projectæ*, inquirit *KIRCHER. L.V. Mund. Subt. s. 2. c. 3. §. 7.* vidisse se ait prope Roncolanum Senensis territorii oppidum *fontes calidos*, in quibus *Cyperus, juncus, Ranunculus, similesque herbæ* adeo fœcunde prognatæ, ut necesse fuerit eas exstirpare, quæ exstirpatæ & *projectæ omnes in lapidem fuerint conversæ:* putat ergo succum istiusmodi aquis lapideum intimè cōmixtum, unde herbæ quidem, quamdiu aquam Spiritu hoc turgidam attrahunt & humido hoc aluntur, non petrescant, exstirpatæ vero, ubi hoc humido destitutæ, succi petrifici humido intra herbas attracto paulatim siccescendo, ex insita naturæ pronitate in id, ex quo prodiit, hoc est, in saxeam convertit substantiam. *Quercum* in Saxum induratam prope Acidulas Egranas memorat

rat *Christ. LANGE Prof. Lips. in de Therm. Carolin. cap. 1. §. 23. ligna lapidefacta* & in lapideam substantiam immutata, ante aliquot menses Francofurti se vidisse, & quidem abietino gummi adhuc adhærescente, refert *D. Laur. STRAUSS. Respons. ad Deusing. de Fœtu Mussipont. post Digbæum de Natura corp. p. 246. Animalia pisces, aves, vipera petrefacta* recensitæ *l. a. p. 84. 85. in de Lapid. Nat.* quibus addi poterit *Lithotyron, sive caseus integer* in Lapideam duritiem conversus, quem ante 20. annos in Catelani Pharmacop. Monspeliens. Pinacotheca se vidisse *Exc. Sponius Literis Lugd. Gall. M. Nov. 1664. ad me datis* confirmavit, præter *hominis partes petrefactas l. a. p. 85. 86.* enarratas vidit *Dominic. PANAROL. Arcanor. fascicul. l. p. 209. Cranium humanum* in Adamantinam conversum duritiem, nec non *os femoris Elephanti* petrefactum; *cerebrum* verò *bovinum* lapidescens *Th. BARTHOL. Cent. VI. hist. 92.*

In *Museo Kircheriano* prægrandia Gigantis Ossa, fungi, ligna, grana tritici, cochleæ, stiriæ in saxum conversæ reperiuntur; in *Museo* vero *GUALDINO* inter complura Ligna arborum folia, fungos, Cranium humanũ, etiã *CANCROS* lapitefactos videri notat *KIRCH. Mund. Subt. f. 286. & L. VIII.*

Sect.

Sect. 1. f. 49. in aliis *Romanorum Museis* di
ctyli nuces, pruna, olivæ, poma, pyra, im
caseus & panis lapidefactus; *in Museo Petr*
CASTELLI Medici Messanensis varia Con
chylia petrificata. *Th. BARTHOLIN. L.*
Ep. 51.

Cancri ab Aquis Lapidefacti.

§. XV. Redeo tandem ad *Cancros* ta
lium *aquarum lapidifico succo induratos*. Re
fert *MAIOL. T. I. Canic. Coll. XI. p. 437.* in
Italia, non procul ab Interamnia Umbri
Urbe, in Valle Illustrissimorum Domino
rum Comarchorum Castellensium, rivu
1. lum è Nare flumine profluentem ea virtu
illustrem esse, quod in eo *Cancri* non mod
testa sua muniti sint, verum etiam supra
testam *Cortex alius lapideus*, aquæ petre
cantis vi, illis superadditus, ita ut non so
lum *inanimata* ab hoc rivulo reddantur *la*
pidea, sed & *animata*. Et credibile, *Cancr*
Lapideos plurimos, qui visuntur hinc ind
in Magnatum Naturæ Reconditoriis, virtu
2. te talium Aquarum incrustatos fuisse. Si
in *Lapidem Cancrum conversum* vidit Nea
poli in Celeberrimo *Ferrantis Impera*
Museo PFLAUMER. Mercur. Ital. part. I.
3. *p. LXV. Pagurum* Venetum, Granci por
dictum, Lapideum possedit *CALCEOLA*
RIUS, & describit *Sect. III. mus. p. 429.* ob
servavit *ALDROVAND. de Testac. f.*
Can

Cancros totos ſaxeos, in quibus & cruſta, & quicquid intus erat, in Lapidem degeneraràt: *Patavii* in Nobilis *Marci Mantuæ* Domo, in lapidem durisſimum concretum *Cancrum* conſpexit *Laur. SCHRADER. monument. Ital. L. I. f. 34.* ipſemet *in Porticu Horto medico Piſis* adjacente oculis uſurpavi MDCL. ſimilem *marmoreum Cancrum*, denique *GESNERI* Muſeum *Cancro ſaxeo* exornatum eſſe ipſe narrat *Hiſtor. Aquatil. ſect. XIV. f. 180.* Exercitatisſimus *KIRCHERUS* in inſtructisſimo mundo ſubterraneo, ut ante dictum, exhibuit ſimiliter *f. 286.* exemplum cancrorum in duritiem lapideam converſorum.

Excurſio de Serpente petrefacto in Cervi Hanov. ventriculo.

§. XVI. Deniq; antequam caput hoc concludã, pauca *demiranda petrificatione Serpentis in ventriculo Cervi* quædam addenda reſtant. Meminit hujus *Cervi KIRCHER. Mund. Subterr. L. XII. ſ. 4. c. 5. f. 417.* tribus quatuorve verbis, absque ulteriore ortus indagatione: Audio, *inquit*, *Comitem Hanovienſem* lapidem tenere, *ſerpentis* in ſpiras convoluti formam exprimentem, intra *Cervi Stomachum* à venatoribus repertum, quod facilè ſibi perſuadebit, qui Cervum in ſerpentibus venandis naturam non ignorârit. *Hæc KIRCHERUS.* Quæ ipſe de hoc Ophilitho audiverim, nunc addenda ſunt.

M Retu-

Retulerat, Dn. *Doct. Martin. Christophorus Mezgerus Medic. Posoviens. in Hungaria, nunc Ratisbonensis, Literis ad me datis Anno MDCLXII. 25. Octob.* sese *D. Luberto ERBENIO Protomedico Exercituum Cæsareanorum* inaudisse, *Hanoviensem Comitem* invenisse in transfossi cervi ventriculo *serpentem petrefactum.* Quam historiam cum Dn. *D. Joh. Dan. Majore Rerum* Naturalium scientia flagrantissimo communicassem, *Dissertationem* hoc de Naturæ miro conatu edidit *sub titulo de Cancris & Serpentibus Petrefactis*, quam ut pluribus in locis cum applausu susceptam constat, sic & Regio Collegio Experimentali in Anglia apprimè placuisse Literis relatum est. *Dubium* hæsit, *an Serpens integer, an dentibus comminutus marmor* in sepulchro carneo *invenerit.* Postquam vero *D. Salomon REISELIUS Archiater Comitis Hanov. Buxovillæ meritissimus*, Amicus integerrimus, aliquot Literis omnes Circumstantias aperuisset, paucis Curioso Lectori eas subjungere placet. Cervus iste Ao. MDCLX. 8. Octob. ab Illustriss. Comite Hanoviense secundogenito Comite *JOHANNE Philippo* confossus, post quam in illius urbe Bobenhausen, per aliquot annos in pomœrio & fossa detentus fuerat, ubi sæpiusculè serpentes præc-

Ipsa Historia hujus Ophilithi.

prærepere visi sunt. Venationi & exenterationi cervi præsentes Comiti fuerunt Locũ tenens *Brunnerus*, & tres venatores *Georg. Atmannus Spergerus*, *Johan. Lachmundus* & tertii nomen ignoratur, qui visum hunc *Ophilithon* abalienare conatus fuerat. Delatus tandem in Museum *Friderici CASIMIRI Comitis Hanov.* ob raritatem maximo æstimatur pretio, & ne quid tam miræ metamorphosi & Gorgoneo labori deesset, *Generosiss. Comes* Judicium Francisci Josephi BURRHI Philosophi, Patritii & Equitis Mediolanensis exquisivit, de hoc lapide in stomacho cervi reperto, qui *Amsterodamo MDCLXI. 25. Octob.* sequentem transmisit Responsionem.

§. XVII. Nigricans, squameus, & flavicante chylo perfusus Lapis, natus ex crasse sub dentibus dispertito & deglutito serpentum Rege, nuper in Stomacho Cervi repertus est ab Illustrissimo & Excellentiss. *Comite de Hanau*, dum ipsum in venatione transfoderet. Hic in se tot claudit ad usum sanitatis mirificas qualitates, ut ex principiis physicis demonstrare est, quod jure merito inspecto hoc Gorgone quodlibet ingenium præ stupore saxeum in ipsarum enumeratione hærere debeat. Judicium Burrhi de hoc Lapide.

Et *primo* occurrit ipsius examinanda

compositio atque nativitas. Fama est, quod omnes cervi, ut à se arceant seculorum venenum, soleant serpentibus comestis tanquam victimis Ægyptiæ Æternitatis circularem angvem longævitati suæ propitiare. Et hactenus, si non Antiqui, saltem Neoterici super veritatem hujus Cervorum medicaminis dubitaverunt. Nunc tamen globo hoc nos omnes docente, fateri debebimus, rem certo certius in hoc præclarissimo animantium genere ad multos annos perducendo sic sese habere. *Figura* ipsius est flexuosa, quasi trochisci serpentis, in stomacho adhuc semivivi, & se contorquentes subriguissent. Chylus, quo veluti marmoreo balsamo involvuntur frusta hæc angvina, vim suam lapidificam absque dubio assumsit à tenerrimo diademate, quo antea caput serpentis redimebatur, & ab herbis, quibus infarctus est cervi ventriculus. Nam norunt Mystici, Coronam serpentum, quæ eis ob vetustatem & diu ex terrestribus vaporibus haustum cibum adnascitur, si sola contusis herbis admisceatur, & blando calore coquatur, vim habere eas in lapidem mirabilium virtutum coagulandi. Etenim speciem refert Coralliorum, quæ similem vegetabilibus metamorphosin, non tamen huic animato lapillo æquiparan-

parandam inducere possunt. Quod vero talis ex comestis herbis Chylus in stomacho præextiterit, ex eo certum est, quia Cervi, antequam ex profundissimis terræ latibulis virulentam hanc medicinam naribus suis attrahunt, muniunt prius stomachum pharmaco herbarum cardiacarum; atque illud etiam hic invenitur, si igni exponatur aliqua hujus lapidis portiuncula, exspirabit carnis serpentinæ & vegetabilium permixtorum odorem, atque relinquet scobem, quæ non minus ac cujuslibet lapidis pretiosi particula ignitionem sustinebit. Quare si miscebitur alexiteriis, & propinabitur langventibus & senescentibus viris, humidi radicalis fontes absque dubio locupletabit, unde homines æquè ac ipsi Cervi novam virium restaurationem sibi polliceri poterunt. Sunt enim omnes Substantiæ lapideæ in Regnis vegetabilium, animalium atque mineralium finales Elementorum actiones, & ideò maximas in se vires exercent, ut gemmæ, & hic *THERIACALIS LAPIS*, cujus dosi ascendi posset ad 25. grana. *Cur autem hactenus non alii lapides huic similes reperti* fuerint, asserendum, Serpentum Regulum rarissimum esse, & alias vulgaribus Serpentibus omne Cervorum genus vesci.

Quod ego animadverti tum contingere, quando tempus instat cornua mutandi & deponendi; illa enim nunquam exciderent, nisi sanguis primo fermentatus fuisset ab angvium cibo: atque tum parvi vermiculi ex venis sub Epidermide gignuntur, qui ad radicem Cornuum ascendunt, & tam diu gluten eorum exedunt, donec plane eradicentur & labantur. Ideò malunt aliqui Sapientes in medicinâ hisce, quæ sponte cadunt, & â venatoribus in sylvis inveniuntur, uti cornibus, quam aliis nondum maturis & nondum salutari horum insectorum virtute infectis. *Hucusque Burrhi judicium*, quod an ubique firmo stet talo, præsertim de Regulo Serpentum ejusque corona, liberum esto judicium, quibus vacat & lubet; *de causa* verò *mutationis Cervinorum cornuum infra* plura dicentur *in cap. XX.*

Inqviritur in causam Serpentinæ petrefactionis.

§. XVIII. *D. Johannes WOLFGANG. CRANZIUS Illustriss. Comitis Hanoviæ Archiater* de hoc *lapide Cervino* ita *in litteris* refert: Meo judicio, *inquit*, posset ista petrificatio adscribi succo lapidescenti herbæ alicujus â Cervo tum temporis comestæ: miracula naturæ videmus & miramur, causas in tantâ mentis caligine ignoramus. Et

De pondere hujus lapidis.

cum ab *eodem D. Cranzio* promissum ab *Illustrissimo Comite* lapidis istius pondus ut gerere

gerem, *in Responsoriis 25. Aug. 1664.* â *D. Reiselio* missis regerit, *lapidis pondus* non admodum grave esse, quia petrificatio saltem incepta, nondum penitus perfecta sit, colore accedere naturæ Bezoardici lapidis, hinc inde clare apparere quibusdam in locis, quomodo Serpentis frusta in unum coalescere globum tentarint. *Hac laudatus D. Cranzius.* Fatendum quidem, *plantas* â Cervo singulares comestas, *in quibus vis quædam lapidescens insita* fuerit, hanc petrificationem adjuvasse; *sed non solas* eandem effecisse, quin & *efficaciorem illius partem ab ipso animali Cervo suppeditatam fuisse,* nec in alio Cervi loco, quàm ventriculi loco quærendam, nam & in Juvenci ventriculo tophum *PLIN XI. 37.* invenit, & talem posſedit *WORMIUS L. II. Muſ. c. 8. f. 60.* aliumque ex ventriculo Hirci Gottlandici, ex ovino ventriculo: in ventriculis Equorum Hippolithi memorantur *à SCALIG. Ex. CXXIV. & de iisdem infra c. 14* nec non Pilæ in ventriculis Rupicaprarum Alpinarum. Cum itaque calore solo ventriculi coctio in ventriculo non absolvatur, sed quod pluribus probat *Joh. Bapt. HELMONTIUS* præcipuè *in tr. quod cal. eff. non dig.* & ante ipsum plusquam 20. annis *Petrus CASTELLUS epist. med. V.* & *Franc.*

Proxima causa videtur cervini ventriculi fermentum præternaturale.

Sylvius Prof. *Lugd. Batav.* fermentatione quâdam fieri, animalium autem *fermentum* per singulas species specificè distinctum, ut canes ossa, viperæ ranas resolvant, illudque sit *acidum:* exinde cum multæ eruditionis & Ingenii acuti *Georg. HIERONYMO VELSCHIO Augustano Dissert. de Ægagropil. p. XLV.* quæ ille de generatione pilarum in ventriculis Caprarum adducit *Fermenti ventriculi errata*, quo loco chyli lapides producant, applicare posse *huic Cervino lapidi* non incongruum fortè judico. *Aut* enim *copia seu acrimonia fermentum excedens* adfectum bulimo similem excitare potuit, ut eo stimulatus Cervus plantarum quantitatem majorem ingesserit, simulque serpentem, quæ copia, dum in ventriculo moratur, partim â fermento resoluta, partim nondum satis commansa integra permansit, *accedente succo lapidifico* in istum globum lapideum degeneravit. *Aut minore, quam par erat*, copia generatum *fermentum* minusve spirituosum, non satis fuit perfecte plantarum serpentisque resolutioni, quam *idem succus lapidificus superveniens* non impediit modo, sed omnino pervertit: *Aut denique*, licet nec copia nec acrimonia excedat, nec etiam diminuatur, *vim suam ab hoc ipso succo lapidifico depravatam*

pravatum fermentum amittere potuit, *sive in plantis* ipsis præmansis latentem ingesserit, *sive ex potu singularium* aquarum imbiberit, & præcipuè salsarum, qua ratione videmus liquores acidos salibꝰ adfusos non quidem omnino destrui, sed tamen refringi, coagulari, & si volatiles sint, figi. Itaque *partes plantarum* quidem tanquam succulentiores fermentum ventriculi cervi resolvit, partes etiam quasdam serpentis aggressum est, quasdam intactas reliquit, omnes autem exsuperans succus ille salinus & lapidificus in unum veluti glomum convolvit, duriore quotidie cortice penitus undiquaque, ut quibusdam in partibus fecit, vestiendum, nisi maturior venatio Cervo mortem accelerasset, serpentum marmoream undique soliditatem ex parte denegasset.

Caput IX.

VEGETABILIA Cancrorum Crustis adnata.

§. I.

MEmorandus denique *alius* adhuc *Naturæ ludentis conatus*, quod varia ex *Regno vegetabili* innascantur *Cancrorum* testis. — Vegetabilia Cancrorum testis adnata.

ftis. Testis hujus rei *FORTUNIUS LICETUS L. III. de spont. vivent. ort. c. 82.* & *de Lucern. Antiq. L. IV. c. 2. f. 263.* quotidiano experimento se novisse muscum herbam, algas, herbasque alias oriri passim *è testâ Cancrorum* & dorso Balænæ. Mirari subit tam insignes vegetabilium & animalium, imò & mineralium invicem transplantationes.

Plantarum cum mineralibus consensus.

§. II. *Joh. Chrysost. MAGNENUS in Democrit. Rediv. p. 295. Plantas metalliferas* recenset, arbores nempe juxta Aurifodinas in Monomatapa, auri ramentis insignes, non minus ac in citeriore Germania intra Danubium, in toto Mœni tractu, & Nicri

Vites auro turgidæ.

vites inveniuntur, quarum claviculæ & plerumque folia candicantia ex puro auro germinantia, *referente Alex. ab ALEXANDR. IV. Gen. Dier. c. 9. Gaudent. MERULA Cosmogr. X, 27. MIZALD. L. II. Mem. §. 1. PORTA Phytogn. L. II. c. 6.* Vidit *Joh. Joachim. BECHERUS* (*in Metallurg. Part. I. cap. 1. p. 2.*) in Hungaria vitem supra auri venam prognatam, cujus truncus non solum totus aureis velut filis obvolutus, sed & in quibusdam granis seu Acinis auri obryzi granula inventa fuerint. De aliis *vitibus Auro impregnatis*, quarum referti Acini Auri granulis, & trunco aurea fila adnata, *ex litte-*

litteris D. Martini Henrici de Franckenstein Physici Eperiensis in superiore Ungariâ, ex recensione D. Polycarpi Procopii BONANI Cameræ Reg. in Civit. Super. Hung. Medici Ordinarii, & ex relatione testimonioque oculato D. Matthæi HELDI Principis Transsylvaniæ Sigism. Ragozii Archiatri Exempla in Ampelograph. L. I. c. 5. p. 41. & seqq. adducta fuerunt. Metallicos succos in vegetabilibus & Animalibus Chemica novacula extrahi posse quosdam gloriari narrat *Laur. STRAUSS. Darmstadio-Hassiacus Auliater* celeberrimus *in Histor. Fœt. Mussipont. pag. XIII.* ♄ nempe ex Absinthio, & ☉m ex cantharid. splendentibus alis combustis, quibus adde ⊕lum ex cortic. immatur. nuc. juglandium.

§. III. Ex *occulto seminio ex Animalibus vegetabilia* emergunt, ut plantæ in muris, Visci in montibus, & hedera in Cornu Cervi, *inquit Th. BARTHOL. Cent. 2. hist. 20.* ubi attestatur, se in Museo Pisano *Corallium* propullulans *ex cranio humano* vidisse, quod me ipsum quoq; observasse memini. Æneo charactere *Corallium* istud *Cranio adnatum* ex Gazophylacio Magni Ducis Hetruriæ exhibet *KIRCH. Mund. Subt. L. IX. s. 3. c. 6.* necnon rupem à Jacobo Scaphylo Drepanitano in Sicilia Secretario sibi missam, in

Ex Animantibus vegetabilia.

quâ

quà varia *conchyliorū* genera rupi connata, *ex quibus* absque ullo vestigio implantata radicis *Corallia enata*, pariter ac *ex matre perlarum Corallia*, & testimonio mercatoris oculati testis in mari rubro *ex ossibus*, *Conchyliis*, *ferramentis*, *imo ex delphini dorso enatum Corallium*, ob spermaticum liquorem, qui è Coralliis funditur. De *hedera è Cornibus Cervi* enata *ARISTOT. L. IX. Hist. c. 5. THEOPHRASTO L. II. de Caus. Plant. c. 23.* & *PLIN. L. VIII. c. 32.* Rationem addit *KIRCHER. Mund. Subterran. L. XII. s. 1. c. 8. f. 343.* quod Cervus ex attritu hederæ decussas baccas in villoso capitis involucro receperit, in quo calore ambientis granum fermentatum in hederam effloruerit. *Sempervivum* minus cum 12. cauliculis *è cranio Apis* ortum duxisse, & *è capitis cute in Carpione muscum* sine terra prodiisse satis longum authoritate *D. Joh. SOLEGRII* confirmat *P. BORELLUS Cent. I. obs. 10.*

Vegetabilia ... homine.

§. IV. *Spicam* farris *è naso mulieris* vivæ genitam, ex *Conrad. RUBEAQUENSE*: *culmum hordeaceum* in vesica hominis geniculatum *ex PLUTARCH. L. VIII. Symp. q. 9.* nec non *spinam* in corpore germinantem recenset *LICETUS de spont. viv. ort. l. 4. Borell. l. 4. p. 16.* ex *MASSAGI* Poëtæ Galli *libr. de*

Lym-

Lymphis Pugiacis aliud adducit exemplum, quando canit:

Humano, *mirum*, viguere in corpore plantæ,
Et gemmæ *teretes*, *atque* auri *pura* metalla,
Nam vidi & servo stupas ex ore puella,
Aure, & nare, oculoque simul, simul atque pudendo
Nuper decerptas ima radice tenebant, &c.

Vegetabilia ex Auribus nata.

Idem *BORELL. l. a. inquit p. 15.* sæpissimè pisa & alia legumina in aures casu delapsa radices egisse reperta sunt, nec non *morus & cerasus in auribus nata.* Huc quadrant, quæ Duumviri de Rep. medica optimè meriti *Silesii Exc. SENNERTUS & DOERINGIUS* invicē in *epistolicis disquisit. MSS.* enodanda sibi proposuerunt. Nam cum *SENNERTUS epist. XX. â Döringio* suo quæreret, an possibile judicaret, quod nucleus cerasi in pulmonem delabi posset, atque ibi una atque altera septimana hærere, antequam ejiceretur, se nuper observasse tale exemplum, respondet *DOERINGIUS epist. XXI.* si nucleus in superiore parte Arteriæ non diu hæserit, sed vel propter arteriæ amplitudinem & lubricitatem præpropere ad arteriæ divaricationes descenderit, vel propter pulsationes in dorso factas in pulmonem detrusus fuerit,

rit, diffiteri nolle, quin in pulmone hærere possit, cum & calculi, vermes, vesiculæ, aliaque in pulmonibus genita illic latere pos sint, antequam expellantur. Sed, *pergit, rem miram nunc audi*: Cum heri *Dn. Kirsteinio* tuam quæstionem proponerem, retulit, fuisse suo tempore Jenæ *Medicum Chymicum*, qui constantissimè asserere non dubitaverit, Asthmaticum quendam, qui Jenam consilii petendi gratia venerat, non aliam ob causam ex eo affectu laborasse, quam quod *nucleus in pulmonem delapsus ibi germinaverit & in pusillam arbusculam excreverit*. Hæc ut suo nomine ad Te perscribam, ipse Kirstenius hortatus est: ego historiam suo autori defendendam relinquo. Narrat *D. KERGERUS de ferment. sect. I. c. 6. 51.* Amicum sibi Leidæ retulisse *fruticem è collo mulieris* excrevisse.

Pastoris Hispani Historia.

§. V. *Pastoris Hispani* nostro seculo *Historia* recensita ex Litteris *Joh. de GONZALO R. Hispan. Archiatri & Protomedici Exercituum Hispanicorum* ad *D. LVBERTVM ERBENIUM de Schœnleb. Reg. Maj. Poloniæ Archiatrum olim post Protomedicum Exercituum Cæsareanorum*, nunc hoc ipso anno Illustriss. Legationis Imperatoriæ Constantinopolim proficiscentis Medicum Primarium, Fautorem meum maximum, & litterarii

tariis commerciis exoptatissimum paulo ante iter Turcicum factum, *in Ampelograph. L. I. c. 7. p. 63.* & *â D. CHRISTIANO LANGE Prof. Lips. in curiosis medic. Gymnasm. V. §. 4.* Et prædictus *Nobiliss. Erbenius per D. Mezgerum* (dum apud ipsum Posonii in Hungariâ ante biennium hiemaret) nuntiari mihi curavit, ne dubitarem aut de Historiæ ipsiꝰ, aut de Litterarũ Hispani medici authenticâ fide. *Petrus GASSENDUS Philosophꝰ & Theologus Parisinus* celebratissimus *in vita Dn. de Peiresc. Senatoris Aquis-Sextiensis Lib. V.* eandem Hispani germinationem describit, & ex isto implantato pectori pruno post refectos varios surculos, aliquos prodiisse, in quibus flores & fructus visi sunt, attestatur, quales ipse *Peireskius* Vir maximi momenti, de cujus dictis dubitare non liceat, dono acceperit. *BORELL. Cent. I. obs. 10. p. 17.* idem attestatur *ANTON. DEUSINGIUS Prof. Groninganus* clarissimus *in considerat. Physic. Anat. Fœtus Mussipont. §. LIII.* ipsum Cardinalem *Barberinum* hujus historiæ curasse fidem fieri Peireskio per illius loci Archiepiscopum, & *Equitem Cassianum del Pozzo* non litteras modo attestantes, sed surculos etiam accepisse, & cum Peireskio communicasse. Quibus addo ea, quæ de hujus rei fide *Petrus SERVIUS Urbani VIII.*

Pont.

Pont. Medicus intimus cubicularius affert i
de Nat. Artisque miracul. pag. DXLIII. Asse
rere hanc historiam dubitarem, nisi Illu
strissimus Vir spectatæ fidei, prisci moris, &
magnæ eruditionis communicasset. Vo
cabatur hic Hispanus *Martinus ROCCVS*
ex oppido Orea ditionis Tarraconensis, an
num agens 22. is ex arbore lapsus pruni sil
vestris spinum offendit, qui cum altius
thoracem transiisset, intus hæsit. Excita
tum apostema, eo maturato sectoque &
magna puris vi expressa, spinus ille equiseto
jam simillimus factus, hoc est multis filis ve
luti radicibus actis defixus hæsit, nec â Chi
rurgo præ dolore extrahi potuit. Tempo
ris processu è thorace sensim processit sine
sensu, augescere cœpit, virere, ramulos fron
desque emittere, ac si fœcundo solo insitus
cujus trunco decisus ramulus MDCXXXVI
Romam ad Illustrissimum *â Didaco JÂ*
GVEZ Hispano missus est. Et testatur *LE*
ALLATIVS Roman. in *Fasciculo Epistol.* a
Litteratos dato, radicem pruni in hoc pa
store non tantum per costas, sed & per co
xam ipsam usque in femur se diffudisse, do
nec tandem radice, musculis, tendonibusq
implicata mortem homini intulerit.

Causa hujus transplantationis.

§. VI. Harum *mirarum in aliena Speci*
imo *in alieno Regno* productionum causam
D

Dn. KERGERUS Phyſ. Lignicenſis, Amicus ſvaviſſimus, in ingenioſo *Fermentat. opuſculo ſect. 1. c. 6. p. 48. ſeqq. ad vitam mediam reſurgentem* refert, quam definit ἐνέργειαν Animæ operationibus quidem ſuis, ſed non vitalibus inſtructam, ad quas tamen ei regreſſus dari poſſit, & tali vita media ſpina thoracem penetrans inſtructa reſurgens tandem vitales recuperavit operationes. Non multum abludit ſententia *Nathanaël. HiGHMORI exercitatiſſimi Anatomici Angli*, qua *Lib. II. Anat. part. 3. c. 4. f. 191.* deducit, quomodo viſcus quercinus quercui, aliaque aliis innaſcuntur: Plantæ dum ſuccos cibi loco ex aqua & terra attrahunt, ſed quandoque ſuccum quendam planè alienum & alteri ſpeciei proprium admittunt, quem licet in proprium uſum convertere nequeant, illum tamen non ſeparant, ſed partibus nonnunquam appoſitus iis adhæret, non tamen aſſimilatur; poſt cum in magna quantitate colligatur & coacervetur, particulæque illius â ſucco nativo ſegregentur, & uniantur, tandem peregrinus ille jugum & dominium formæ ſpecificæ arboris diſcutiens, & idoneam diſpoſitionem nactus, in Animæ modum elevatur, & primū corporis ſui idoneam fabricationem aggreditur, poſtea functiones pro-

 prias

prias edit, & planta nova alterius speciei enascitur. Sic viscus quercinus quercui annectitur, & ab ea alimentum suscipiendo virescit, quod seminale hujus plantæ principium cum arboris succo benigno ac proprio è terra elicitum, eo, minimis particulis divisum confunditur, & simul cum succo nativo apponitur, diuque inter arboris particulas effœtum latet & vinctum, donec cum plures ejus partes elicitæ & prioribus unitæ vires agnoscunt suas, & forma sub dominio arboris specificæ animæ subjugata suas exercet facultates, & planta statim alterius speciei efflorescit. Et quod atomi seminales hujus principii diu lateant & subjugentur, ex surculorum illorum arborum sectione deducit laudatus *Highmorus*. Nam in ramulis arborum hisce plantis virentium conspici particulas quasdam & quasi venulas virides sparsim ubique colorem visci referentes; juxta partem vero, ubi se exserit & efflorescit magna hujus succi quantitas uniti & collecti, non ut antea, cum arboris substantia confusi cernitur, unde planta exsurgat & eodem modo Cuscuta, fungi, epithymus, muscus. *Difficilior* tamen *investigatio* exacta *germinationis in Homine, si non & veneficium* & *incantamentum* interdum cooperetur magicum. Quo incli-

Inclinantem etiam reperi *KIRCHER. f.344. Mund. Subt. L. XII.* poſtquam etenim breviter *bujus Paſtoris* mentionem feciſſet, & *cauſam ſubjeciſſet*, quod videretur ſpina altius carni infixa & pelle ſuperinducta, ex vitioſi affluxu humoris, in quo tanquam in matrice proportionata vis ſpinæ ſeminalis exſuſcitata cum tempore actis altè radicibus, extra pellem propaginem hanc prodigioſam extruſerit, *tamen ſubjungit*: prodigioſos tamen hos partus non tam ex ſeminali quâdam virtute, quam *incantamento* quodam *magico* accidiſſe exiſtimandum eſt. Qua ratione per *incantamentum* videtur reſolvendus Caſus à *Laur. Strausſio Archiatro Hasſiaco de Fœtu Muſſip. p. 95.* recenſitus, Equitem abſceſſu grandi & magno laboraſſe in abdomine, qui tandem ruptus præter pus dederit juniorem felem, ut & de Bufone in Duacenſis Puellæ dorſo genito ex *Hieronymo Petruccio IDEM p. 95.*

§. VII. Sed quæ de *Balænis* & *Cancrorum Teſtis Vegetabilium* effloreſcentiis exornatis dicta fuerunt, faciliore fortè ſolventur nodo. *Refert Joh. EVSEB. NIERENBERG.* Immanium balænarum tergora interdum herbis ſic veſtiri, ut plerumque grandia hæc animalia, dum in æquoris ſuperficie temporis interſtitium permaneant, Cancris adnata forte & ob cauſam externam.

 navi-

navigantibus insulas repræsentent maximo eorum cum periculo, qui balænarum dorso adactis anchoris & velut in solum navi descendentes in monstri tergum, in eoque etiam ignem succendentes, eum dormientem â somno excitent, & fugam & motum in profundum concitent. *Nierenb. Lib. III. Hist. Nat. c. 4. Herbas* istas & frutices *non ex balænis ipsis nasci*, scitè statuit *Athanas. KIRCHERUS in Itin. Ecstat. Dial. III. c. I. p. 132.* Belluinum hoc corpus, *inquit*, ingenti viscositate ob pinguedinis abundantiam pollet, & quia certis temporibus locoque in fundo maris intra Algarum cæterarumque marinarum stirpium Strato, velut in delitioso & congruo prato, sive Veneris stimulis, sive prurigine incitatus se volvat revolvatque, & ejusmodi locus cum arena, Conchyliis, Ostreis, similique fundi maris progenie refertus sit, intra viscosam cete scabritiem pellis conglutinata, velut in viscoso limo, quo belluæ corpus imbutum, cum ingenti incremento in petrosam sobolem salsugine maris indurescit, adeòque bestia hæc sæpè arboribus, Conchyliis, testaceis referta videtur & cooperta. Eodem forte modo etiam *Cancrorum testis in fundo maris repentibus sesequé volutantibus Vegetabili*

tabilia ut Alga, muscus, aliaque è *LICETO* observata, *innasci* potuerunt.

CAPUT X.

SPECIALIS GAMMARORUM vulgo CANCRORUM consideratio, & Æquivocorum Enodatio.

UT melior & dilucidior fieret *Astacorum* seu *Gammarorum* vulgo Cancrorum specialior consideratio, hactenus brevibus reliquorum Crustatorum præmissa fuit historia, nunc oculus ad metam dirigendus, ipsaq; Astacorum Anatomia pertractanda.

§. I. *Confundi* Cancrorum & Astacorum Gammarorumque nomina ex *PLIN. L. IX.* c. 31. notatum fuit *supra c. 5.* qui *Cancri* nomen pro omni crustaceo sumit. Idem faciunt Juniorum nonnulli, *inquit*, *SCHOENVELD. de Piscib. p. XXX.* ut hoc nomen, uti generis, ad omnia crustacea extendant. Et *PLATER. L. II. Prax. p. 759. Astacum* nostri Cancrum vocant. Quare licet *Astaci* & *Gammari nostri propriè Cancri* ex Arist. sententia *non appellandi sint*, qui tantum rotun- Gammari fluviatiles nostri dicuntur Cancri.

da Cruſtata *Cancri* nomine indigitat, ita tamen poſtulante vocabulorum uſu tanquam rigido Tyranno, *confuſa Cancrorum & Gammarorum* ſæpius impoſterum venient nomina.

Cancri vocabulum æquivocū. Uſurpatur ab Aſtronomis.

§. II. *CANCRI* vocabulum alias quoque maximè *æquivocum eſt*. Hoc enim nomine utuntur 1. *ASTRONOMI*, qui *Cancri* nomen uno è ſignis Zodiaci impoſuerunt, an ob *Cancrum* â Junone inter ſidera collocatum, dum ab Hercule, cui Juno infenſa erat, cum contra hydram Lernæam confligeret, & in palude pedem haberet, cancerque eum mordicus arriperet, interfectus eſſet: *an* potius ex converſione regreſſuque hujus animalis peculiari, ut demonſtraretur ſolis curſus, qui cum eò progreſſus fuerit, retrorſum auferri ac quaſi aufugere videtur. De eo *SCALIG. Ex. 196. §. 9.* in cælo mendaces Græci *Cancrum* poſuere. De eo *AVSON. in Eclog. carm. de menſib. v. 7.*

Solſtitio ardentis Cancri *fert Julius aſtrum.*

Aut ut Q. *Ciceronis* verſus ibidem ſonat:

Longaque jam minuit præclarus lumina Cancer.

CLAUDIANO Epigr. de Nilo v. 9. Cancri calentis ſidus vocatur Æthiopum, qui teſte *MANILIO L. V.*

coli

--- --- *colit India* Cancrum,

Ardent Æthiopes Cancro. --- ---

LUCANO L. IX. Pharſal. v. 539. vocatur *Carcinus* ardens. Quin & *GALEOTUS MARTIUS de doctr. promiſc. C. XXX. p. m.* 285. *Cancri* & Scorpionis ſignum *Nepam* dici, quia tam *gammarus*, quàm ſcorpius caudatus & chelas habeat, probatque ex loco Plauti â Non. Marcello allegato: retroverſo cedam imitabor Nepam. *VIRGIL. I. Georg. v.* 33. *Chelas* ſynecd. pro aſtro *Cancri* poſuit. Græcis vocatur hoc ſignum ὀκτάπους vel ὀπισθοβάμων. *Deſcribitur* hoc ſignum â MARTIN. SCHOCKIO Prof. Groningano *in Phyſic. cœleſti diſput. VII.* §. 18. *Cancrum medium, inquit*, dividit Circulus æſtivus ad Leonis exortus ſpectantem paulum ſupra caput hydræ collocatum, occidentem, & exorientem poſteriore corporis parte. Habet in ipſa teſta ſtellas duas quæ Aſini vocantur, in pedibus dextris ſingulas obſcuras, in ſiniſtro pede primo duas, in ſecundo duas obſcuras, in tertio unam, in quarto *primo* unam obſcuram, in ore unam, in dextra chela 3. in ſiniſtra 2. atque ita ſtellarum 18. Ptolemæo conſtat ſtellis 13. Kepplero 17 Bayero 35. In Cancri pectore eſt conſpicua ſtella nebuloſa, præſepe. GALEOT. MARTIUS *l. a. c.* XXXV. *pag.* 327.

refert signum *Cancri* esse maris & aquarum possessorem & rectorem, *in genitura* producere hominem sui similem, in parte superiore corpulentum, sed circa femora cruraque cum tibiis gracilem, parvorum oculorum ac hebetium, deformis vultus, longorum brachiorum, corporaturæ imbecillis, formidolosum, omnia suspicantem: dominari Cancrum ossibus pectoris, dorso, lieni, pulmonibus, costis, quæ inversa Cancri figuram monstrent.

Cancri vocabulum usurpatur à Poëtis.

§. III. 2. POETÆ. *Cancrinos* versûs, *καρκίνους*. *Cancrorum* instar recurrentes, nominant retrogrados, quorum operosiores *κατὰ τὰ γράμματα παλίνδρομοι*, de quibus *Jul.* CÆS. SCALIG. L. III. *Poët. c.30. Joh.* LAUTERBACHI *Ænigmatograph. p. 175 usque 179.* ex Græcis exempla *in Antholog. L. VI. c. 13.* GOCLEN *in Lexic. Philos.* plura quoque collegit *Joh. HEIDELFELD. in Sphing. philosoph. in Analect. Ænigm. p. m. 1361.*

à Botanicis.

§. IV. 3. *BOTANICI* Καρκινοῦσθαι vocabulum plantis adhibent, quando earum radices *Cancri* instar divaricatis, & in latera dispersis fibris vel capillamentis terram apprehendunt, quo vocabulo utitur *THEOPHRAST. Eresius L. I. de Caus. Plant. c. 13. & L. III. c. 26.* quod interpres barbarè vertit

Can-

Cancrificari. *PLIN*. melius *L. XVIII. c.7.* radicari fibris vocat, censente *BODÆO à Stapel Comm. in Theophr. l.1, c.9. f. 26.*

§. V. 4. *ANATOMICI* teste *GORRÆO in definit. medic.* Κάϱκινον olim apud *Pollucem* vocarunt Ος Ζυγώδες & Ἄστακον concavum auris, intra quod sordes cumulantur. Ab Anatomicis.

§. VI. 5. *CHIRURGI* Κάϱκινον ex *GALEN. l. d. Fasciis* vinculi genus explicant, quod capiti convenit, fascia scilicet in plures partes scissa *Cancrorum* pedum speciem referens. à Chirurgis

§. VII. 6. *PATHOLOGI* Medici *cancri* nomine morbum appellant tumorem illum magnum, inæqualem, durum, prætumidis oris aspectu tetrum. *GORRÆUS l.a. f. 209.* Impositum autem huic *morbo Cancri animalis* nomen, non quod secundum sententiam imperitarum mulierecularum quarundam, *Cancri Animalia* ex ulceribus istis prorepant, sed à Pathologis. Cur Morbo ulceroso Cancri nomen.

I. *Propter figuram*, quod tumor hic quasi corpus *Cancri*, Venæ autem tumidæ crassæq; pedes ejusdẽ exprimant. *Paul. ÆGINETA L. IV. R. Med. c. 26.* *Cancrum* tamen *marinum* potius, utpote qui rotundus est, quam *Astacum*. *BERTIN. L. XIII. Univ. Med. c. 2.* & potissimum illi *Cancro marino* similem, quem *Gallum* marinum vocant I.

PLATER, T. 2. *Prax. p.* 759. ſicut enim ille ſic & hic tumor rotundus, inæqualis, tuberculis quibusdam extuberans, venis in ambitu turgidus, & durus, velut dura cruſta, uti *Cancer* obductus.

2. 2. *Propter duritiem* itaque, quod durus tumor ſit & aſper morbus hic, *Cancer* dicitur, ut illud animal cruſta obtectum. *AETIUS tetr. IV. ſ. 4. c. 43. Cancri* ſi quid forcipibus ſuis ceperunt, haut facilè dimittunt: ſic tumor iſte & prominet, & tactui renititur, & ægre tractabilis eſt, atque ubi ſemel radices egit, difficulter avellitur. *Ex Archigene & Leonida GORRÆUS defin. f. 209.*

3. 3. *Propter colorem*, ut vult *PARACELS. L. VI. Chirurg.* quod inſtar *Cancri* cocti rubeat.

4. 4. Quod *retrocedat ut Cancer. VILLANOVAN. L. I. Breviar. c. 48.*

Galli etiam *Bubones Venereos cancri* nomine inſignire ſolent, ſecundum proverbium *le Chancre* & le poulain, ſont les ſaveurs que le putaines donnent à leurs ſerviteurs. Et ut *Nicol. de MOVLINET en L' Hiſtorie Comiq. de Francion L. II. p.* 131. ait: ils gaignent un *Chancre*, qu' il' ſont contraints de porter auſſi bien que la ſphere du Ciel porte le ſien.

Aſtaci Æquivoca. §. VIII. *Aſtaci* vocabulum itidem ambiguu

guum est. Ἄςακος enim appellatus fuit Neptuni Filius, â quo Sinus Astacenus: Sic *Astacus* Urbs Bithyniæ, post Nicomedia, de qua *TREBELL. POLLIO in Gallieno Hist. Aug. T. 2. f. 250. & AMMIAN. MARCELL. L. XXII. ib f. 400.* quin & aliæ urbes hoc nomine insignitæ, quas recenset *JOSEPHUS SCALIGER in Euseb. §. 1308.*

§. IX. *In specie* verò *Astacus è Crustatis* illam speciem denotat, quæ inter Locustas seu Carabum, & Squillas seu καρίδες media est, & communiter *Cammarus & Gammarus* vocetur, licet HIPPOLYT. SALVIAN. *Indic. Pisc. f. VI* inter *Astacum & Gammarum* distingvere velit: *Astacum* scilicet marinum & magnum faciendo, Gammarum vero & fluviatilem & parvum. Loquendi tamen usus obtinuit, ut *indiscretim Gammari fluviatiles & Astaci & Cancri* vocentur. Quid propriè sit Astacus.

Dicuntur *Rondeletio* Ἄςακοι quasi ἄςακτοι, non destillantes, sed abundè fluentes, quod tubercula plurima tum alba, tum purpurea guttarum sive lachrymarum specie forcipibus inspersa habeant. Atticè ὄςρακος παρὰ τὸ ὄςρακον, quia inter ὀςρακόδερμα insignis. *MARTIN. in Lexic. Philosoph.*

CAPUT

CAPUT XI.

GAMMARI ſeu CANCRI fluviatilis deſcriptio, ejusq; Partium delineatio.

§. I.

Synonyma Gammari.

ASTacus ſeu *Gammarus fluviatilis*, improprie quoq; *Cancer*, SCHWENCFELD. *in Theriotroph. Sileſ.* p. CCCCXVI. ad differentiam alterius, *Cancer caudatus*, ein Flußkrebs / è genere eſt μαλακοςράκων Aſtaco marino colore & forma quam ſimillimus, magnitudine ſaltem differens.

Definitio Cancri ſeu Gammari

§. II. Definitur â SPERLING. *Phyſic. Zoolog. L. V. c. 17. p. 431.* quod ſit *Gammarus* ſeu *Cancer* animal exangue, parum natans, libenter progrediens, terræ cavernas inhabitans. Eſt ergo Amphibium, aquatile ſcilicet & terreſtre Animal.


Corpus Gammari.

§. III. *Corpus Cancro* huic *fluviat.* Simile locuſtæ marinæ, â quâ paucis diſcernitur, longiuſculum, cruſta tenuiore intectum.

Et Cortex.

Quod aliis Piſcibus eſt cutis & corium, aliis exangvibus Teſta, hoc *Aſtacis* reliquisque cruſtatis *Cruſta, Cortex ſeu putamen cruſtaceum*, quo toti velut Cataphracti integuntur.

Gammarus vulgo Cancer fluv. Tab. VIII



a. *Cauda ſ. Collum.*
b. *ejus quinq. tabellæ.*
c. *quinq. pinnæ cum extremitatib. hirſutis.*
d. *Locus ubi ſub cruſta COR invenitur.*
e. *Cortex ſ. cruſta.*
ff. *Pedes octoni articulati.*
gg. *Chelæ ſ. forcipes denticulati.*
h. *Caput.*
i. *frons.*
k. *Oculi.*
l. *Cornua.*
m. *appendices hirſutæ.*

Synonyn
Gamma

Definiti
Cancri se
Gammar

Corpus
Gammar

Et Corte

guntur. Eandem crustam quotannis abjiciunt nova subnascente, uti cap. pluribus enarrabitur. Eadem crusta fusci plerumque in Gammaris est coloris, diversa & varia in aliis Crustatis, post coctionem rubescit; aget de hoc Cap. XVII. In parte inferna *crustæ majoris* sub capite internè, remotis interioribus signum repræsentari duplicatæ aquilæ observavit D. DAVID SPILENBERG. *Medic. Leutschoviensis in Hungariâ*, Litterisque observationem communicavit. Aliis *Ossibus* carent *Gammari*, quia sic juncturis indigerent, atque ob id extensione, quæ sub crusta fieri non posset: materia etiam sicca, quæ integumento absumitur, obest Ossium generationi. *CARDAN. L. XXXVII. de variet.* Observatio. Carent ossibus.

§. IV. *CAPITE & COLLO* carere dicitur à Galeno. Sed licet *Cancrorum propriè dictorum* generi indiscretum sit, unde *GALEN. L. VIII. de Us. Part.* illis sensuum sedem in thorace habitare statuat; *Gammaro* tamen seu *Astaco* caput exertum discretumque, quamvis exiguum, ubi enim oculi sunt, ibi & caput, licet â reliquis partibus haut satis distinctum. Gammari caput.

§. V. *CORNUA* ante oculos duo habet *Gammarus*, initio articulata, longa, tenuia, quæ sensim adeò gracilescunt, ut tandem in Cornua. I.

tenuis-

tenuissimum Cirrhum desinant, & in omni partem instar pili flecti possint. *Cornua* hæc vocantur etiam *Cirrbi*, πλόκαμοι, τρίχες, κέρατα. *protuberantiæ* â capite ad modum corniculorum prominentes, quibus item prætentant, suntque *Gammaris* cum squillis
2. & Leone cummunes. E media fronte existit aliud cornu parvum latiusculum utrinque
3. serratum. His subsunt Cornua, velut Cirrhi, quatuor alia, forma quidem similia, sed multo tenuiora & brevissima, quibus, ut opinatur *SCHWENCFELD. de Piscib. Siles. p. 417.* pisciculos allicit & venatur.

Frons. *FRONS* acuta & aspera, veluti aculeus eminet.

Oculi. §. VI. *Oculi* supra cornua parvi, *Cornei* semper prominentes, exerti & ex obliquo mobiles. *Duriores* facti Oculi, ne facilè ab aquæ salsedine, quæ arrodit, læderentur, palpebrarumque defectum Corneæ duritie compensavit Natura, quæ undique Oculum ambit. *Palpebris carent*, cum nisi celeri cutis officio præstari non possit: à *lateribus collocati oculi*, quia, si supra caput, non viderent, ante verò non poterant, quia caput habent immobile, neque ante simul os & oculi potuerunt esse, quoniam oportuisset latam esse faciem, quæ in motu tardiores reddidisset.

Observatio de visione Astacorum. Hic notare libet, quæ *KIRCHER. Dialog.*

Dialog. III. Itin. Ecstat. c. 1. p. 147. de visione Allacorum philosophatur. Ostreorum, *inquit*, exangvium, *crustaceorumque genus oculis* more aliorum Animalium *haut instructum* est, sed *luce* quadam *concreata*, tum ad præluecendum aliis, tum ad nativi caloris robur conservandum. Lucem namque nativam una cum calore Natura illis concreavit, cujus veluti benigno fomento conserventur, & in fundo aquarum reliquis piscibus præluceant, non aliter ac Cicindulæ sive vermiculi alati, aut quercus putridæ noctu radiant. *Helmontiani lucem concreatā* agnoscunt: nam formas ipsas Animaliū substantiales vocant Lumina dependentia subordinata ad terminū destinatæ duratiōis analogica Similitudine Candelæ luci assimilata, quarū alia de natura Solis, ut bovis, quod calidum continuo sui fomento â frigore præservat, in piscibus vero lunare lumen â calore præservet: hinc animalia terrestria Aeris suctu continuo indigere, aquatiles vero cogi continuo aquas trahere ad sui luminis refocillationem seu sustentationem, & hujus luminis ratione Animalia noctivaga videre, nec emittere extra oculos lumen. *Osw. GREMBS Arbor. Hom. L. I. c. 7. s. 8. §. 4. 5. Lucem concreatam* non solum animalibus, sed mistorum reliquorum etiam

De Luce Animaliū & Crustatorum concreata.

Exempla Lucis concreatæ.

etiam in universa Sphæra sublunari & metallorum, & lapidum demonstrare posse quidam sigillatim exemplo Litheosphori seu Phosphori Lapidis Bononiensis sibi persvasum habent, de quo lapide lucem diffundente ejusque calcinandi legitimo modo *Pater Bononiensis MAZOTTA in Philosophia triplici* Bononiæ recens edita, & ante eum *FORTUN. LICETUS singulari libello* nec non *Athan. KIRCHER. de Magnet. L. III. p. 3. c. 4. quæst. 2. p. 581. Ex animalibus* si *SOLINO C. XXXII.* fides adhibenda Hercinius saltus *aves* gignit, quarum pennæ per obscurum emicent & interluceant, quamvis obtenta nox denset tenebras. *Cicindelæ ARISTOT. L. V. Hist. Anim. c.* 19. πυγολαμπίδες, vertente *Cæs. SCALIG. igniclunes & luciclunes* dictæ, quod noctu ex clunibus lucem fundant. Lumen illis est ab lucenti humore alvi, & prout humor ille vel sursum attrahitur, vel deorsum defertur, ita vel lucent, vel non lucent. Et hoc est minutum quidem lumen guttularum instar ignis pellucentium, illis tamen sufficit non ad videndum modo, sed etiam ad iter noctu dirigendum, censente *VOSSIO de Idol. L. IV. c. 71. p. 1547.* Putat autem *KIRCHER. L. XII. Mund. Subt. f. 2. c. 5. f. 366. Cincindelis* inesse hoc *Lumen*, quod ex *Ligno putridi*

putrido natæ ſint, quod itidem peculiare hoc habet, ut noctu non ſecus ac flamma luceat: illud *connatum lumen* aqua ſupra-affuſa non extingui ob tenuem & obtuſum in viſcoſo humore calorem, quem humidum non facile ſuperet, hoc patet, *inquit*, in nonnullis *piſcibus*, uti in *Balanis* ſive *Dactylis*, in *CANCRIS putrefactis*, quorum humor lucidus in tenebris ſat *intenſum lumen* ipſis innatum emittit. De Scorpii marini Luce in tenebris fulgente & ab Exc. Olao WORMIO obſervata videatur Epiſt. 83. Cent. I. Bartholin. *Harengi* quando adventant, ſeſe produnt oculis & vicinis ſquamis noctu adeo relucentibus, ut totum mare fulgore illo quaſi igne coruſcare, & motu ac reflexu agminis quaſi fulgura excitari videantur, quod accolæ vocant **den Heringblick** / qui relucentium oculorum ſplendor in defunctis aliquot dies durare obſervatur, teſte *NEUCRANZIO de Hareng C. III. p. 20.* De *dactylis* è concharum genere, ab humano cum unguium ſimilitudine ſic appellatis *PLIN. L. IX. c. 61.* eis naturam in tenebris, remoto lumine, alio fulgore clarere, & quanto magis humorem habeant, lucere in ore mandentium, lucere in manibus, atque etiam ſolo ac veſte decidentibus guttis. De *Teſtaceorum marino-*

rum fulgure nocturno oculatum testem sistit *Curiosi collegii fulgidissimus Hesperus Dn. D. Joh. Dan. MAJOR Litt. 6. Dec. 1664 ad mes scriptis Hamburgo:* sigillatim se observasse aliquoties in *Ostreis* Murani prope Venetias, si vivæ adhuc, succidæ, & bonæ, præsertim crescentis lunæ tempore, reponantur in tenebras, emicare in ipsarum testâ alterutra circa crassiorem sui partem quandoq; guttulam perlæ minoris magnitudine Luce vividiusculâ, sed valdè clarâ, radiantem, qualis color lucis est in ventre Cincindelarum festi Johannæi tempore. Hanc guttulam, *pergit*, noctu radiantem per occultum testæ meatum aliquandiu retrahebant ostreæ manu humana contrectatæ, quam vero post concessam sibi quietem aliquam iterum foras proferebant. Et fusius exponere sibi proposuit *lucem* hanc *concreatam* in *singulari libello de Leviathane edendo* ad locum Jobi c. 4. sæpius *cum laude nominatus D. MAJOR*, & in eandem inquiret quoque *Dn. PAULUS AMMANNUS Prof. Lips. Collega curiosus in Dryologia Curiosa* ex occasione quercuum putridarum lucentium. Fusissimè hæc prius pertractavit. *Exc. BARTHOLINUS*, qui ex occasione *lucentis agninæ carnis* Monspelii MDCXLI. mense April. (de qua Idem quoque *Cent. I. epist. 9. 11, 12, 13.*

12.13.14.15. & *BORELL. Cent. I. obs. 3.*) de *luce animalium* ingeniosum edidit Scriptum, pariter ut *Hieron. FABRIC. ab AQUAPENDENTE in tr. de oculo visus organo c. IV.* testatur Ao. MDXCII. cum pluribus civibus Patavinis se vidisse in loco obscuro agni mactati partes argenteo nitore splendentes, adeo ut si quis carnes digitis contrectaret, digitis statim splendor adhæresceret. Ex *Bartholiniano* ditissimo Exemplorum promptuario unicum subjungam, quod de *innatâ Gammarorum Luce* refert *Lib. II. de Luc. Animal. c. 15. p. 226.* In *Crustaceis, inquit,* res certa est. Idem Romæ vidit *Leo Allatius,* Vir Eruditus, ut ejus ad Licetum testatur Epistola, quam de Pomaro studioso conscripserat. Noctu enim quàdam in angulo Musei, luces advertit, quas curiosus captans frigiditate quadam ac mollitudine in ipso tactu digiti commotus, idem abjicit, & advocato lumine omnibus in angulo examinatis, *frusta & reliquias Gammarorum fluviatilium* majores minoresque animadvertit, illis in Tabella collocatis lumen extraxit, & se cum iis inter latebras obserat, idque optimè cessit. Nam statim eædem illæ *Gammarorum reliquiæ* lumine emicabant majore, minoreve, ad normam suæ molis, & quale nobis sulphur accensum, Gammarorum Lux innata.

aut aqua redderet ardens, fractis tamen obtusisque radiis, lucidum nec ita vividum enitebant, quod adventu intensioris luminis perdebant. Illud quoque expertus erat summoto candelæ lumine, eo *Gammarorum* lumine solo minutissimos quosque characteres legi posse, quos ipsemet sæpissimè nullâ offensione percurrit, sicut ad lumen Lunæ, applicato tamen eo cuilibet Syllabæ, cum illud non ita effuderit se, ut unico aspectu totam paginam illuminaret. *Hactenus BARTHOLINUS.* De hâc *Gammarorum Luce* memorat quoque *FORTUNIUS LICETUS in de Lapid. Bonon. c. xxxiii. p. 123.*

Experimentum hoc cum *Gammaris* nostris fluviatilibus Septentrionalibus his in oris nondum observatum fuit, facilius forte in Gammaris marinis, cum & ante citata Harengorum & Testaceorum exempla eo inclinent, & ipsam aquam marinam illustri nocte sæpius lucentem & pari luce veluti stellarum res quasvis immersas distinguentem observaverit & annotârit *IDEM BARTHOL. Cent. I. ep. 12. p. 42.* ubi *à Fortunio Liceto* inquirit, unde in aquis ista lux, & an salsedine? & fusius de hac Luce Maris aliquoties à se observata, & in ejus causas inquirit *NICOL. PAPINIUS Medicus Blæsensis*

sing-

singulari *tractatu de la Lumiere de la mer, ou la mer lumineuse* à p. 115. usque 155. *Redeundum nunc ad Astacos nostros.*

§. VII. *Os Gammaris* Natura *parvum* dedit, ne, si magna copia cibi ore esset complectenda, crusta facilè frangeretur, aut strangularetur animal, quando non esset quo dilataretur crusta coarctatum. — Os Gammarorum.

Oris lateribus, ex parte inferiore, juxta pedes ori proximos *Appendices binæ* frequenter hirsutæ, veluti parvi pedes ad tutelam adnascuntur, & velut branchiæ os circumdant. Retinent iisdem quod chelis ori admoverunt. *Nares* non habent *Gammari*, nec ullum manifestum olfactus organum, odorandi tamen sensu præditi sunt escas appetendo. *Auribus carent* cum iis, ut aliis plurimis è piscium genere, perfectiore auditione non opus sit. — Appendices Oris. — Carent naribus. — Auribus.

§. VIII. *Manibus* carent Gammari, ut omnes pisces. Horum loco iis sunt *chelæ*, quæ Plinio *Brachia*, Gazæ *Flagella*, Apulejo *Furcæ*, aliis *forcipati pedes*, *Forcipes denticulati*, die Krebsscheren/ hic cibos apprehendunt, ac ori admovent, iis se defendunt, vel alios impetunt, perinde ut homo manibus. — Chelę Forcipes.

Mira contra *Naturæ errantis* à *falsa imaginatione* instigata *monstrositas*, quæ homini loco *digitorum chelas Cancrinas* largita fuit — Homini loco manus Chelę natę,

 apud

apud *SCHENCK. lib. V. observat.* pariter ut alteri loco digitorum Uvarum acinos apud *Nicol. TULPIUM L. IV. obs. 54.* alteri nasum instar sempervivi, nec non glandulæ in digiti tumore apertæ formam Rosæ Centifoliæ, apud *BORELL. Cent. IV. obs. 100.* Sic macula mori in fœminæ collo, quæ quando mora creverunt, crevit etiam, intumuit & aucta fuit: *DIGBÆUS Theat. sympath. p. CXI.* & in alia macula fragum repræsentans tempore fragorum inflammationem incurrit, *ib. p. CXIII.* Refert *ALBERTUS* Medicus Carpentorati *MDCXXXVII. ad Dn. Francisc. Mariam Suaresium Episcopum Vasionensem*, se novisse puellam Massiliensem 16. annorum, in prima frontis maculam gestantem, *Morum* scilicet ex imaginatione matris gravidæ quod veris initio, dum ejus speciei arbores germinarunt, intumuit, virescens primum post rubescens, & nigrescens maturo fructu. Sic Medicum *Aprensem. Dn. Lelong. cerasum* eodem modo progredientem prope auricularem digitum deferre *Petr. SERVIUS in de Nat. Artisque miracul.* recensa p. *DLIII.* Pari ratione ex *Imaginatione matris*, quæ forte *Cancri* forcipe perterrefacta, Embryoni *digitorum loco chelæ* succreverunt.

Miræ Imaginationis vires.

§. IX.

§. IX. Habent *Pedes* in ventre enatos *Gammari denos* cum *Chelis* modo dictis, qui in obliquum flexi, utrinque quini, quorum anteriores bini grandiores, & crassiores donantur chelis istis magnis, seu forcipibus grandioribus quasi denticulatis, æqualibus, quatuor ad grandes dispositi utrinque bini, bisulci seu bifurces & hirsuti seu chelis glabris, rostris avium similibus instructi, quarum superior pars movetur inferiore imobili, reliqui quatuor posteriores simplices & indivisi ex toto pertendunt. *Flectuntur* omnes in obliquum, *chelæ* vero introrsum. Ex *Chelis* alterutram grandiorem esse fortuitum putat *Aristot. L. IV. Hist. c. 2, & L. IV. Part. c. 8.* parem tamen exacte vix unquam videri experientia constat. Ut *Chelis* ori Cibos admovent; sic *pedes* habent ad ingressum necessarios, quia in terra quoque victum quæritant. *JODOC WILLICH. de Arte magic. C. LXI. p. 183.* *Cirrhos* seu *Acceptabula* vocat, quibus se sublevent, quando in terra progrediantur. *Chelis* vero etiam stirpes apprehendant, & appensi hæreant, ne ex vehementi inundatione aquarum pereant. *Chelæ deperditæ Gammaris renascuntur*, de quibus cap. XXI. *Pedes gammarorum* foris ossei, intus tamen carnosi.

Pedes Gammarorum.

Chelę non sunt æquales.

Usus Chelarum.

Pedibus utuntur *Cancri ad incedendum*, quàm

Usus Pedũ & Caudæ.

quàm Collo ſive cauda ad natandum. *Cauda* namque τϱάχηλον, *collum*, lævis ſine aculeis ex quinque tabellis contexta, in quinque pinnas, extremitatibus hirſutis, natandi cauſa deſinit, quibus in natando quaſi remo utitur, eſtque in hoc robur totius corporis, in cujus ſupinâ ſeu interiore parte Appendices quædam hirtiusculæ, ex utroque latere quatuor, pinnis ſimiliter hirtiusculis, in quas fœminæ foras pariunt, ovaque deponunt, quibus etiam duplices ſunt ad contegenda & conſervanda ova, ut mari ſimplices & parvæ. Inter caudam ſupernam & pedes noviſſimos, veluti calcaria majuſcula prominent acuta, quæ fœmina parva habet & læviora.

De ingreſſu & natatu Gammarorum.

§. X. *Natatu* duntaxat *valere*, quæ cruſta obducuntur, *Aſtacos*, *Cancros*, *Maas*, ἱππεῖς ſive *equites* ac *ſquillas*, quod longiores iis pedes ſint, quam ut ingredi valeant, ideo natatui idoneos iis & pro remis inſervіant: ſtatuit *Joh. Ger. Voſſ. de Progreſſu Idolol. L. IV. c. 18. p. 1349.* quod & *ARISTOT. L. IV. H. An. c. 9.* pronunciat: *cruſta intecta* caudis ſuis *natant*, celerrimeque retrorſum pinnarum caudæ junctarum beneficio; quæ autem cauda carent, ut *Cancri*, natare non poſſunt. *Cancros* etiam ἁπλῶς ſic dictos non natare, ſed ſolum gradi, *Id. l. a. c. 19. p. 1351.*

352. affirmat: progredi namque ſciunt, & celeriter quidem, ob multitudinem pedum & crurum brevitatem: natare neſciunt iſti cancri propriè dicti ob defectum pinnarum, tum vitio caudæ corpori ſic applicitæ, ut nequeat extendi. Quæ *de Cancrorum motu proprio experimento* obſervavit ſæpe laudatus *D. Joh. Dan. MAJOR*, ea, ut pro ſueta inter nos familiaritate lubentisſime communicavit, ſubjungam *Liter.1.Dec.1664. Hamb. ad me perſcriptis.* Vidi prope Venetias, *inquit*, mira cum animi voluptate in illa æſtuarii parte, ubi Medoacus major Strabonis, hodie Brenta fl. Patavio procedens in Lacum Venetum ſe inſinuat, *Cancros marinos rotundos* minores, Germ. Taſchen-Krebs / non ſemel, præſertim matutino tempore ludicre admodum in aquis divagati, & differre quoad tria hæc ab indole *Cancrorum ſeu Gammarorum fluviat*: 1. & 2. quod motus ipſorum non tardus erat, & retrogradꝰ ſed celer, & ad latus, & 3. quod non ſimpliciter ſerpebant aut progrediebantur, ſed, ut ita dixerim, ſemiſerpebant & ſeminatabant. Turbatus enim aquæ Littoralis limus, immo jam ſolutus in aqua limus vix amplius videbatur tanti roboris, in quo animalculorum illorum veſtigia figerentur; ſed potentia natandi celeritatem eo- Obſervatio de Cancrorum motu.

 rum.

rundem animalculorum juvit, non secus atque per potentiam volandi Aves aquaticæ longo sæpe ductu superficiem aquarum veluti perambulant, antequam iisdem plane insideant, Anseres præsertim & Anates. Sic & gallinæ ex habitaculis quibusdam altioribus, per declivia interdum deturbatæ descendunt in terram celeriter non eundo aut currendo solùm, aliàs in istâ fuga raperentur in præcipitia, neque volando solùm, alioqui frustra præsidium in alterno, quem tum exercent, vestigiorum positu quærerent, cùm volatus ipsis deficeret, sed currendo deorsum volant, & volando currunt. *Motum* itaque *duplicem* deprehendi compositum ex *progressivo*, *& incitativo*, qui posterior Incitativus in Aquatilium & Amphibiorum genere. Natatio in Aereorum, Volatus dicitur *Hactenus verba Dn. Majoris. Gammari* nostri *fluviatiles* repunt in terra, progrediuntur, & ex aquis pabulatum proficiscuntur in terram: natant quoque Caudæ ejusque pinnarum beneficio in Aquis.

De gressu Cancrorum retrogrado.

§. XI. Sed quid *de progressu ipsorum, retrogradum* quem plurimi statuunt, statuendum, ut in proverbium abierit:

In morem octipedis *procedunt omnia* piscis.

Allu-

Alludit eo Poëta Gallus **ingeniosissimus** SANT. *AMANDUS*, quando Galliæ perversum statum præteritis annis *signo Cancri* subjectum fuisse statuit, Canens:

Les Astrologues font des Loix
Qui meritent bien qu' on les berne
Mettans un Signe à chaque mois
Comme un Enseigne à la Taverne:
Mais s' il m' est permis de penser
Au regne qui vient de passer
Sans crainte que l' on me punisse
Nos malcheurs, *qui furent si longs*
Furent tousjours dans l' Escreviſſe
Car tout alloit à reculons.

Ex hoc *Cancri retrogrado gressu* quidam *Cancrinum seculum* nostra incusant tempora. Ut alia prætermittantur, vel in hoc quoque, quod *Medicina*, olim artium omnium nobilissima *HIPPOCR. L.d.lege*, immo sacra, quod Authores medicinæ Dii, cùm Majores vix crederent, humanis potuisse ingeniis inveniri. *QUINTIL. Declamat. CCLXVIII.* & quæ per plurimos annos à Sacra Æsculapidum stirpe, & familia Regia Heraclidarum administrata, nunc sentiat in Consortium irrepsisse olidos myropolas, circumpurpuratos Agyrtas, fraudulentos Dentifrangibulos, scataphagos Empiricos, pediculosos Ungventarios, Umbraticos

Cancrinum seculum.

Medicinæ Abusus.

ticos Medicastros, sortilegas Anus, infames magos, crumenimulgas Præstigiatores furnarios Ciniflones, prodigiosos Uromantes, extesticulatores Lithotomos, granditrepos Sacrificulos, ut consortium hoc describit *FREITAG. Prof. Groning. præfat. tract. de Opio*, quibus addi possent fatales lotiophysicæ, & turgidæ Lygdes apud *JUVENAL. Sat. II. v. 141.* quæ turgidæ dictæ censente *Isac. GRANGÆO Comm. in d. l.* quod medicata pyxide conarentur turgentes & gravidas reddere matronas. *Cancrino* ergo *seculo*

Multos laurigeros, paucos existere Phœbos,
Dum quisque è trivio satagit Podalirius esse,
Et scurra in dubiis præstare Machaona rebus,
Non infelicem faciat Proserpina messem.

Hunc autem perversi seculi morem curare velle, & atoniam hanc ad temperiem revocare, idem est, ac si quis *Cancri* gressum vellet corrigere. Hæ querelæ retrogradi Cancri exemplo proferuntur. In genere quoque Mundi statum *Nobiliss. Vir Laurentius TRUCHSESIUS Canonic. Würzburgensis* eleganti pictura delineare curavit *Mundi globum Cancri dorso incumbentem*, cum adjuncto Epiphonemate:

Mira

Miraris, Dorso Cancri *consistere mundum?*
Desine, sic hodiè vertitur Orbis iter.

Quod Emblema, ut memorat *Camer. Embl. 14. Cent. IV.* sic idem Zvvollæ in Geldria in Templo quodam depictum vidisse me memini.

Idem CAMERAR. cum in Explicat. Embl. LV. narrasset, Gammaros nostros caudatos prorsum progredi collecta leniter & sublata parum citoque impulsu rursum correcta cauda, retrorsum vero progredi contracta ea celeriter & retrorsum collecta, Fortunæ & occasioni captandæ applicat, canens:

Ne tibi confidas nimium, ne cœpta ferantur
Mox tua, retrogradus Cancer *ut ire solet.*

Negat tamen *SPERLINGIUS in Physic. Zoolog. p. 433. Gammarum seu Cancrum esse retrogradum;* Duces itineris ipsius oculi sunt, *inquit,* cum horum positu si concordet progressus, motus in anteriora fit, non in posteriora. Cancrorum oculi non in rectum, sed in obliquum dispositi sunt: hos sequitur cancer, & ratione sui corporis recta progreditur; non enim cum *Scaligero* dicendum arbitratur, oculos propter progressionem in latus iis flecti; sed quod contrario fiat modo; propter oculos enim progressionem fieri in latus, quorum dispositio non sit arbi-

arbitraria, sed Naturalis ac Necessaria. Sed misso motu Locomotivo *Gammarorum* reliquæ partes explicandæ restant.

Partes InternæGammarorum. Dentes.

§.XII. *Ex Partibus internis Gammari* notentur *DENTES* bini magni, plani, in intimo pectoris orificio ad latera positi, *PLIN. L. XI. c. 37.* quia cibus indiget attritione & præparatione juxta os. Aliàs maxillis destituuntur pisces, quibus pro ore foramen est ac fistula, & quæ crusta & testa teguntur, hos tantum *molares* possident *dentes*.

Lingua.

Sequitur in ore *Caruncula LINGVÆ* speciem referens, qualem carunculam natura concessit iis piscibus, qui lingva carent, Locustis, Cancris, sepiis, polypis, lolliginibus &c.

Gula.

GULA brevis post se offert, quam præter *ARISTOT. L. IV. Hist. c. 3.* Experientia probat & demonstrat.

Stomachus.

Annexus *Ventriculus seu STOMACHUS* membraneus, in capite prope Verticem, ut ait *HELMONT. de Lithiaf. C. VII. X. 3*[?] qui observavit ante testarum exuvium stomacho illorum exterius obduci membranulam novam, inter quam & stomachum veterem liquor lacteus. Ad eum inveniri Lapillos, oculos Cancri vulgo dictos, pluribus Experimentis invenit *HELMONT.* l. a. *vide infra c. 14. §. 18.* & *Joh. WEPFERUS,*

RUS, *Medic. Schafhusanus*, Amicus exopta-
tissimus.

In hoc *Ventriculo*, seu potius ostio, tres infixi sunt *denticuli*, *duo* adversi, reliquus infra maxillæ cuidam inserti miro artificio. — Ia stomacho dentes.

Contiguum *INTESTINUM* in ventriculi latere simplex pari semper Crassitudine in Caudam terminatur, qua excrementa excernit & ova edit. *Podex* ergo *Astacorum* in extrema cauda situs est sub pinna. Et jucundo spectaculo *experimento contiguitas Intestini cum stomacho* demonstrari poterit, quod aliquoties observare licuit: Si Cannula subtilis ex stramine blande admoveatur extremitati Intestini, & fortiter insufflëtur aër, quicquid ciborum Ventriculo continet *Gammarus*, cogitur inspirati aëris impulsu evomere. — Intestinum — Observatio

Ventriculum ambit undique materia quædam Spongiosa, *MUTIS* dicta, quam multi falso ejus stercus esse putant, *BELLONIUS L. II. de Aquatil. c. 3.* Hepar esse autumat. Huic *ALDROVAND. L. II. de Exs. c. 1.* contrariatur, Hepar dici non posse, quod illud tantum sangvine præditis datum sit; *Gammari* verò sint exsangves. *Andr. LIBAVIUS* Philosophus acutissimus *Singular. L. II. tr. de Agno Scythia. p. m. 310. seq. Sect. VII.* — Mutis seu mesenteriū.

§. XIII.

An Cancris Epar.

§. XIII. *Epar Crustatis assignat*, *inquiens* perquam velim *Cancris Epar* permitti: tal enim quid circa ventrem videmus, & juxta initium caudæ, quasi albentium venarum sunt flexus gyrique, quos ne putes excrementorum intestina esse, aliud recta per caudam ex ventriculo tendens sine appendicibus facit. Si nolis Epar dicere, simile quid *mesaraeo* aut *Pancreati* donabis, unde illæ venæ, velut mesaraicæ succum in reliquum corpus dispertiant alimentarium. Si non sic habent omnia, ut nos organa, ignoscendum naturæ est. Venæ hæ albicantes cùm inveniuntur, tempore præcipue hiberno, in emaciatis Gammaris succo alimentario inanitæ, Germanis vocantur Nestel à figura ligularum, & tunc improbantur Gammari ad usum culinarem.

Cancri habent cor.

XIV. *Quæritur* porrò, *Cancri* seu *Gammari an cor habeant?* Responderent quidam, si *cor* iis esset, conspicui essent ventriculi, essent arteriæ, vesica, vena, sangvis, nervi? Sed cum habeant Carnem, & succi alimentarii vasa quaqua versum ducta & caro illis congeries venarum minuta, necesse est iisdem *Cor* esse, ut quod talium est principium, *inquit Libav. l. 4. sect. VII. p.* 309. quin & habent vitæ Spiritum, necesse est ergo, ut habeant hujus principium analo-

analogiſmum. *Idem p. 310. ad objectionem, ſi cor haberent*, etiam vim pulſantem palpitantemque haberent, reſpondet: habent cor, *inquam*, unde enim illi motus continui? Somnus & vigilia ratione Cordis fiebant Philoſopho: Si verè vigilant dormiuntque non analogicè, quidni *cor* ſint adepta *Cruſtata? A corde* illi & mors & vita, quæ & *exanguibus* univocè. *Cor* in medio eſt pectore. Id medium pectusque non abeſt. Dato domicilio cur non detur incola. Hanc *reſponſionem* Luſum quidem & problematicam exercitationem vocat ipſe *LIBAV. l. a.* ſed αὐτοψία veritatem demonſtrat, *COR cruſtatis* ineſſe, licet organa non tam exacta à Natura diſpoſita, ut in homine: *GUIL. HARVEIUS* (quem *Petr. GASSENDUS Exercitat. in Fluddian. Philoſ. Parte III. c. 17. p. m. 133.* recte ſagacem Anatomicum vocat) *in Exercitat. Anatom. de cordis motu c. III. p. m. 55.* diligenti per creberrimas ſectiones inſpectione obſervavit, in omnibus pene Animalibus cor verè ineſſe, & non ſolum, ut *ARISTOT.* dicit, in majoribus & ſangvineis; ſed in minoribus, *Exanguibus, cruſtatis* & teſtaceis quibusdam, ut Limacibus, Cochleis, Conchis, *Aſtacis, Gammaris, Squillis*, immo in muſcis, ope perſpicilli, in ſummitate illius particulæ quæ cauda dicitur, & vidit

 pul-

pulsans *Cor HARVEIUS*, & aliis videndum exhibuit. Idem *p. 56. in Exangvibus* cor len-tè admodum rarisque ictibus pulsat & tar-dè se contrahit. Si quæras *quomodo cor cru-statis* à Natura fabrefactum sit? *Respondebit HARVEI. l. a. p. 57.* Quibusdam Anima-libus, ulteriorem quasi perfectionem non adipiscentibus, *pulsans* quædam *vesicula* in-star puncti cujusdam rubri vel albi duntaxat inest, quasi Principium vitæ, uti vespis, Co-

Observatio chleis, *Squillis*, *Gammaris*. Est hic apud nos *pergit Idem p. 58. minima Squilla* (quæ An-glicè dicitur *à Schrimp*, Belgice *een Garnaet*) in mari & Tamesi capi solita, cujus corpus omnino pellucidum est; eam aquæ imposi-tam sæpius præbui spectandam amicissimis quibusdam meis, ut *Cordis* illius Animalcu-li motus liquidissime perspiceremus, dum exterioris illius corporis partes visui nihil officerent, quo minus *Cordis* palpitationem quasi per fenestram intueremur. Moverunt hæc *Harvejana experimenta*, ut ipsemet in hunc Cordis motum in Crustatis curiosius

Alia. inquirere gestirem. Fausto sidere *Amplisf. & Consultisf. Dn. Michaël BEHM de Behmen-feld Senator Reip. Dantiscan. Spectatissimus* ut omnis abstrusioris Eruditionis; Sic & ex-perimentalis Physicæ Lumen, dum Vratisla-viam *Currentis anni MDCLXV.* mense Fe-bruar

bruar. transiret, in tenebris cœcutienti affulsit. Sumto namque *vivo Cancro fl.* detracta lenissime superiore & media crusta, qua Collo nectitur parte, en subito se prodit vesicula alba valide satis pulsans, quæ & pulsare continuavit injecto in Aquam Cancro nostro, per longiusculum spatium. Monstravit dein mihi vitæ principium cancri in hac vesicula ceu corde hærere, postquam etenim sat valido adhuc huic Cancro stilo acuto vesicula hæc transfoderetur, subito langvescere, & variis involuntariis motibus reflexis pedibus exspirare cœpit. *Verum itaque est, cor habere Cancros*, aut minimum *Cordi proportionale*, propter vim sentiendi & vitæ causam, quod posterius *ARISTOT.* quoque *agnovit L. IV. de part. c. 5.* Quin & *Cor Gammaris* prope caudam locatum ex motu ejus systole & diastole ac figura animadvertisse in plurimis dissectionibus attestatur *Litt. ad me datis Joh. WEPFERUS Medic. Helvetus.*

§. XV. Si *Cor* habent *Gammari*, annon & *Sanguinem*, quia vivunt, in sanguine verò vita Animalium? *LIBAVIUS L. II. Sing. s. 6. p. 305.* Necesse est *crustata* & similia sanguinem obtinere, licet colore non respondeat Sanguini animalium. Scimus *Cancros, Gammaros, Squillas* & similia ova habere, &

Quid Cancris loco Sangvinis?

& scimus, & *ARISTOT.* 4. *Hist.* 2. & 3. de *Gener.* 8. affirmat, neque ea infœcunda: vidimus namque Cancellos quasi ex ovis semimutatos & eis adhærentes. Sed negat *Philosophus L. III. de Gener. An.* 1. ullum exangve ovum generare, quod omne à sanguine, quod est corporum materia, secernatur, Quid quod *Squillis* (quæ sunt è genere crustatorum) *Idem L. IV. Hist.* 2. tribuat *Carnem colore sangvinis* rubram & tectulentam, mirumne, eum in aliis, ubi celerius coquitur, albescere. Homogenea Squilla est Cancris. Si in his tardius mutaretur, etiam ruber appareret. Ita *paradoxam* hanc inquisitionem exercitii saltim gratia defendit *LIBAVIUS*. Rectius statuendum, *Crustata* hæc *non sanguine nutriri* sed ichore quodam Sanguini analogo. Confirmat hoc *ADRIAN. SPIGELIUS*, *Hum. Corp. fabris L. V. c.* 11. Crustata, *inquit*, ichore nutriuntur, qui per carnes eorum partim Canalium ope fertur, partim per inconspicuos meatus transmeat, non secus atque panni particula extrema madefacta aqua per reliquam partem penetrat.

An Cancris Pulmones?

§. XVI. Si *Cor Cancris* esset, *pulmones* tanquam necessarium naturæ flabellum una comparerent? Nusquam sibi deest Natura, & hic, *Crustatis* prospexit. Licet etenim

pulm

pulmonibus *careant*, ἀνάλογον tamen hic quiddam tum Aëri, aqua ſcilicet; tum pulmonibus, *Branchiæ* à benigna Natura conceſſæ: Conſtant hæ branchiæ, ſeu potius pinnæ, ut deſcribit *SCHWENGFELD. Theriotroph. p. CCCLXXXIV.* ex fibris tenuibus ſeu filis, & membranis in Squillis, ab utraque parte Corporis, quibus continuò Aquam attrahunt, & rurſus amittunt. Aqua enim piſcibus inſervit tum ad refrigerandum, tum ad alendum, & qui carne, herbis, & aliis ſolidioribus (*ut cruſtata*) veſcuntur, refrigerantur magis aqua, quam nutriuntur; itaque quam branchiis aquam hauriunt, citò exit, ne copioſe nimis receptus ſic ventriculum repleat, Cenſente. *J. Ger. VOSS. Idolol. L. IV. c. 6. p. 1298. ALDROVAND. de Exſang. L. II. c. 1. f. 35.* putat eos Humorem pro ſui refrigeratione ore accipere quibusdam terminis depellendo, & emittere meatu ſuperiore obductis meatibus, qui interfluxit: duplicem illum meatum ſub oculis eſſe, hinc quoties aquam acceperint, utroque tegumento obturare, atque ita reſpuere humorem.

Renibus & veſica carent Cancri, cùm ſint exangvia, adeòque ut cum Avibus conveniant, quod ova pariant; ſic & in iſto, quod cum Carent Renibus.

cum Avibus Renibus & vesica destitutæ sint. *Arist. L. II. Hist. c. 16.*

Partes Cancrorum genitales.

§. XVII. Post *partes Cancrorum vitales & naturales etiam generationi dicatæ* addendæ sunt. Præter dictum Intestini meatum alius *meatus* est, qui à pectore pendens in anum terminatur, in Fœminis vulva est, in maribus seminis receptaculum. Hic juxta Carnis cavum continetur, ita ut media caro inter Intestinum & meatum sita sit, meatu Carnis Cavum Intestino connexum contingenti. *Hoc meatu* mas à fœmina differt; nam in utroque à pectore pendet, tenuis est, candidus, humorem quendam pallidum intra se continens. *Quomodo vero ad generationem* concurrant mares & fœminæ ex Crustatis, è seq. patebit.

CAPUT XII.

DE GENERATIONE GAMMARORUM.

§. I.

Crustaceorum ortus.

Athanas. KIRCHERUS *Itin. Ecstat. Dial. II. c. 5. p. 120. CRUSTATA* & Testacea *marina* oriri statuit, si Cœlestis seminii portio mari inhærens in excrementitias quisquilias lapidosæ materiæ inciderit, quæ dein

deinde eodem, ex quo coaluerunt, alimento vivant, hinc semper fundo hæreant, id suctu in se & attractu quodam derivantes, ex quo constant. Sed *Locustas*, *Cancros*, & *reliqua Crustata marina more Gammarorum fluviatilium* generari *Aristot.* pluribus in locis approbat. *Omnia* namque *Animalia generantur vel per τὸ ζωοτοκεῖν sive per τὸ ὠοτοκεῖν, sive per τὸ σκωληκοτοκεῖν Tertia generationis per σκωληκοτοκίαν* Exempla *infra recensebuntur. Priores duo modi* exhibent *Animalia vel vivipara*, ubi fœtus in eodem loco & oriuntur, & perficiuntur: vel *ovipara*, qua, quæ intra Parentem prima ducunt principia, & exordium & ovum fiunt, post extra perficiuntur. *Ex his alia ovum* cousque intra se servant, donec maturum & perfectum fuerit, ut genus pennatorum & quadrupedum oviparorum & serpentum: *alia* semen adhuc imperfectum & immaturum excludunt, incrementum & perfectionem foris acquisiturum, & *hoc fit tum*, quia uterus angustior est, quam ut tantam ovorum, si majora essent, copiam capere posset, *tum* quia frigidiora & humidiora sunt, quam ut tot ovorum partem extimam & ambientem duriorem solidioremque possent reddere. *His postremis Guil. HARVEIUS Exercit II. de Gen. Anim. p. 40. Crustacea*

Triplex Animalium generatio.

Oviparorũ differentiæ.

Gammari Ovipari.

stacea annumerat & *Astacos*, quorum *ova* primum exposita, sunt velut origines duntaxat, inceptiones & vitelli, qui postea albumina sibi ipsis circumcirca induunt, tandemque alimentum sibi attrahentes, concoquentes, apponentes in perfectum semen atque ovum pervadunt. *IDEM. HARVEI. Exercit. III. p. 46.* oviparorum ova foris perficiuntur, ut piscium; vel concoquuntur, ut Cochlearum, *Crustatorum* & Aranearum; Cochleæ namque sua ova reponunt in spuma, *Crustata*, ut *Squillæ* & *Astaci*, pinnis adhærentia circumferunt, araneæ tanquam in sportula ex tela sua constructa secum gestant & fovent.

Quid è Gammaris mas, confesar.

§. II. Conferunt ergo ad *generationem Cancrorum tum mares, tum fœminæ. SPERLING. Zoolog. Phys. Posth. L. V. c. 1. §. 3.* ex *D. Franzio* refert, quosdam fuisse, qui arbitrentur, omnes pisces esse fœminas, & concipere sine maribus, siquidem aliqui statim habeant ova cum nascuntur. Sed experientia ostendit, ipsos coire admotis invicem partibus supinis, & plerumque citissimè absolvere coitum. Sic & *Astaci*, iste eodem ib. c. XVIII. §. 3. sexum habent & discernuntur, quod *mares* duas inter ventrem & Caudam spinas habent, quibus fœminæ carent; fœmellis verò hirsutior & amplior

Discrimen maris à fœmina.

amplior cauda data est. Mares eorum valde libidinosi sunt, ut unus in una caverna vel tres habeat fœmellas, pro quibus vehementer pugnet, & alter alteri ob id forcipes frangat.

Quomodo coëant ?

§. III. *Cancros, Locustas*, & *Squillas* ore coire, licet *Aristot.* neget, refert *ENCELIUS de metall. L. III. c. 52. & 54* sed recte Censuram subjicit, quando addit, hoc non admodum affirmo, quia non coëuntes vidi. *Verior sententia*, quod genituræ loco Astaci cum reliquis piscibus *θορὸν* habeant, hoc est *genitale quoddam virus sui generis*, quod poris seu meatibus quibusdam continetur, in aliis animantibus γονή dicitur. *Tempore coitus* pleni redduntur hujus humoris fœtifici, verno potissimum tempore, tunc juxta terram coeunt *Astaci* aversi more quadrupedum retromingentium, *ARISTOT. L. V. Hist. c. 7.* scilicet ut caudam fœmina supinam exponat, mas suam superponat & applicet. *IDEM. L. I. de Gen An. c. 14. Crusta* namque contecta, *inquit VOSSIUS de Idol. L. IV. c. 2. p. 1283.* ob Caudam aliter nequeunt coire quàm πυγηδὸν in aversum, more eorum quadrupedum, quæ ὀπισθουρητικὰ retrò Lotium reddentia, dicuntur. Post hunc *congressum* in fœminis intrinsecus nascuntur *ova*, quæ gerunt tribus Mensibus,

Expositio Ovorum.

bus, Majo, Junio & Julio. *Ovorum congeriem* parit membrana involutam prætenui, ventri, laterique ac inteſtino annexam ad carnem usque adhærentem. Dum in Ventre *Aſtacorum* hæret intus, granulatim compactum rubrumque, ut in ventre harengorum infumatorum, *ab HARVEIO Exerc. III. p. 46. Ovarium dicitur. Quæritur* nunc, *quo modo* hæc *ova adhuc imperfecta intus latentia excludantur*, ut ſub cauda hæreant inibi, perficienda? Latior cauda fœminis eſt, idque præcipuum ſignum ſexus. Laxatis membranis fœmina parit, quæ ſtatim proprio humore ſub cauda colligit, fibrisque connectit in appendicibus illis ſupinæ partis caudæ, ibi ova foris tempore augeſcunt, perficiunturque (inſtar fermenti, quod ex parvo magnum fit ſolidiore parte humeſcente, humida ſpiritu diſtenta) inſita fœcunditate; non opus enim ut ovis incubent aut nidificent, ſed ovum aqua accepta tanquam matricula fingitur. Quidam etiam putant, cum fœmina ova ſic depoſuerit, marem illa ſemine ſuo conſpergere, unde quæcunque attigerit, vitam poſt aſſumant, reliqua irrita contabeſcant.

Modus excludendi.

§. IV. *Naſcuntur* poſt *Aſtaci* animalcula adhuc ovis annexis, & experientia *LIBAVII L. II. ſingul. p. 306.* qui *Cancellos* vidit ex ovis

Gammarorum parvulorum nativitas.

ovis semimutatos & adhærentes: hinc interdum conspiciendi adhuc caudæ annexi Cortices, postquam se exuerunt *Gammari*. Hoc insuper *mirum Naturæ artificium*; Ne tempore gestationis *Gammari* ova eundo atterant, vel excutiant, Cauda quinque pinnis pro meliore custodia instructa est. Et hæc est *Cancrorum fluv. communis generatio*. *Alia ratio monstrosorum cancrorum* in Insula Moro, de quibus ex *Boteri Cosmograph. p.* 310. *OLORIN. in mirabil. Arbor. c. XXXVII. p.* 60. quorum pedes instar Cicadarum, & habitent in Arboribus, & *in Cavitates Arborum ova deponant*.

Monstrosa nativitas Cancrorum

§. V. *Alia ratio* quoque *reliquorum piscium*. In hoc quidem *conveniunt* quod congressum ad sobolem procreandam per attritiones affrictionesque ad se invicem factas instituant: Mas enim, inquit *KIRCHERUS Dialog. II. Itin. Ecstat. p.* 138. fricando fœminam, in partibus à natura distinctis, ut ejusdem matrici vaporosum quendam Spiritum immittat, qui dein in ovorum condensetur fœturam. *In hoc* tamen *differt*, quod fœtura hæc, ubi ad maturitatem pervenit, ut ante dictum, à Cancris ad appendices caudarum deponatur, in reliquis piscibus plerisque in aquæ superficiem effundatur, ubi Calore Solis aquæque naturâ in pisces

Differt Gammarorum generatio à reliquis piscibus.

pisces juxta speciem, à qua profluxit, animetur.

Dolendum Harvejanas Lucubrationes de Crustatorum generatione fuisse deperditas.

§. VI. *Promiserat* diligentissimus nostri seculi Naturæ Scrutator, raræque Eruditionis vir *Gu. HARVEIUS de Gener. Anim. Exerc. LXII. p. 414.* se singulari tractatu latius explicaturum, *quomodo Astaci & Gammari ex ovis suis proveniant, & in ista generatione à Gallinaceis differant*; optandum fuisset, ut civilium bellorum Angliam ante paucos annos infestantium furor orbi Literario non intulisset Cladem invidendo Posteritati tanti viri Lucubrationes. Nam *Eodem referente Exerc. LXVIII. p. 442.* in tumultibus bellicis, cum Regis partes esset secutus, Senatus jussu, non solum milites ex ædibus supellectilem omnem expilarunt, sed & adversaria multorum annorum laboribus parta, *in quibus observationes plurimæ de Insectorum & Crustatorum generatione*, cum maximo Reip. Literariæ detrimento perierunt. Dolendum sane, Barbariem militarem in Ingenii monumenta adeò vires exserere suas, quas Calamitates aliorum Virorum fœtus animi senserunt. De *AUGUSTO VALDO Patavino* Cive & Prof. Romano narrat *Joh. Pierius VALERIANUS Bellunens.* in *de Literator. infelicitate L. I. p. m. 38.* qui in Expilatione urbis Romæ ab Hispanis

Calamitates Reipub. Litterariæ in Bellis.

Hispanis & Germanis ipſe in vinculis habitus, diripi vidit pretioſisſimam Librorum ſupellectilem, & labores ſuos, quos in Plinium elucubrarat, coram dilacerari, & in uſum Culinæ incendi; qualem miſeriam in eadem Romæ devaſtatione præter alios expertus *Andreas MARO*, qui Poëmatum ſuorum direptorum mœrore confectus obiit. *Pierius l. a. L. II. p. 110.* *FABIUS CALVUS Ravennas*, cujus Lucubrationes in Hippocratem eo tempore diſtractæ, *ib. Lib. II. p. 133.* non aliter ac in Civilibus Gallorum ob Religionem tumultibus *Petri MONRAUREI Senatorii Viri* Bibliotheca instructisſima cum majori manuſcriptorum copia ipſius ſtudio emendatis, barbara immanitate direpta eſt, narrante *CORNEL. TOLLIO Appendice ad Pier. Valerian. p. m. LIII.* Quas Clades horum virorum ſcripta experta ſunt, & *Harveii* à militibus, eandem ſævitiam interdum *Barbaries* palam irrepens, ſub larva virilis frugalitatis, papyros & erudita ſcripta tineis, blattis, ſordibus, ſitui objicit, non aliter ac membranas ſcriptas cribris, cytharis, & operculis trullarum vinariarum deſtinat, marmora cum inſcriptionibus vel in fornaces Calcarias, vel in fundamenta murorum conjecit, metalla cum effigiebus in pelves, cacabos & mor-

Calamitates Litterariæ à Barbarie.

mortariola conflavit, ut nimirum memoria omnis insignium rerum radicitus periret. *Laurent. PIGNORIUS Epist. XXXVIII. p.148. Alii* habent *Bibliothecas* locupletes ineditis bonorum Authorum fœtibus, quæ vera *Bibliotaphia*, eo consilio ut in Compedibus habeant immortalia Ingeniorum monumenta, donec illa ignis fortuitus redigat in favillas, vel vis major hostilitatis aliò avertat. Talibus, si qui ex illorum numero *memorata Harvejana de Crustatorum Generatione* scripta sepulta teneant, precamur cum *PIGNOR. Epist.33. p.123.* in simili casu meliorem mentem, & editionem publicam.

Interim dum *Harvejano* thesauro privati vivamus, ante dicta sufficiant *de Cancrorum generatione ordinaria.*

CAPUT XIII.

De Generatione Gammarorum seu Cancrorum extraordinaria.

§. I.

Gammarorum extraordinaria Generatio.

RECensita præcedentibus *Generatio* secundum svetas Naturæ leges, nunc addenda extraordinaria quædam, artis beneficio,

tio; quæ Naturâ æmulari tentat, inventa. *Curiosi* quidã Naturæ Mystæ & Hermetis filii aliã *generationis* viam *per Palingenesin* seu *Resuscitationẽ* monstrare gloriantur, ut in vegetabilibus, sic etiam in Animalibus. Ansam forte dederunt huic artificio *Figuræ plantarum* in *glacie*, vel alio liquore *ex Salibus* expressæ. Brassicæ decoctæ aquam congelatam Brassicam repræsentare, Spiritibus vegetabilibus à frigore concentratis, author est *Tb. BARTHOLIN. de Nivis usu cap. VIII. p. 57.* Glaciem plantarum figuras ostendere, si earum sale imprægnata aqua fuerit, præcipuè Sale calidarum herbarum. *P. BORELLUS Cent. III. obs. 11. p. 205.* confirmat. In Clystere congelato folia multarum plantarum observavit *IDEM. Cent. IV. obs. 62. p. 327. Dn. de Linge* Chimicus Italus in rore congelato, fracta glacie, arborem intus invenit cum foliis, fructibus, ramis, radicibusque ad nucis figuram. *BORELL. Cent. III. obs. 71.* & in fossis Urbis Vivariensis (quibus opinatur nitri sale aquam imprægnatam fuisse) figuras instar hortorum floribus decoratorum in glacie. *IDEM. Cent. II. obs. 21.* Urticam glaciatâ in aquâ repræsentatam ex *Quercetan. KERGER. de Fermentat. Sect. I. c. 4. p. 28.* delineat, ex lixivio

Per Resuscitationem.

Miræ Plantarum Figuræ in glacie ob Salia.

vio incineratæ urticæ. Idem in quacunque alia planta uſu evenire credit *Athan. KIRCHERUS in Arte Luc. & Umbr. L. II. p. 1. c.* 12. *Experim. p. m.* 156. & *BORELL. p.* 327. *obſ.* melius videre opinatur in corpore altæ glaciei, ut inde Vas profundum lixivio plenum congelationi exhibeatur, poſt deinde glacies eximenda & per transverſum contemplanda.

Miræ Plantarum Figuræ in Depillationibus.

§. II. Nec ſolùm *in glacie* tales *larvas*, ſed & *in deſtillationibus Plantarum. Doct. Johan. Daniel. HORSTIUS Archiater Darmſtadio-Hasſiacus* meritisſimus *in Epiſtol. med. p.* 59. affirmat, ſi è ſummitatibus Abſinthii Sole Leonem ingreſſo Aqua eliciatur, eaque rectificetur, mellea verò reſidua pars poſtmodum modeſto igne cinerum propellatur, *Sal volatile ſub Idea abſinthii* ad vas recipiens evocari. *IDEM EPISTOL. IV. p.* 32. adducit: ſi rubicundam eſſentiam Abſinthii per Cineres deſtilles in alembico, videbis *Ideam Abſinthii*. Narrat *Henr. Mæibom. Epiſt. ad SPIZELIUM* à Chymico ſibi relatum Terebinthinam Lariceam, ignis ope volatiliſando, dum ſeſe elevat, Laricis, cujus reſina eſt, figuram exhibuiſſe. In conditura fructus Ribium Saccharo confecta, figuras tanquam è ſaccharo ſponte conflatas, folia ejus arboris referentes

rentes *BORELL. in Appendic. obs. p. 279.* & *Dn. Hardi Senator Paris.* Nucis figuram rudem sponte formatam in oleo nucum coagulato in patellæ fundo *BORELL. Cent. III. obs. 71. p. 253. & C. IV. obs. 62. p. 326.*

Miræ Animalium Figuræ in Destillationibus.

CANCRORUM Figuræ.

§. III. *Ex Animalibus* in lixivio *Cancrorum* eorundem figuram notavit *BORELL. l. 4. p. 326.* Et refert *Joh. SCHROEDER. in Præf. L. V. Ph.* cum Parisiis vixisset, à medico Parisiensi *Doctore CERTAIN.* viro vel ætatis ratione fide digno, pro verissimo narratum fuisse sibi, in maceratione *Cineris Cancrorum* insperato apparuisse *figuras Cancrorum*, tam perfectorum, quam imperfectorum in Liquore natantium. In destillatione *cornu Cervi* vasi recipienti vidit adhærere passim Sal volatile asspectu jucundissimum, referens innumera cornua albicantia. *Joh. Dan. HORSTIUS Epist. IV. p. 32.* & *ipsemet* in destillatione Spiritus *è corde Cervi* corda cum truncis resectorum vasorum observavi & notavi *in Ampelogr. sect. IX. c. 5. p. 637.* pariter ut *Ranarum imagines* in Aq. Spermatis Ranarum destillatione exhibitas recenset *D. Joh. SCHROEDER. Physic. Reip. Francof.* celeberrimus *in præf. Pharmacop. L. V. de Zoolog. Salia* hæc vel *Lixivia congelata* non esse idem quod referunt, statuit *Joh. Dan. MAIOR Collega Curiosus*

Quid sint hæ Figuræ?

 riosus

viosus sæpe cum laude memorandus, in *de Cancris & Serpent. petrefact.* §. XXXIX. mera potius *Corporum Idola*, & mira ludentis Naturæ pægnia, cum & in sola glacie fenestris adhærescente stupendæ interdum resultent montium, Urbium, Insularum, Nemorum, Segetum &c. Larvæ; sic se in congelato Absinthii lixivio efflorescentiæ Abrotano similes vidisse, quæ tamen levi manus opera continuò mutari potuerint, brancam Ursinam, vel alia germina mentientia.

Resuscitatio Plantarum in Phialis.

§. IV. *Elegantior & operosior modus resuscitandi plantas in phialis hermeticè sigillatis* supposito benigno calore beneficio Salis plantarum, aut, ut alii volunt, è tribus plantæ principiis. *Artis opera ex plantæ cineribus* plantā ipsam revocari, & ex favillis in caulē & folia redire *vidit Author Relig. medic. Thomas BROUNE part. I. sect. 47. p. 272.* Primum hujus artificii mentionem fecit Chymiæ Restaurator celeberrimus *QUERCETAN. in defens. contra Anorigm. c. XXIII.* de *medico Cracoviensi*, qui pulverem habuit ex plantæ cujusvis partibus, ultra 30. Vitris contentum, admota lucerna plantam omnibus partibus absolutam succrescentem exhibentem. *Dn. de Linga* vidit Parisiis *Peregrinum* in vasibus sigillatis Rosæ, Tulipæ &c. Aqua semiplenâ *resuscitationē* quin-

quinque assium pretio, admoto igne ostendisse *BOREL. c. III. obs. 71. p. 253.* pariter ut ... terem. *CORNARIUS Archiater Brandenb.* Culmbachi 1608. cum mense aquam quandam destillasset & asservasset, mense Novembri in vitri ejus fundo plantula succrevit, quam depinxit *LIBAV. Syntagm. Arcan. l. I. c. 22.* Testem oculatum Stephan. *BRESSIÆUM Medic. Chymicum Gratianopolitanum* adducit *BORELL. Cent. II. obs. 21. p. 123.* qui è plantæ principiis separatis plantam vidit, à qua educta fuerat, in liquore quodam realiter productam intra parvum tempus sine terrâ, *GAFFARELL. in Curiosit. inoupes. c. V. §. 9. p. 101.* postquam Regenerationis secretum M. de Claue Chymicum nominatissimum quotidie monstrare notasset, subjungit de hoc mysterio:

Secret dont on comprend, que, quoy que le Corps meure,
Les formes sont pourtant aux cendres leur demeure.

Quæ *Ezechiel à Castro de Igne Lambente* Resuscitationis experimenta instituta recenset, cum Socio *de Formentieres* (cujus ea de re nihil adhuc se vidisse *Henr. Meibomius* attestatur) acta, is non Castri socius fuit, sed Quercetani, aut, ut Galli eum appellarunt, *Mr. du CHESNE* Sieur de la Violette

 socius

socius, dictus Mr. de Luynes de Fermentie-res Consiliarius Parlamenti Parisini, no-tante *Gaffarello l. a. p. 101. Curiosissimus* CASP. SCHOTTUS *in mechanic. Hydrau-lico. Pneumat. part. II. Claff. 1. c. 6. machin.* *4. p. 304. 305. sub titulo Phœnicis Hydro-bota-nicæ* narrat *multiscium* KIRCHERUM in *museo suo* tubum vitreum habuisse herme-ticum Clausum, in aqua inclusam herbam è suis suscitatam cineribus cyclica atque per-petua generatione nasci atque denasci. *Dn. D. Major. differt. de Cancris petrefactis §. XXXVIII.* ex relatione Amici cujusdam opinatur *Caltham, sive Capillum Veneris seu Umbilicum Veneris* fuisse, uti oculata fide ipsi observare licuit. *KIRCHER. Mundi Subt.* L. XII. *s. 4. c. 5. f. 413.* ubi Palingene-siam Plantarum possibilem pronuntiasset, quod in cinere sal, in sale tanquam centro lateat cujuscunque rei vegetabilis virtus se-minalis, narrat quidem, se invenisse mo-dum, plantam in phiala oblongi colli her-meticè clausa ex suis cineribus excitandi, sed Plantam non nominat, qualis fuerit, quam per decennium advenis spectandam se exhibuisse fatetur, donec, postquam eam vidisset Christina Regina, mense Febr. ve-hementiore frigore rupto vitro spectaculi finis factus fuerit, quam magni laboris per-

tælus

tæsus non amplius elaborarit. *Plantam* instar Juniperi in phiala productam. *BORELL. III. obs. 71.* quam *Dn. BARLET* dono dederit *Dn. de la Nouë medico Monspeliensi Idem BOR. Cent. IV. obs. 62. p. 328.* conspexit, & festivissimo spectaculo in Holsatia apud Ducem *FRIDERICUM* in ejus laboratorio, ex Tartaro productas uvas variæque magnitudinis botros non peregrino aliquo fermento, sed illo ipso quod erat ex Tartaro, quod deinceps multoties cum jucundissimo successu alibi tentatum. *Job. TACKIUS Med. D. & Prof. eloq. Gleosæ in de Consangu. Auri, Sacch. & vini p. XLIII.* *Dn. JOH. JACOB. WENCESLAUS DOBERZENSKY* DOBERZENSKY *de Negroponte Prof. Pragæ* attestatur *in Amæniore Philos. de Font. part. III. prop. 1.* se observasse flosculorum diversorum veram, & non imaginariam intra vitreas phialas productionem ex liquidâ quadam & quasi uliginosa materia intra phialas hermeticè clausas contenta, quæ adhibito Calore ilico erecta, in formam Plantarum foliis & floribus onustarum. *OSWALD. GREMBS Arbor. Homin. L. III. c. 3. §. 105.* ex sale philosophico cum Aq. roris majalis parato, eandem suscitationem produci asseverat, si paretur sal cujuscunque Plantæ fixum & volatile,

ſpiritus & phlegma ſolv. coagulentur, ſi
perfuſa aqua majali in vaſe idoneo optimè
clauſo, herbam in aqua illa mediante calore
cinerum explicatisſimè repræſentari. *Jo.*
Baptiſta SPUNTONUS Mantuanus inter
remedia, quæ ex Sereniſſ. Ducis Mantuani
Ferdinandi Chirographo produxit, ſemen
cujusque herbæ pulveriſ. rori exponi jubet,
mox rore deſtillato & ſuo Sale fixato miſce-
re, vitreoque vaſi includi, certo tempore di-
geri, quod dein radiis ſolis aut cineribus ca-
lidis admotum floris ideam manifeſtet.
Operoſiorem modum deſcribit *KIRCHERUS*
apud SCHOTTUM in mechanic. Hydraul.
l. 2. ſub nomine Palingeneſias Cæſareana, quo
ab Invictisſimo Imp. *FERDINANDO III.*
ſingulari Chymiæ Patrono Kirchero trans-
miſſus fuerat, *DOBERZENSKII de fonte*
l. 4. propoſ. 2. HARSDOERFFER T. III.
creat. mathemat. part. 9. §. 26. nec non
SCHOTTUS in mirabil. Artis L. XI. c. 16.
885. Alia exempla recenſent *VIGENARIUS*
Gallus in tractat. de igne & ſale p. 262. Henr.
MEIBOMIUS pereruditæ Epiſtola præfixa
corpori glorioſo Theoph. *Spizelii & de Ro*
Joh. Carol. ROSENBERG. in Rhodol. part.
c. 3. p. 395. 2da Edit. de Urtica *QUERCE*
de peſte Alexic. L. II. c. 5. & CAMERA
Cent. III. memor. §. 92. Perfectisſimè ſe ex-
hibit

hibiturum Palingenesias mysterium arte Chymica promiserat perficiendam *Athan. KIRCHER. in L. VIII. Mund. Subterran. Magico dicto*, qui aget *de Phœnice*, hoc est de herbarum ex *propriis Cineribus resuscitatione, & de insector. producendorum* ratione. Sed in *Eodem L. XII. f 413.* rursus suspendit, faciliorem à se inventum præ Cæsareano modo processum, promittitque singulari libro hujus palingenesias artificium se exhibiturum, ubi tota Praxeos executio minutim describetur. Efformandi itaque ratio optanda non tam operosa, siquidem teste *SCHOTT. in mirabil. Art. l 4.* ipse *KIRCHERUS*, cùm à principe quodam incitaretur ad phialam tali mysterio prægnantem efformandam, ipse unicam quam possedit phialam è Museo huic Principi maluit offerre, quam hunc reiterare laborem. Huic *resuscitationi omnem fidem derogat* Clar. *GUERN. ROLFINCK in Chym. L. VI. cap. 3. pag 422. alii* non multum æstimant, quod Authores discrepent, aliis sal fixum, aliis sal volatile requirentibus, quodque nil solidi in istis plantis resuscitetur: *alii* cum *LIBAV. L. II. de Ran. c. 17. p. 386.* & cum *CAMERAR. Cent. IX. memor. §. 24.* nec asserere audent, nec pertinaciter inficiari, cùm nullam certam habeant istiusmodi rerum Experien-

A quibusdam in dubium vocatur.

perientiam. Dubitari tamen poteſt, inquit *LIBAV. l. a.* quod ſimilitudinis vis & progenerationis adſimile vi ignium pereat: quid quæſo relinquatur vitale. Cinis & in eo ſalſugo. Spiritus aëreus & Mercurialis eſt diſſipatus, tum quod ignis non relinquat ſeminium incorruptum, ſed violente ſolvat miſta, dicere autem à cœlo accipere relictos Cineres ſibi convenientem formam instar fomitis aridi, in explicatione quidem valere, attamen & dubiis non carere. Quod & *BORELL. L. IV. ob. 62. p. 326.* forte respondendum, qui ad *Palingeneſin* hanc firmandam fingit, corporibus corruptis animas evolare per aëra, & ſic denuo ſibi novum aliquod corpus ipſaſmet progenerare, magnetica attractione ſubſtantiæ ſibi neceſſariæ, ad corpus ſibi prædeſtinatum, & juxta ſuam ſcientiam architectonicè conſtruendum. *Affirmativam* tamen tenere videntur, *D. Joh. Michaël FEHR Colleg. Curioſ. mellitisſimus Epiſt. ad Exc. Joh. Dan. Horſtium in Epiſt. Horſtian. p. LVIII.* quam ſuſpicit ob tot teſtes ἀξιοπίστους & *Clariſſ. Dan. SENNERT. de Conſenſ. Gal. & Chym. c. X. p. 127.* qui experientiam oppugnantibus rationibus *à FREITAG. in Noctib. Med. c. LXIV.* adductis præponit.

Corporalis. §. V. Præter hanc *ſpiritualem* quaſi plantarum

tarum productionem & Corporalem quandam Physici proponunt. PARACELSUS ex cineribus resuscitavit plantas, dum eos artificiose liquoris inde extracti aquei & oleosi imbibitione nutrivit, & tanquam primam materiam seminio suæ plantæ primo perfusam digessit, & in terra commoda ad nascendum posuit, notante *LIBAV. Syntag. Arcan. L. I. c. 22. p. 47.* si aliquot guttulæ plantarum in Arcana reductarum, cum sale fixo, volat. ol. & spir. in terram immittantur, tempore convenienti & in terra huic plantæ ferendæ idonea, nasci in tempore debito eandem plantam, à quo arcanum extractum vult *Petr. Job. FABER myrothec. L. II. c. 32. p. 146.* è herba minutim concisa, aut etiam in Cinerem redacta terræ indita, ejusdem speciei progerminare *Guido Brossensis* Regius Parisiis Botano-Chymicus plantæ alicujus aquam, Salem & Spiritum requirit, iisque commistis & terræ mandatis, debitoque calore fotis, revocari scribit formam plantæ in illis partibus sopitam & latitantem, denuoque vegetiorem crescere ac germinare *Henr. Meibomius Epist. ad Spizelium. KIRCHER. de Art. magnet. L. III. p. 5. c. 3. experim. p. 496.* quod exemplo Raphanorum concisorum & terræ Commissorum raphanis inde productis

Resuscitacio.
In *Plantis.*

RATTRAY Adit. ad. Sympath. p. LIV. probat, & *SENNERT. Conf. & Dissens. Gal. c. XII. p. 203.* cum fungis, quorum Succus expressus, aut decoctum, si radicibus arborum affundatur, Fungos producat. Et *Petr. SERVIUS Urbani VIII. Pont. medic. conspexit* Rosam ex Cineribus ustis solerti & ingenioso artificio excultis & elaboratis 14. horis natam, adultam, perfectamque *in de Nat. Artisque miraculis.* Non dubitandum, quin *Illustre COLLEGIUM Experimentale Anglicum* intimius in hanc *plantarum corporalem Resuscitationem* inquisitiones instituturum sit, & veritatem experimentalem indagaturum, siquidem SUBCOLLEGIO QUINTO curam dedit *1.* Emendare Horticulturam, in quem usum prædia commoda vel omnino emenda, vel in multos annos à Possessoribus conducenda: *2.* justo pretio ejusmodi loca conducere: *3.* operam dare, ut Arborum copia, præcipuè fructiferarum, ubique locorum, quæ sub Societate sunt, augeantur. *4.* fructuum emendationem & transmutationem curare. *5.* fertilitatem promovere, *6.* diligenter attendere, ut omnis generis fructus, frumenta, & meli per quæ mercatura augeri possit, copiosissimi producantur, ut etiam ad alias nationes transferri possint, ingenti nationis lucro.

cro. Eventum avidi interim exspectamus.

In Animali Regno pariter, non solum *Figuræ Animalium*, sed & *perfecta eorum Corpora animata* perhibentur ex ipsorum salibus. Ex Combustæ Rubetæ Cineribus Rubetas elici posse *J. Bapt. PORTA L. VI. Phytogn. c. 2.* asserere audet. Sic muscas in aquis suffocatas & serpentes occisos redivivos & opera Caloris novos produci posse *CAMERAR. Cent. 5. memor. §. 85.* exemplis confirmat, nec non de serpentibus redivivis ex serpentulorũ pullulantium multitudine *KIRCH. de Arte magnet. L. III. part. 3. c. 1. consect. 2. & Scrutin. part. Sect. I. c. 7. experim. 2. p. 43.* De Rubetis quoque *LIBAV. L. II. de Ranis c. 17.* Ostrea in Salem conversa, ubi arenæ maris dictum Salem commiseris, ingentem novorum ostreorum sobolem cum tempore inde prodire reperies, inquit *KIRCHER. Itin. Ecstat. Dial. II. c. 5. p. m. 121.* qua ratione Conchylia contrita in promontorio Peloro Siciliæ ad Lacus ripam in arena seminata superesfusa aqua salsa, conchylia produxisse non sine voluptate vidit *Idem KIRCHER. de Arte magn. L. III. p. 5. c. 3. experim. p. 496.* & pro certo mihi relatũ, paucis abhinc annis Belgam ex Britannico Oceano raptis tritisque ostreis prope Antvverpiam Scaldis littora, iis

In Animalibus.

Corporalis Cancrorum productio.

iis ſeminatis oſtreis fœcunda reddidiſſe.

§. VI. Præprimis cujus gratia hæc exempla adducta fuerunt *BORELL. Cent.IV. obſ.62 p. 316.* revera animata corpora *ex Sale ſeu calcinatis Cancris* & in aqua ſtagnante projectis exſurrexiſſe *Dn.deChambulan.* teſtem advocat. Plenius hoc deſcribit *Id.Cent.IV.obſ.34.* ſe à duobus amicis expertis accepiſſe, qui *Cancros fluviatiles* reverberio calcinatos reſituerint, ſi eorum cinis in loco humido vel in vaſe terreo, cum modica aqua ſinatur, hinc intra 20. dies innumeras atomos animatas videri, quæ ſi ſangvine bovino irrorentur, *in Cancros* paulatim commutentur. Hæret hic *Th. BARTHOLIN.* vir omni laude major (uti vocatur ab *OLAO WORMIO muſ. L. I. c. 8. p. 22.*) dum in *Lit.ad me datis* Borelli ex Cineribus reſurgentis *Cancri* metaphſychoſin quidem adducit, valde tamen dubitat ſuccesſurum hoc *de Cancris* experimentum, niſi modum operandi apertiorem *Borellus* indicaret. Vitium enim eſt, *pergit*, plerumque Scriptorum arcana revelantium, ut ampliſſimis promiſſis mancas deſcriptiones ornent, ſicque lectores ſpe vanâ lactent. Nolim tamen de *Borello* hæc ſuſpicari, quem ſatis apertum deprehendi, ſed ea fide hanc transmutationem retulit, quâ

quâ accepit *Bartholini* votum, ut operandi modus clarior edoceretur, explere visus est, ut Regni Angliæ, sic & *Reipub. Literariæ Columen & Collegii Experimentalis Anglici verus Sol* RENELMUS DIGBÆUS, qui, quiâ pollet ingenii acie & operandi dexteritate, omnes discussisse tenebras, & radiis suis illustrasse visus est, quando *in Dissertat. de Plantarum vegetat. Londini in collegio Greshamensi MDCLX. habita, circa fin.* ubi de plantarum Palingenesi dixisset, *propriam* adducit *experientiam* his verbis: Simile mihi evenit in destillando Gummi Cerasi arboris. Sed nulla harum idearum adeo exacte imitabatur realem palingenesin, quam quod sæpe in Piscibus expertus sum & *in Cancris*. *Cancri* abluantur ab omni terrestreitate, ac coquantur sufficienter (ad minimum duabus horis) in sufficiente aquæ pluvialis quantitate, reservetur hæc decoctio, ac ponantur cancri in vitro alembico, ac destilletur omnis liquor ex iis, quantum fieri potest, extrahatur, hunc seorsim reserva. Tunc calcinando pisces seu *Cancros* in reverberatorio redigas in Cineres cum priore tuâ decoctione, extrahe ex iis Sal, qui filtretur, & omnis ei humiditas evaporando subtrahatur. In Salem in fundo remanentem effundas tuum destillatum liquo-

Experimentum Digbæanum.

quorem, & reponas in locum humidum, ut putrescat, & intra paucos dies invenies ibi *parva animalia* sese moventia magnitudinem milii seminis vix excedentia. Hæc nutriri debent sanguine bovino, donec ad magnitudinem mediocrium nodulorum, quibus in vestibus utimur, pervenerint. Tunc hi immittantur Ligneæ Urnæ, aquâ pluviâ & bovino sanguine repletæ mutando ad tertium diem aquam & Sanguinem, atque hoc modo quamlibet iis magnitudinem inducere poteris, quæ omnia manu quasi ducunt ad Mysterium Resurrectionis mortuorum. *Hæc de artificiali Cancrorum Generatione Vir magnus*, de cujus una cum Collegii Experimentalis, in eoque constitutorum siderum Luce, Fide, & Authoritate dubitare vix licet, annotavit, & aliis tentandum idem Experimentum communicavit. *Artificialem hanc Cancrorum productionem* confirmare possunt *duo Experimenta à KIRCHERO* facta *in Lumbricis & Muscis restaurandis.* De *Lumbricorum genesi ita L. XII. Mund. Subt. s. 2. c. 1. f. 357.* Siccati Lumbrici in pulverem Conchæ lateritiæ terra pingui & dulci impletæ sepeliantur, aqua pluviali subinde rigentur, intra 3 aut 4. dies tota illa terra novorum lumbricorum pullulagine scatebit, & primo quidem

lem sub magnitudine vermium, dein pinqui illo terræ succo nutriti in veros excrescunt Lumbricos. *Et c. 4. f. 361. de Muscis*: Muscarum cadavera collecta, aqua mellita non nihil macerata, supra laminam æneam posita, & more Chymico calore lento supra cinerem carbonibus suppositis exposita, ope smicroscopii insensibiles videntur vermiculi nasci, dein alis assumtis in Muscillas, tandem ad sensum crescentes in perfectas muscas animari.

§. VII. Enarrata *artificiali* hàc *Cancrorum Generatione*, *alia Generatio* nunc annectenda, à priscis jam observata, à plerisque pro verissimâ habita è *Cancrorũ demortuorũ corruptione* prodire & generari *Scorpiones*. Narratur, inquit *PLIN. IX. c. 31. Cancrorum* Corpus, exanimati cùm sunt, transfigurari in *Scorpiones* in sicco. Pariter *Ovid. l. 15.* Metam:

Mira generatio, ex Cancris demortuis Scorpiones.

Concava littoreo si demas bracchia Cancro,
Cætera supponas terra, de parte sepulta Scorpius *exibit, caudâque mirabitur uncâ.*

Idem hoc de Scorpione in specie *ex Pagurorum* putrefactione producto testatur *NICANDER in Theriac. v. 914.* dum canit:

Scorpiones

Incur-

Incurvis quidam similes etiam esse Paguris
Cernuntur, majore alios, qui corpore vin-
cunt
Chelis, forcipibusque æquè solidi atque Pa-
guri,
Qui saxosa tenent timidi cava, quin etiam
illi
Hisce suum ducunt, sed non Genitoribus or-
tum.

Nam, ut pergit *v. 926.*

Enectis è Corporibus damnata propago
Ista per erumpit formamque foramina su-
mit.

Sic è *Paguro* in littore mortuo speciem sin-
gularem Scorpionum gigni asserit *GREVIN*
de Venen. L. I. c. 24. explicant alii, fieri po-
tissimum Sole transeunte Signum Canc-
Hanc Metamorphosin sine Examine q-
veram admisit *Th. MOUFFETUS L. 2. Inse-*
ctor. Hist. c. 10. NIERENBERG. L. VI. Hist.
Nat. c. 10. Superaddit Rationem *FORTUN.*
LICETUS L. III. de spont. vivent. ortu c. 55.
Sæpè laudatus *Th. BARTHOLINUS in lit-*
ad me scriptis hanc *Cancrorum in Scorpion-*
transmutationem pro fabulâ reputat, & *Pli-*
nii candorem laudat, quòd rem incertam
ex narratis retulerit. Cancrorum, *inquit*
apud nos in Daniâ ingens copia putrescun-
nonnunquam, & in sterquiliniis abjiciun-
tur

tur, nunquam tamen exinvisi Scorpiones enasci, quos etiam prorsus ignorat Regio nostra Septentrionalis.

§. VIII. Ego, cum pace tamen & veniâ tanti Viri, inquiram, *annon possibilis sit hæc Scorpionum generatio è Cancris mortuis*, præcipuè (NB.) in locis iis, qui Scorpiones alunt. *Præmittendæ huic* Generationi facilioris indagationis quædam *Regulæ*, dein & alia subjungenda *Exempla*. De generatione per vermem Regulæ.

1. Sit *NIERENBERGII L. VI. Hist. Anim.* c. 8. *Omnis Generatio in Animalibus fit, aut per coitum, vel cum, vel sine decisione Seminis: aut per spontaneum ortum* nullo conspicuo extrinsecus progenitore, quæ Genesis spuria multiplex est, quibusdam Generatio ex putrefactione; Paracelso verò Generatio ex Lagostro. *BURGGRAV. in vital. Philos. part.* 2. c. 4. p. 38. dicta: Aliis σκωληκοτοκία sive *Generatio per vermem*, & meliùs, quàm si dicatur Generatio æquivoca. Nierenbergii.

2. *HARVEII Exerc. 62. de Gen. Anim. p.* 411. *Omnibus commune est*, sive spontè, sive ex aliis, sive in aliis oriantur, *ut ex principio aliquo ad hoc idoneo, & ab Efficiente interno in eodem principio vigente* (quod primordium vegetale vocant) *gignantur*, differunt autem, quòd primordium hoc spontè & casu erumpat, unde spontè nascentia; vel ab Harveii.

 alio

alio præexiſtente tanquam fructus proveniant, unde à Parentibus genita dicuntur. Et hic eſt ſcopus *FORTUN. Liceti in Lib. de ſpont. vivent.* ortu, ut demonſtret, omnem Generationem progredi ex ſuo certo determinatoque ſeminio, anima ſua fœto. Sæpiſſimè partes aliquas cibus in ſe continet, inquit *Nathanaël HIGHMORUS in Anat. tom. l. II. p 3. c. 4. f. 191.* particulis Corporis non ſolum non cognatas, ſed & inimicas, ideò à Naturâ nullo modo domari & concoqui poſſunt, ſed quocunque vagantur, licet plurimas concoctiones ſubeant, nequaquam tamen mutantur, ſed Naturam ſuam perpetuò integram ſervant. Itaque cùm ſeminale rerum omnium principium in minimis etiam Atomis, in diverſis materiis, in terra & alibi diu latere poſſit, nullum vivens ita perire licet, è cujus cadavere, excrementis alvi, Urina, ſudoribus, fuliginibus è corpore exeuntibus, & ſordibus in cute & veſtimentis collectis vermium non varia genera producantur, ut pronunciare poſſimus, Animarum plena eſſe omnia.

Biſciolæ. 3. *LOELII BISCIOLÆ Tom. I. Hor. ſubſeciv. L. XV. c. 17. Animantia perfecta ſponte naſci nequeunt*, ut rectè à *SCALIG. Exerc. CXCIII.* riſu tractetur Cardanus, qui Hominem ex putri Materiâ ſponte oriri autumat.

& rectè à Bisciolâ explodantur antiquorum Philosophorum eadem somniantium Placita, & prudenter reprehendatur Paracelsus Homunculum è Cucurbitâ producere satagens. *Sed minutiora* spontè generantur, non tamen indiscriminatim ex quâvis Materiâ, unumquodque sibi propriam vendicat Argillam optatam, alia ex coitione & putri gignuntur, alia ex putri tantum. NIERENBERG. *L. V. Hist. Nat. c. 20.*

4. *Th. BARTHOLINI in Epist. all. rarò rem putrefactam in similem speciem commutari*, unde nec ex humano Cadavere putrido statim Homo emergit, *sed ignobiliora insecta*; unde ex Equo Crabrones fiunt, non Equi, ex Bove apes, non boves, *notante LIBAV. L. II. de Ranis c. 17. p. 386.* Th. Bartholini.

5. Ut Ζωότοκα ad absolvendum Generationis opus requirunt uterum, ὠότοκα, sive ovipara locum convenientem & calorem debitum; *sic* σκωληκότοκα *pro diversitate externarum circumstantiarum, & additamentorum diversos sortiuntur Effectus*, ut mel, quod cum rore majali una in gramine nocte plenilunium tulerit, in Angvillas; cum pane secalino in formicas transit. *Joh. Bapt. HELMONT. in Schol. Humorist. pass. decept. c. I. §. 65.* hæc tamen pro diversis causis adjuvantibus variantes generationes cer- Helmontii.

tis Regulis comprehendi non possunt, sed ejusmodi causarum combinationes Experientia fidâ rerum Magistra addiscendæ, inquit Martin. KERGERUS in de Ferment. Sect. I. c. 6. p. 62.

Kircheri. 6. *Athanas. KIRCHERI Itin. Ecstatic. Dial. II. c. 5. p. 122.* Insecta, quæ ex putredine mixtorum Originem habeat, nascuntur vel ex vegetabilibus, vel ex Animalibus, vel ex putridis terrestris Materiæ quisquiliis, & quæ in Aere, Aquâ, Terrâ confluxerunt, & hoc modo animantur: quoniam putredo nil aliud est, quàm indigesti humoris confluxus, sive is fiat in vegetabilibus, sive in animalibus, sive in quacunque Elementorum misturâ, quæ uti pingvedine & calore pollet, ita Lux primigenia, sive semen Mundi in eâ Materiâ individuatâ, calore suo interno derepĕte, ob proximas ad Generationem dispositiones animal excludit, juxta eam Materiam, è cujus putredine educitur.

Fusius *KIRCHER. in Mund. Subterr. L. XII. sect. 1. c. 6. f. 337.* sq. prosequitur: Causa proxima spontanei ortus (remotæ namque sunt putredo, DEI immediatus conceptus, calor ambiens) est panspermia seu semen illud à mortuorum tum plantarum, tum Animalium cadaveribus, decisum. 2. Animæ nonnihil in omnibus & singulis viven-

viventibus remanet, etiam post mortem, unà cum seminali virtute, non ut forma, sed velut in vase. 3. mutatur in aliud animal & plerumque in pejus, quod in morte pristini viventis calore paulatim deficiente, materialis anima labefactata, in pejorem imperfectioremque tendat, specie prorsus mutata. 4. usu caloris ambientis concocta materia, disposita ex spermaticis corpusculis à vita functis quomodocunque decisis fabricatur nova substantia. Hanc suam sententiam confirmat equi exemplo, ibid. l. XII. sect. 11. c. 8. f. 372. corrupto animali, inquit, e. gr. Equi, non avolat anima, sed divulsi Spiritus seminales, & difflantur hac vel illac, unde sola illa spirituum massa, nunquam cum illa aut simili massa rursus conjungitur; sed spiritus illi, quibus nonnulla seminalis potestatis portio latet, permiscentur aëre raptim. Hi in tali copia, cum aliquo fixo proportionato si jungantur, ut ex spiritibus illis, & ex fixo possit constitui animal, statim virtute plastica, in materia illa à spiritibus informata organizatur illud corpus, & formatur novum animal à primo seminio, unde dicisi isti spiritus, degener, & alterius speciei.

§. IX. Præmissis his *Regulis*, nunc talis Gene- Generatio,

nis per vermem Exempla

Generationis spontaneæ *Exempla* subji-
cienda *ex Elementis.*

a. In Elemento Ignis.

1. *In IGNE* ex vaporibus & halitibus impuris igni permixtis *NIERENBERG. L. IV. Hist. Nat. c. 18.* etiam Animalia generari statuit, qualia in officinis ferrariis *Pyralides* seu Pyraustæ, quæ exinde *Diogen. LAERT. in vit. Pyrrh:* πυῤῥόβια muscæ magnitudinis, remotæ ab igne moriuntur. *ARISTOT. L. V. Hist. Anim. c. 9. SENEC. L. V. Nat. Quæst. c. 6. PLIN. II. c 36. ÆLI-AN. L. II. Anim. c. 2.* & *MARSIL. CA-GNATUS. Var. Lect. L. I, c. 23.* qui pluribus disquirit, quomodo hæc fiat Generatio in igne. Sed cùm hæc animalia Pyrogoni non ab Igne generentur, sed Igni concreentur, transeundum ad alia.

b. Aeris.

2. *In AERE* possunt in Nubibus etiam imperfecta Animalia generari, cùm in Aëre & Nubibus sint halitus omnium rerum & semina omnium mixtorum, consequenter ergò ex illis halitibus, & seminibus si conjungantur cum conveniente Materia possunt Animalia constitui, cum habeant in se Virtutem formatricem Animalium. *Casp. SCHOTTUS in mirabilib. Meteor.* Reperiuntur

Vermes Nivium.

1. *Vermes Nivium* pilosi è vetustiore Nive. *ARIST. L. V. Hist. An. c. 19. OLAI Magn.*

Magnus L. XXII. Hist. Sept. c. 7. PLIN. L. II. c. 35. CARDAN. L. VII. de variet. c. 28. SCALIG. Exerc. 54. §. 2. & *MARSIL. CAGNATUS Var. Lect. L. I. c. 23.* qui *pag. 68.* deducit, nivem esse mistum, licet imperfectè mistum, utpotè ex vaporibus concretum. Non inficiendum censeo, *inquit* ALOYSIUS PISAURIUS *de Philosoph. Placit.* §. *214.* in *vetustâ* nive nonnunquam *Vermes* gigni posse, qui tamen *ex nive* minimè fiant; sed potius ex Materiâ putridâ, & calido spiritu, qui sub nive per Antiperistasin congregetur.

Latiùs de hujus *Vermis nivium* specie, an sint Lumbrici, nec ne, de eorum brevi & solstitiali vitâ agit *Th. BARTHOLIN. de Nivis usu Med. c. IX. p. 59.* testaturque *OLEARIUS notis ad Schichsadi Roset. Persic. L. I. c. 42. f. 40.* in Persiæ summis montium jugis *nivium vermiculos* digitum longitudine & crassitie æquantes inveniri *Sulal* nomine, ex quibus compressis limpidissima & optimè refrigerans Aqua paretur.

2. *Pluviæ variorum Animalium.*

Pluvia Ranarum ceciderunt in Pœoniâ & Dardaniâ. *ATHEN. L. VIII. c. 2.* apud Autoriatas Indiæ Populos. *ÆLIAN L. XVII. c. 41.* & recentius in Santoniâ Galliæ. *SCA-* Pluviæ Animalium. Ranarum.

LIG: Exerc. CXCI. CCCXXIII. In itinere Neapoli Dicæarchiam versus observavit *ÆLIAN. L.II. H. Anim. c. 56. Ranis pluisse* quarum anterior pars binis nixa pedibus repebat, posterior adhuc informis. *FAL-LOP. de Fossil. c. 9.* vidisse se asserit recidisse guttas aquæ magnas in pulverem, & statim obortas esse *Ranulas.* Vidit *FROMMOND. L.V. Meteor. c. 6. Art. 4. Ao. 1625.* ad portas Tornacenses, deciduo in aridissimum pulverem repentino imbre, tantum subitò *Ranunculorum* per siccum saltantium Exercitum extitisse, ut undique nihil penè aliud cerneretur. Hæc tamen *CABEUS L. I. Meteor. t. 47. q. 1.* (qui Ao. 1600. in agro Ferrar. ex deciduâ Nube in pulverem *Ranarum* vidit *pluviam*) & *SCHOTTUS L. XII. Phys. Cur. c. 27. §. 7.* (qui Ao. 1634. Calatajerone in Siciliâ aquæ magnas guttas in pulverosâ terra in *Ranas* vidit mutatas) non in nubibus generari statuit, & cum pluviâ decidere; sed nasci in terrâ aquis pluvialibus fœcundis ac spirituosis fœcundata.

Pluviæ Erucarum. *Pluit Erucis* in Velauniis, *Diod. Sicul. L. 4. Biblioth.*

Lumbricorum. *Pluit Lumbricis* in Islandiâ. *OL. WORMIUS in Mus. f. 327.*

Pluit in Quitensi Provinciâ ex Aëre ver-*mibus*

ibus, qui in terram lapsi in angves vertuntur. KIRCHER. *Scrutin. Pest. Sect. III. c.3.*

Pluit Muribus in Norvvegiâ, qui in specie *Lemmer* dicuntur, de quibus NIERENBERG. *L. IV. c.16. & L. VI. c.15.* SCALIG. *Ex.* CXCII. §.3.

OLAUS *Magnus Hist. Sept. L. XVIII. c.20.* Th. BARTHOL. *Cent. II. Hist.73.* ZIEGLER. *in Descript. Regni Norweg. ad Castrum Bahus*, FORTUN. LICET. L. II. *de his, qui vivunt sine aliment. c. 46.* & ex professo OLAUS WORMIUS *in Mus. L. III. c.73. à. f. 322. usque 334.* Et notatum *in Relationibus publicis*, durante Bello Suecico circa A. 1658. inter Carol. Gustav. Sueciæ, & Fridericum Daniæ Reges *pluisse Muribus* in Norwegiâ adeò, ut militibus viæ itinerum impeditæ. Et licet LICETUS putet vi ventorum dejici in Norvvegiam, quòd habeant partes genitales, regerit tamen WORMIUS, non obstare, cur quidam illorum in Nubibus generentur ex Materiâ dispositâ, & horum Animalium semine prægnante, accedente singulari Cœli constitutione: decidunt namque sæpè navigantibus in mediò mari ex putridis Nubibus, & postquam deciderint, per mediam horam jacent, antequam se in pedes conjiciant. In has *Animalium Pluvias* inquirit KIRCHER. *Mund. Subterr.*

L. XII. s. 2. c. 8. f. 372. In Aere, *inquit*, & Nubibus sunt omnium rerum halitus & omnium mixtorum semina (postquam sci-licet corruptis animalibus spiritus semina-les divulsi hinc inde difflantur:) hæc semina si jungantur materia proportionata, virtu-te plastica iis in existente formantur Ani-malia, pro ratione seminii ab halitibus, ex resolutis Animalium plantarumve corpo-ribus, sive vivis sive mortuis decisi, & in aë-rem elevati. Undæ pluviæ ranarum, quod nubis seminio ranifico, una cum pulvere limi per halitus attracti fœta, mox ubi in feruidum pulverem incidit, ibi plastica vis statim ranunculum efficiat.

Generatio per vermem in Terra. §. X. 3. *Ex AQUÆ & TERRÆ limo* in-numera generantur Animalia. De Sala-mandrâ narrat *GREVIN. de Venen. L. I. c. 25.* illum generari non â suo simili, sed è terra limo. *SPERLING.* quidem *Zoolog. L. V. c. 11.* cum *Rondelet.* testatur, se vidisse *Angvil-las* Corporum complexu coeuntes, vulvam in fœminis, semen in maribus reperiri, at-tamen *ARISTOT. L. II. Gen. Anim. c. 4. &*

Anguillæ. *L. VI. c. 6. Angvillas* ex putrilagine lacuum fieri statuit, cujus opinionem tanquam Na-turæ Scrutatoris curiosissimi defendit

Mures. *SCHOTTUS L. X. Phys. Cur. c. 5. p. 1267. Mu-res* generari in Ægypto ab aquâ limosâ re-

ceden-

cedente Nilo, Author *Diod. Siculus*, *Ovid. L. I. Metam. PLIN. L. IX. c. 58. ÆLIAN. L. VI. Hist. Anim. c. 45.* immò ex putri Materiâ, quæ in Navibus reperitur, Mures producti. Quid mirabilius *Ranâ* ex aquæ guttâ siccoque pulvere temporis momento nata, ait *Petr. SERVIUS de Nat. Artisque Mirac. p. 542.* constat enim terram assiduis Solibus coctam & perustam mistamque humori è Nube guttatim expresso in Ranam illicò formari, prosilire ac saltare, formato statim capitulo, pediculis, corpusculo, omnibusque particulis mirabili celeritate elaboratis, perfectisque. Et quod Ranæ partim ex limo & aquis lutulentis concepto ranifico principio, partim per mutuum congressum generentur, adstruit *LIBAV. L. I. Batrachior. cap. 2. pag. 198. seq.* Refert KIRCH. *Mund. subt. l. a. f. 372.* se multis coram *Ranas ex limo vivas produxisse* cum stupore spectantium: sumsit *limum* fossarum, ubi *ranæ* nidulatæ, hunc in pulverem redditum aqua pluviali subegit, in terreo vase soli exposuit mediocriter calido mane tempore æstivo, quotidie aspersit aqua, ne à sole siccesceret, invenit primo bullulas, ex quibus ranuncli candidi sine pedibus posterioribus, dein divisa in duas posteriores partes Ranæ.

tes

tes cauda in *ranas* perfectas exsurrexisse, quia in *limo* fuerat *ranarum seminium*.

Bufones. *Bufones* in quodam vico Dariensi novi Orbis Provinciâ generantur, si guttula aquæ solo aspergatur. PETRUS MARTYR *Decad. 3. Rer. Ocean. L. VI.*

Serpentes. *Serpentes* in Teryn-the ex terrâ. PLIN. *L. IX. c. 59.* & de terrâ Serpentibus fœtifera in antro Braccianeo. *KIRCHER. de Art. Magnet.*

Nulla generatio per vermem in metallis. §. XI. 4. *Ex Metallis & Mineralibus*, cùm ea putredini non obnoxia sint, insecta generari non posse, affirmat *KIRCHER. Itiner. Ecstat. Dial. 2. c. 5. p. 123.* sed si qui *Vermes* in poris Lapidum subinde inventi, id non provenire ex eo, quòd immediatè ex saxo geniti fuerint, sed quod in poros saxi aliundè delatum sit semen, ex quo Vermes profluxerunt. Gloriatur tamen BURRHUS in Consilio quodam à *D. Laur. Straussio* re-*citato in de Fœtu Mussip. p. 217.* ipsa metalla transmigragre in herbas & animalia si ritè alterentur, quin & se eduxisse è plumbo per aërem corrupto muscas plumbei coloris, habentes alas & mucositatem suam metallicam in suo ventre, mirandam in exstirpandis fistulis.

Sed conspicua in Regno vegetabili. §. XII. 5. *Animalia ex Regno vegetabili* producta plurima. Mirari quis posset *Plantas Animalia tanquam sibi perfectiora generare*

rare. Iis respondet KIRCHER. *Mund. Subterr. L.XII. f. 1, c. 9, f. 347.* Planta non generat Animal nobiliore gradu præditum, sed quia planta semper sibi connexum habet seminium, aliunde ex aliorum animalium tum vivorum tum mortuorum corporibus decisum. *Accedit* autem *plantis* istud *Seminium* 1. ex humore, quo herbæ nutriuntur, ex spermaticis corpusculis à diversis animantium cadaveribus decisis imbuto. 2. ex spermaticis animantium viventium excrementis, quibus humor terræ imbutus una cum alimento attrahitur. 3. ex ipsis mucosis excrementis, quod insecta emittunt, dum herbis inhiantes insident. Et notat KIRCHER. *l. a. Francisc.* CORVINUM *Botanicum Romanum* in *diversissimæ speciei herbis* singulari studio discussis, *singularem* invenisse *vermem*, quem intra phialã vitream inclusum, postquam ejusdem herbæ foliis enutrisset, tandem dictum vermem assumtis alis in alatum insectum degenerare deprehendit, quod pro diversitate herbarum diversam speciem figura & colorum varietate repræsentârit. Ex floribus Cerinthi, arundinis, Oleæ sponte proveniunt *Apes*; ex Brassicâ *Erucas*, ex Erucis post *Papiliones* provenire cum *Aristot.* observavit STENGEL. *de Monst. c. 14. §. 2. p. 465*, pariter ac ex foliis

foliis Nasturtii Indici virentibus *Erucas*, post papiliones productos ipse observavi. Ex Mori foliis Bombyces. LIBAV. L.II. *Bombyc. c.4.* In plantis esculentis *Galba*, unde Galbarum familia, in tritico *Curculiones*, in Ligno *teredines*, Mida in fabâ; VOSSIUS *de Idolol. L.4. c. 65.* Et *Erucarum* ferè tot genera, quot plantarum, *ibid.* ex frumento fracido *glires & mures.* R. A T T R A Y *de Sympath. p. 36.* præcipuè, si indusium men-struatæ vasi, in quo triticum servatur, inditum. HELMONT. *Imag. ferm. impræg. maß. sem. §. 9. p. 92.* in Tritico etiam *vermiculus* in vaginis spicarum totus ruber. LIBAV. L. II. *singul. p. 305.* In frugum radicibus σκώληξ, in Cicere κάμπη, in vitibus ἴψ, *Convolvulus* in Oleis κάμπη; in Lignis cæ-sis ξυλοφθόροι, Gazæ ligniperdæ, Scaligero Lignivori. In semine tamarisci & filicis innascuntur *vermiculi*, quorum beneficio nonnunquam moventur, & in Kaly geniculis quasi *serpentulos* invenit BORELL. *Cent. III. Observ. 54. p. 238.* In Granis ilicis cocciferæ *Vermiculi rubri*, qui Colorem Chermesinum suppeditant circa Monspelium. *BODÆUS à Stapel Comment. in Theophrast. L. III. c. 16. f. 237.* in Terebintho Culices, *PLIN. L. XIII. c. 16.* ex Arundinibus in novâ Hispaniâ *Mures & Vermes.* NIE-RENB.

RENB. L. III. *H. Nat. c. 5.* Caprificus *ficarios Culices* generat, *Cantharides* vermiculi ficorum, & Cynacanthæ, & Rosæ; ex Larice *teredines*, ex marcescentibus plantis *blattæ*, ex fungis *vermes*, ex Lignis corruptis *mytili*, ex ozymo *Scorpii*, ex Ligno Corylino *Colurus* Vermis, quem Basiliscum sylvestrem vocat ENCEL. *de Re Metall. L. III. c. 54.* Vermiculi rubri è Bibinellæ radicibus, LIBAV. *L. II. Sing. p. 304.* ex Napello *Muscæ*, *vermes* è medullâ Cardui fullonis, è nucibus, è foliis lentisci, è Rosarum spongiis: Ficus producit *Cerasten*, Pinus *Buprestin*, Olea *Rancam*, Sorbus *vermem ruffum*, Evonymus frutex *vermem ephemerum*, Terebinthus *vermes psenes*, gramen Crotones Solanum *vermem viridem*, porrum *blattam*, Malva *Cimices* agrestes, Ocymi radix *spadyllum* vermem scorpio haut dissimilem. Brevibus: nulla est plante species, quæ non appropriatum sibi ex mucore vermem generet, teste smicroscopio. *KIRCHER. Scrutin. Pest. S. I. c. 7. p. 40, & Experim. 3. p. 44.* quæ fit à singularibus muscis & insectis herbas appetentibus, & mucosum excrementum relinquentibus, quod postea animatur diverso modo.

6. *In Regno animali* proveniunt *Animalia* tam ex vivis quam mortuis. Quod ex *Animalibus*

malibus alia animalia fiant, *causam* statuit, *KIRCHER. Mund. Subt. L. XII. f. 1. c. 10. f. 352.* quod herbæ & olera, quibus anima-lia vescantur, variis insectorum, vermium, muscarum sordibus, in quibus vis seminalis viget, infecta, quod depravatum assumtum in proportionato vase, calore fermentatum vi seminis latentis hoc vel illud animal ex-cludat.

Generatio per vermem ex Animalibus vivis.

§. XIII. 1. *Quædam ex Animalibus vivis.* *In Canibus* Ricini, qui in specie Κυνοραῖσται vocantur, non minus *oves* & *capræ* Ricinis laborant, non pediculis; *Sues* pediculis grandibus & duris; quin & *aves* pediculis laborare adeò, ut phasiani iis moriantur, nisi pulvere & aquâ conspergantur. *ARI-STOT. L. V. Hist. Animal. ex distinct. SCA-LIG. c. 26. Sect. 291. 290.* Ferunt in rabioso Capite *canis* nasci Vermes capite canino, cui insunt venenosa fermenta Spiritus imaginationum respicientia, *GREMS Ar-bor. Hom. L. II. c. 1. S. 4. §. 39.*

Fœtidum *Animal* est in Indiâ, quod cum excrementis nihil, quàm colubros emittit, *NIERENBERG. L. VI. c. 9.* Vermes in in-testinis *Equorum* & ovium, vermes in *Capi-te Capræ*, ex quibus specificum Antiepile-pticum, Th. Mouffeti, in *Lingua Canis*, in *Capite Cervi*, quos quidam causam agno-sunt

scunt depositionis Cornuum Cervinorum. v. infra cap. 20. §. 9.

Quæ non *in ipso Homine* miræ *Vermium Generationes?* quæ non miræ figuræ & variæ, de quibus *Baricelf. Thes. Secret. c. 233.* & *BARTHOL. Cent. 4. Hist. 7.* Vidit *RHODIUS Cent. 3. obs. 66* Vermem monstrosum, multicipitem, caudâ longâ, Cornu gemino, *Cancro similem*, flavi & nigri coloris, palmi longitudine. Quod *Lumbrici in pueris frequenter* nascantur, causam reddit *KIRCH. Mund. Subt. L. XII. s. 2. c. 1. f. 337.* quod frequenter *Lacte* vescantur; *Lac* autem, attestante smicroscopio, *vermibus scatere*, qui natales habent ex seminio vel alimento è vaccis assumto, quod una cum chylo in ubera vaccarum derivatur; *vermiculos Lactis* attestatur *caseus* cum tempore *verminascens*. Nascuntur *in sanguine Hominis* Animantia exesura corpus. *PLIN. L. XXVI. c. 13.* & Ars microscopica detexit, *vermibus* scatere minutissimis *sangvinem* malignè febricitantium. *Petr. à CASTRO de Febr. malign. Sect. I. §. 15.* & plura Exempla adducta *in Oceano Macro-Microcosmico* §. 39. 139. 140. 147. & *seq.* In *capite* & *cerebro* partim reperti, partim per nares ejecti Vermes memorantur *à ZACUT. L. I. Prax. Obs. 6.* HILDAN. *Cent. I. Obs. 8. & 16.* FO-

In ipso Homine.

VermisCancro similis.

REST. L. IX. *Observ.* 2. *Schol.* *CONRADIN. de Febr. malign. c. II. SMET.* L. X. *miscell. p.* 582. *BENIVEN. Observ.* 100. TULP. L. IV. *Obs. c.* 11 BORELL. *Cent.* 2. *obs.* 20. *Et refert* D. LAURENT. SCHOLZIUS *in Mss.* se audivisse Patavii *à D. Bernhardino* PETRELLA, Medicum quendam in morbo Endemio, ubi in Capite ægrorum *Vermis* pilosus nascebatur, plurimos solo vino Malvatico tanquam Antidoto curasse. Sic *Cimices* in vivæ fœminæ *calvariâ*. *Corn. GEMMA. Cosmocrit.* L. II, *c.* 4. In *Nasi poris* multorum Hominum vermes Capite nigro, tanquam araneas in suis foraminibus delitescentes observavit P. BORELL. *in Observat. Microscop. Obs.* 31. *p.* 25. In *Utero gravidarum* Harpyæ, seu fratres Lombardorum Gordonio dicti, Plateario fratres Salernitanorum, Savanorolæ & Bonacciolo Feræ, de quibus aliisque in corpore variis animantibus genitis, variis ex Locis excretis *Clariss. Melib. SEBISIUS in Histor. de Adolesc. à Serpente interfect. pag.* 44. *& seq. Urina* Hominis stercori anserino addita & simul macerata innumeros producit *pulices*. *KIRCHER. de Arte Magnet.* L. *III. p.* 3. *c.* 1. *consect.* 2. *p.* 561. Ex *Urina* Hominis κώνωπας Culices *ARISTOT.* L. V. *Hist. Anim. c.* 9. & de vermiculis in Urinâ enatis ἀυτόπτης *Job. Ger. VOSSI*

VOSSIO aliisque multis in convivio retulit Christoph. ARCISSEWKI Terrarum fœderatæ Belgicæ in Occidentali Indiâ Præfectus; quanquam non tàm ex ipsâ Urinâ, quàm quæ ei inest, materiâ purulenta. VOSS. de Idolol. L. IV. 67. p. 1534. In Indiâ Orientali, & in Locis quibusdam Americæ in ædiculis Incolarum ex sudore humano (qualitate Cœli & Naturâ Regionis habitatæ subserviente (NB.) gigni Animalcula quædam exilia, nigra, oblonga, multis pedibus, *Atun* dicta, refert *Leonard.* TURNHEISER *in descript. Plantar. L. I. f. 123. cap. 30.* Ex carne vivi Hominis fiunt pediculi, qui interdum tantâ copiâ, ut Homines jugulent. ARISTOT. *L. Hist. Animal. c. 31.* quibus Sirenibus in specie dictis obierunt Alcmanes Poëta, Pherecydes Syrius, & Sylla Dictator. Ex indusio menstruatæ sordido, intra os vasis, in quo triticum, compressum intra 21. dies fermentum indusio haustum, & odore granorum mutatum triticum suâ pelle incrustatum, in Mures transmutat sexuum signaturis distinctis. HELMONT. *in Schol. Humorist. c. 1. §. 65.* Ex *vapore* Hominis sudoris *Cimices* Lectularii. SYLVEST. RATTRAY *de Sympath. p.* 36. ARISTOT. L. V. *Hist. Anim. ex Dist. Scalig. c. 26. Sect. 284.*

2. *Quædam ex Animalibus mortuis.*

Generatio per vermem in Animalibus mortuis.

§. XIV. Quid Homine nobilius? Ast, ut ex *OVID. 15. Met.* MAIOL. COLLOQ. *8. p. 308.*

Sunt, qui, cum clauso putrefacta est spina sepulchro,

Mutari credant humanas angve medullas.

Idem asserunt *ÆLIAN. L. I. Hist. Anim. c. 51.* *PLIN. L. X. c. 66. J. Bapt. PORTA L. II.* *Mag. II. p. 51. CAMERAR. Horar. succis. T. I.* *c. 2. BALD. Angel. ABBATIUS de Viper. c. II.* *Henr. KORNMANN. de Miracul. Mortuor.* *Sect. 6. cap. 30.* & præcipuè *Fortunius LICETUS* pluribus adductis Exemplis in *de Lucernis Antiq. L. VI. c. 21. f. 725. 726.* cùm seu in vivis Hominibus, non ex feminio, seu ovis, quæ haut facilè deglutiri possint, sed ex corruptione humorum Serpentes prognatos fuisse pluribus Historiis *de Republ. Medicâ meritissimus Senex Melchior SEBISIUS in casu Adolesc. à Serpente interf. pag. 51.* testetur. Dubitat tamen *Gerard. VOSSIUS Lib. IV. de Idolol. c. 52. p. 1480.* si tamen verum esset, Argumentum putat præbere, sive iræ divinæ, sive irreconciliabilis odii serpentini erga humanum genus, jam ab eo tempore, quo Diabolus hoc Instrumento decepit genus humanum. *SPERLING. Zoolog.*

log. L. VI. c. 1. §. 3. putat Serpentes, si in Cadaveribus inventi fuerint, non ibi genitos, sed dulci odore dulcis humanæ carnis eò illectos fuisse. *Ex capillis muliebribus* Serpentes *BARICELS. Thes. Secret. c. 312.* & *BORELL. c. 1. obs. 33.* asserunt fieri, non aliter ac humano cadavere Anguillas, Mures, & ex Hominum morticiniis Bruchi evolent. *NIERENB. L. VI. Hist. Anim. c. 10.* & ex tabe humani Corporis Muscæ, Vespæ. *Idem L. V. c. 20.* Ab Animalibus *ex jubis equinis* Serpentes, ex fimo bubulo Mures. *NIERENBERG. L. VI. c. 4. Ex viperis* fimo sepultis Vermiculi singulares, ex quibus aq. ad clarificandum visum parat *HOLLER. L. I. de morb. intern. c. 20.* Sic &

Bufones gigni putridâ tellure sepultâ.

Notat *LIBAV. L. II. Batrach. c. 17 p. 385.* & *CARDAN. L. X. de Var.* ex jure *cocti Anatis* in terram effusi sub dio nasci Bufones. De hoc *Bufonum & Ranarum* ortu *Theophrastus PARACELSUS de Pestilent. tr. I. Oper. f. m. 337* Ein iedes Thier ist ungeschieden in seinem Nahmen / daraus es erschaffen im Wesen / allein die Form machet und verdecket den Unterscheid. Denn der Antvogel ohn die Federn gekocht oder gebraten in zwey Schüsseln / unter zwey Schüsseln verschlossen in Keller

 gesetzet /

gesetzet/ wird in drey oder vier Wo-
chen lauter Frösche / denn nach de-
Faulung wird ieder Ding in das ver-
kehrt/daß es vor der Schöpffung ge-
wesen ist/und vor seiner Geburt. Denn
der Antvogel frist Frösche. De-
Storch frist Schlangen / durch di-
Dauung schaden sie ihm nicht/ nach
seiner Faulung werden aus den
Storch Schlangen. Aus dem Fisch
Kreßling wird in einem verschlossenen
Glaß in wenig Tagen ein rechter Bi-
nen König. *Hac Paracelsus.* Cujus Para-
celsi Sententiam *HELMONT. in Schol. H*
morist. decept. c. 1. §. 66. infringere conatur
hoc accidere propter earum nutritionem.
Sed *ROCHAS Philos. Gallus in Physic.* con-
firmat, Bufones ex Anatis corruptione
oriri, quòd eos comedat, ex Ardeâ Luci
nutrita Lucios rursus oriri copiosos, si v. t
Carpionibus, carpiones. *BOREL L. C. II*
Obs. 42. p. 326.

Ex *Juvenco* Mori foliis pasto Bombyces
nasci, *Hieron. VIDA L. II. Bombyc. v. 3*
seq. asserit, quamvis *LIBAV. L. I. Bomb.*
c. 4. non adeò admittat. *Ex Cadaveribus*
Equorum Vespas, Asinorum Scarabæos pro-
duci refert *PORTA L. II. Mag. c. 2. SPE-*
LING. hic aliam rursus fovet Sententiam
phys

Physic. Zool. L. II. c. 8. Axiom. 4 Ex equi putrescentis medullâ vespas & Crabrones non nasci, nec è fimo illorum Scarabæos: advolare Scarabæos vidimus, *inquit*, ad fimum, generari inde nec novimus, nec admittimus, Cadavera Equorum viderunt omnes, abiisse in vespas & Crabrones nemo è nostris observavit. Verisimilius, ejusmodi Animalia gaudere, humorem suum genitalem, vel ova deponere in ejusmodi cadavera. Unde Apes? Occinet *OVID. in Met. XV.*

Delectos mactatos obrue Tauros
(Cognita res usu) de putri viscere passim
Florigeræ nascuntur Apes. ---

Affirmat. PLIN. l. II. c. 20. & modum ex *Democrito* & *Varrone*, quomodo ex mactato Tauro aut vitulo generentur Apes, docet PORTA *l. II Mag. c 2.* VIRGIL. *l. IV. Georg. v. 295. seq.* FLORENTINUS *in Geoponicis* Constantino dicatis *l. XV. c. 2.* Rursus negat hanc *Apum* productionem è cadavere Tauri SPERLING. *Phys. Zool. l II. c. 9. pag. 208.* creduntur, *inquit* hæc in gratiam Authorum, non observantur in nostrorum Taurorum Cadaveribus. Cùm ante paucos Annos miseranda gregem infestaret Lues, Apes inde natas nemo vidit, & nemo de hâc generatione cogitavit. Responderi

An ex Tauro Apes.

tamen posset SPERLINGIO verbis *Johan. Ger.* VOSSII. *l.IV. de Idolol. l.IV.c.72.p.1556.* cùm dixisset pluribus, in Bataviâ & terris vicinis nihil observatum ab iis, qui Apum amore capti, fere omnem ætatem iis insumserunt (velut Aristomachus Solensis, qui 58. Annis nihil aliud dicitur egisse, PLIN. *l. II. c.9.*) Apes scilicet ex cadaveribus Taurorum prodire, *inquit: hoc de hisce*, quibus
„ vivimus, terris frigidis, & ferè paludosis,
„ parùm habet momenti: quam multa
„ enim his locis non generantur, quæ alibi
„ nascuntur, nempè plurima pro cœlo so-
„ loque variant. Et memorabile Experimentum BERNHARDINI GOMESII *in Halographiâ l.I. c. 20. p. m. 80.* qui veram deprehendit Fucorum generationem ex Tauro mactato; nam dùm Sagunti inter Apum alvearia versaretur, dùm captum fucum ungve premeret, ruptis visceribus atque posterioris partis pellicula album seu croceum caput Bovis expansis ac tortuosis cornibus rostroque adunco affabre formatum derepente emersit. Quod & in aliis quinque fucis pressis, erumpentibus bovinis capitibus, observavit, Natura in hoc portento seminalem ipsarum rationem atque unde tandem amissæ instaurandæ sint, ostendente. *Oswald.* GREMBS. *Arbor. Hom. l. I. c.* ? *Sect.*

Sect. 8. §. 20, Apes ex vitulo strangulato, & tore generari docet. *Eandem apum generationem ex excrementis Taurinis* statuit *KIRCHER. Mund. subt. l. XII. s. 2. cap. 2. fol.* 353. præcipue ex *bobus*, qui Cerinthe herba una cum floribus pasti sint : eorum enim stercus, si aprico, & loco umbroso, ne à sole dissoluatur, exponatur, vermiculos gignere instar erucarum, quæ intra breve tempus assumtis alis mutentur in *Apes. Differentes* autem *Apum* species excludi, *modo fucas, modo apes*, quia *boves* herbis plantisque alantur, in quibus semper differentia seminia muscarum, vermiumque in ipsis plantis existentia, illa intra stomachum & intestina boum fermentata, ipso exonerato excremento juxta diversam seminiorum rationem in differentes *Apum* species excluduntur.

Et quis omnia recensere posset tàm mirandarum productionum *Exempla?*

§. XV. Hæc adducta sufficiant, ut *conjecturaliter probetur, possibilem* esse *Scorpionum ex Cancris Generationem.* Licet *BARTHOLINUS*, ut supra alleg. neget, in Daniâ ex *Cancris* corruptis prodiisse *Scorpiones*, causa tamen esse poterit, quam ipse tacitus innuere videtur, quod Septentrionalis plaga *Scorpionibus* penitùs careat. Quare cùm Regressio ad Cancros, an ex iis Scorpiones?

Clima illud naturalem & legitimum *Scor-*
Videtur probabile. *pionum* ortum ignoret (propria enim lo-
fermentorum in particularibus Regio-
bus sunt, ut quod in Islandiâ nullæ venen-
tæ Bestiæ, immò si apportentur, ibi moria-
tur, quod Solum in Florida Sassafras, i
Ponto Rhabarbarum, quæ licet alibi rep-
riantur, tamen hoc saltem fiat per tran-
plantationem, aut insitionem artificiale-
aut accidentalem, aliàs proprio loci fe-
mento non provenirent. *RATTRAT*
Sympath. & spurium hunc ibi locorum
non admittit, præcipuè cùm ardentior
intensior Solis calor Septentrionem no
fatiget, qui ad ignei hujus Animalculi pro-
ductionem tamen necessarius. Et *Vo*
Sententia de Apum productione paulò a
te allegata patrocinari posset *Scorpionum*
calidis Regionibus è Cancris generatio
Quidam addunt, non fieri hanc Generati-
nem, nisi Sole transeunte Signum Canc
non quidem ob Signaturam & Symp
thiam cum sidere cœlesti, (ac si sub ex
tum Caniculæ cœlestis terrestres Cane
rabiem agantur, & ut PLIN. *L. XXXII.* c
de Serpentibus tortis Sole in ♋) sed qu
in locis calidioribus ferventiore sub
Ex Ocymo Scorpiones. temporis Sole, citiùs producantur Scorpi-
nes. Et teste *AVICENN.* sub Caniculæ
ortu

ortum *Scorpionum* Virus intenditur. Et si ex *Basilico, seu Ocymo* Plantâ Scorpius generetur, quidni potiùs ex Animali corrupto animalculum hoc incunabula sumat? Referunt ex Veteribus FLORENTINUS Græcus *Ocymum* mansum, & in Sole positum, *Scorpiones* generare. *Idem* affirmat PLIN. L. XX. *c. 12.* adeò, ut ex crebro ipsius Olfactu in Cerebro Itali Scorpio genitus, *HOLLER. L. I. de Morb. intern. c. 1.* quem depinxit *PARÆUS L. XIX. Chir. c. 3.* & Plinii Sententiam Authoritate *Chrysippi* & *Diophanes* confirmat. Et *licet Galen. L. II. de Alim. Facult.* neget, verum esse, tritum *ocymum* novæ ollæ immissum in Scorpiones mutari; *licet* dubitet, non tamen omninò perneget *LIBAV. L. IV. Singul. p. 383.* quòd nihil habeat de hoc ortu *Scorpionum* certi: *Licet Dn. Joh. MICHAEL. FEHR.* Litt. ad me datis testetur, contusam *Ocymi* herbam sub sidere Cancri Lapidi suppositam, cùm Dresdæ id olim exploraret, non produxisse *Scorpiones*; refert tamen ex recentioribus *NIERENBERG. L. V. Hist. Nat. c. 5. Avicennam* vidisse tales *Scorpios* artificiosis natalitiis factos (planta *ocymo* in sinu Hominis, aut in terra putrefacta) qui, quod mirum, pòst alios è coitu procreaverint. Contra Sententiam *ARISTOT. L. V. Hist. c. 1.* spontè

ſpontè naſcentia poſteà per Generationem regularem non procreari, affirmat pariter *KIRCHER. de Art. Magn. L. III. p. 3. cap.* 1 *conſ. 2. p. 561. Ocymum* producere *Scorpiones*, ſi trita pulverique Lapidum è maceriis erutorum admiſto ſub latere ſive Schiſto Soli exponatur. Et *HELMONT. tr. Imag. Ferment. impr.* §. *13. 14.* haut figmentum eſſe, ſed reverà Herbam *ocymi* contuſam atque inter lateres depreſſam, Soli expoſitam poſt aliquot dies in Aquitaniâ *Scorpiones* edidiſſe, forinſecus enim advenientibus Scorpiis via impedita, quod Lateres bini invicem contriti adæquatè ſeſe contigerint, adeò ut ingreſſum Scorpionis, tam planitie contiguâ, quam pondere impediverint, foſſula in medio herbam continentes. Denique *WOLFG. HOEFERUS S. Cæ. Maj. Aulæ Medicus* (qui Annis abhinc tribus in Jaurino Hungariæ Fortalitio mortuus, cùm paucis priùs ſeptimanis illius Converſationem per Litteras nactus fueram) *in Hercule ſuo medico Tom. I. l. II. c.* *p. 97.* atteſtatur, noſtrâ hâc ætate Pharmacopæum SEITENSTETENSIS in Auſtria

Experimentum generationis Scorpionum.

Monaſterii *Scorpiones* hoc modo Italicis ſimiles produxiſſe. Menſe, *inquit*, Julio & Auguſto (hoc eſt Sole in Signo ♋) *herbam Baſilici* contuſam tegulæ calefactæ, ut ta-

lum, non admitteret, illinebat crassitudine trium digitorum, superaddebat similem tegulam, & ambas circumcirca muniebat luto, quod ex Equino stercore & Argillâ confectum. Tegulas per Mensem in cellâ custodiebat, dein tegulas aperiebat, & *Scorpiones* prosilientes usui adhibebat. Video quoque nec *KIRCHER. in Mund. Subterr. l. XII. s. 2. c. 6. f. 368. Scorpionum genesin ex Ocymo* intactam prætermisisse: Si *Scorpionum* cadavera, *inquit*, contrita intra vitrum condantur, & aqua *ocymo* macerata suprafundatur, & Soli æstate exponatur, totum in innumerabilem *Scorpionum* fœturam degenerat, *additque*, Lector hoc experiatur, & veritatem inveniet. Et habet radix *ocymi* vermem familiarem Scorpioni haut dissimilem spadylum dictum, hic suo seminio plantã inficit, ut ex *Ocymo* tandem Scorpiones, observante hoc *Franc. CORVINO* Botanico Romano accuratissimo. Itaque cùm ex dictis de *Scorpii* ortu ex *Ocymo* nullum amplius sit dubium, *nec impossibilis Scorpionum generatio ex Cancris justo tempore, debito in loco & Regione instituta* judicari poterit; præcipuè cùm Scorpiones figurâ Astacis fluviatilibus accedant, notante PARÆO *l. XX. cap. 25.* aut potiùs Pagurorum speciei, quæ Scorpionibus simillima. GREVIN.

VIN. *de Venen. l. I. c. 24. p. 107.* & è Cancris Scorpiones ob Sympathiam generentur, quod Scorpionum caudæ, & Cancrorum Brachia ſibi ſimilia. PORTA *Phytogn. l. IV. c. 21. p. 282.* De hâc *Cancrorum in Scorpiones degeneratione* ita, KIRCH. *Mund. ſubt. l. XII. ſect. I. c. 10. f. 353.* Si verum eſt, *Cancrum ſole Cancrum ſubeunte* terræ ſuffoſſum cum tempore *Scorpiones gignere*, id nulla alia fit de causâ, niſi quod putredo *Cancri* ſeminalis multum alterata labefactataque, cum Animal ſimile producere nequeat, aliud imperfectius producat, *corporis figura haut abſimile*, *Scorpionem*. Tandem cùm tantam & Sympathiam *Cancrorum*, *Scorpionum* & *Ocymi* triumviralem affirment PLIN. *l. xxxii. c. 5.* & ZIMARA *in Antro Magic. Med. Part. II. l. IV. pag. 567.* Ut, ſi decem *Cancri* cum *Ocymo* manipulo alligentur, omnes ad eum locum, qui ibi ſint, *Scorpiones* convenire cogant. Sed revertendum demùm ad *Cancros* noſtros.

CAPUT

Caput XIV.

Lapillorum, vulgò Oculorum Cancri, Consideratio Physica.

§. I.

In *Gammarorum Anatomia* consideratis *partibus Generationi* dicatis, ipsorumque generatione *tàm ordinariâ, quam extraordinariâ*, restat, ut de *Lapillis Cancrorum* consideratio instituatur, & quidem hoc in loco saltem ipsorum *Conformatio*, inferiùs verò *l. II. Sect. 2.* de ipsorum usu & Virtute.

Lapilli Gammarorum impropriè sunt lapilli & Oculi.

Reperiuntur *in Capite Crustatorum sive Gammarorum* bini Lapilli, globi dimidiati figurâ summo Ventriculo adjuncti, qui majores & perfectiores, ubi Crustam incipiunt exuere. *Lapilli* dicuntur *impropriè*, ut multa piscium ossa ob Affectionem lapideam, utos quadratum Cyprini. *LIBAV. l. III. Sing. l. V. c. 11. Schol. p. 501. Oculos* ineptè dici putat *HELMONT. de Lithias. c. 7. § 31.* quòd nec fungantur Oculorum munere, nec extra emineant, nec toto durent Anno; quia tamen quodammodò aliorum Animalium Oculos figurâ repræsentant, id nominis iis datum est.

Hos Lapillos *Garcinia* nomine singulariter

riter appellandos vult *BELLON. in Hi* *Aquatil.* alii ob admirandas Virtutes no verentur *Contrayervam* animalem & *Be zoar Septentrionalium* indigitare.

Antequam uberior de iis Tractatio inst tuatur, quædam *de aliorum Animalium La pillis* quoque consideratio compendiaria præmittenda.

Generatio Lapidum in Animalibus varia tam secundum, quàm præter Naturam.

§. II. In *Animalibus* generantur *Lapid* secundùm eorum Naturam, & interdùm præter Naturam in morboso statu eorum *inquit* GABELCHOVER. *Notis ad BACO UM de Gemm. c. 31. p. 171. Illi* Lapides, q fiunt statis *Naturæ Legibus*, sunt plerumque pretiosi, & fiunt non in quovis Anima sed certi in certis, nec omni tempore, n à frigore, sed occulto Naturæ instituto. In terdum & in statu morboso generantur Animalibus, licet rariùs in Renibus, quo iis plurima axungiâ scateant, quæ facit, Calculus non posit accrescere. *GREM Arbor Hom. l. I. c. 7. th. 8. §. 10.* nam & Li BAV. *in Cist. Med. Hornung. Epist. 78.* è Re ne bubulo majorem, nec non aliâ vice Rene vaccino alium extraxit CÆSALPIN *l. II. de Metall. c. 46.* dissuadet quidē in Anim lium viventium Renibus, vesica & fellea cysti, tanquam morbosorum Lapides nat ad Medicinam assumendos: rectiùs tam ali

alii eos ad usus saluberrimos adhibent, non minus ac Hominis Carnifices, Calculos, Experimentis in Peste præfert *JACOB. BONTIUS Not. in Garziam c. 46.* & Philtri perniciem iis mitigavit *Henr. ab. Heer. Obs 13.*

§. III. *Lapides in Animalibus diversi modè generantur* ab iis, qui *in Homine*. In *Homine* specificè ab *Helmontio Duelech Calculus* vocatur, quando Spiritus urinæ, si invenit volatile, non coagulatum, coagulabile tamen, quia terreæ indolis, suam aporrhœam exerit in hoc coagulabile, & consertis viribus fit Duelech. *GREMS Arbor. Hom. l. II. c. 1. Sect. 7. §. 8.* ita quando urinæ Spiritus per venam portæ, atque ex hac, ut peregrinum insolitum expellatur, per intestina ad Mesenterium, ibidem se coagulaverit, tùm insoliti Lapides illic locorum nascuntur, eodem pacto, si Spiritus urinæ deviarit ex suo utero in fellis vicinum cruorem, confestim Lapides in felle obnascuntur. *l. I. c. 7. Sect. 3. §. 9. 10.* Et in omnibus ferè corporis humani partibus eadem ratione productos fuisse, pluribus optimorum Authorum testimoniis comprobatum fuit *in Dissert. de mirandâ Lapid. Nat. p. 97. usque 105.* & de calculis in corde, vitæ naufragium inferentibus, in Oceano Macro-Micro. *p. 35. §. XXXVII.* His addo *Lapides in ventriculo binos Anno*

Lapid. Animalium diversa generatio ab humano calculo.

Unde calculi in diversis hominis partibus?

 MDCXLIX.

Observatio de Lapidibus in ventriculo.

MDCXLIX. Comitis Georgii de Oppersdorff, Domini in Glogoviâ minore &c. Ducatus Oppoliens. in superiore Silesiâ summi Præfecti, filii inventos, quorum unus *in ventriculo* dimidii pollicis magnitudinem æquavit, alter in intestinis confractus inventus fuit, uti ipse Comes propriâ manu *Danieli ROTHIO Med. Licentiato* & Practico Vratisl. eo tempore singnificavit, & *depictum Lapillum* transmisit, quem *Tab. VIII.* æneo charactere delineare curavi.

Unde animalium lapilli?

§. IV. *In Animalibus* aliâ *Lapilli* surgunt Radice: non enim in pœnam iis dati, nec meritum, sed qui nobis in medicamina succrescunt. Adeoque licet videatur, quòd Deus præ nobis Bruta dilexerit, quòd Hominibus morbos in meritum dederit, quia tamen pœnæ prævidit finem, ex dono munificentiæ medicaminum potestates erexit. *HELMONT. de Lithias. c. 4. §. 16.* Fusius hoc *idem c. 8. §. 23.* adstruit: *Duelech* saltem obsidet speciem humanam, anomaloque modo producitur, ab Excrementis ipsis non per modum aliis infirmitatibus consuetum, ideò præ aliis morbis in peccati vindictam singulariter obnascitur:

Quamvis verò *Bruta Lapillos generent* ipse, tamen isti Lapides non sunt ex causa Duelech natales, neque in pœnam, aut tribuli

bulationem illis destinati, sed magis in commodum Hominum producti. *Denique idem* HELM. *de Lithias. c. 7. §. 19.* id confirmat: Scio, *inquit*, quòd divina Bonitas in vegetabili & animali familiâ Lapides creaverit suis Speciebus inutiles atque frustraneos, penè monstrosos, immò suis individuis aliàs onerosos, nisi nobis alicui bono essent conditi. Universa in ingrati Hominis usum sunt creata, multaque suis vix prosunt Individuis, *Cancris* tamen, seu *Gammaris Lapilli* non solùm in Hominum salutem concessi, sed & ipsismet pro nutritione, quando morbo laborant, ut manuariâ *Helmontii* dissertione infrà patescet.

Lapilli inveniuntur *in Quadrupedibus, in Avibus, in Piscibus.*

§. V. *Ex Quadrupedum Lapillis* quidam enumerant *Lyncurium s. Lyncis Lapidem, quẽ* ex profusa in terram Lyncis Urinâ coagulari memorant *PLIN. l. XXXVII. c. 2. & l. VIII. c. 38. OVID. 15. Met. v. 412. Onagri,* cum interficitur, Urinam initio liquidiorem spissari in Lapidem *PORTA Phytogn. l. V. c. 30. p. 359.* aut *Tigridis Lac* in Lapidem tophaceum coagulatum. Hujus namque frustulum læve, porosum, colore album, superius cortice quasi fusco videre contigit Mense Octobr. 1664. hic *Vratislaviæ*, quod Patres Jesuitæ

Lapilli quadrupedum.

Lapilli dubii extra quadrupedes.

Observatio

Jesuitæ per Turcicum Imperium difficili itinere è Chinâ redeuntes, & per Persiam rursus iter eò affectantes secum detulerunt, & ad grana 3. in ardentissimis morbis pro præsentissimo prædicarunt Remedio, affirmantes, illud generari, quando in Chinâ & Orientalibus Provinciis Tigrides fœmellas insectentur. In isto cursus æstu Tigridum uberibus exstillans Lac ex conditione illius Terræ cœlique in Lapidem condensari, non secus ac *ex animalium semine* tempore coitus superfuso terræ *Satyrium* plantam ad venerem stimulantem enasci conjecturam facit *KIRCHER. l. XII. Mund. Subt. sect. 1. c. 9. f. 349.* Prætereo *Lapidem* montibus Carpathiis singularem in Transsylvania inventum, quem *Medullam Ungulæ Draconis* vocant, à figura, non quod ex dracone erutus, Linguæ Melitensi s. Glossopetræ colore & figura non absimilem, nisi quod porosior, qualem hic *Vratislaviæ* videre licuit ab *Illustr. Principe Georgio Lubomirskio Regni Poloniæ Mareschallo*, dum hîc per aliquot menses hæreret, Cæsareo cuidam camerario dono datum, cujus Virtutes Lapidi Bezoartico prætulit. Sed cùm de horum *Lapidum Generatione extra Animalia* alia pertineat Tractatio, & difficultatibus scateat

teat, *brevibus Lapilli enumerandi in ipsis Animalibus geniti.*

§. VI. 1. *In APRI sylvestris* jecore *Lapillos candidos* non minùs, ac in vulgari sue duritie Lapillis similes memorant *UNZER. de Nephrit. p. 224. ENCEL. de Lapid. l. III. c. 27. & 50.* Pariter in exitu Vesicæ *sylv. Apri* nonnunquam etiam *porci domestici* castrati, ex Urinâ congulatum inveniri Lapidem flavum & subpallidum, quem â Venatore quodam & Coquo Principis demonstratum viderat magnitudine fabæ præsentissimum ad vesicæ Calculum Remedium. Idem *ENCEL. l. a. p. 211.* Et tales binos Lapides tàm candidum, quàm flavum in binis porcis unâ septimanâ Mensis Januarii hujus 1665. Anni, Lanio apud nos in Porcis castratis invenit, & monstravit. De Lap. ex jecore Apri *Porta Phytogn. V. c. 30. Schenck. Lithog. p. 94.* Lapilli Apri silv. & domestici. Observatio

§. VII. 2. *HISTRICIS* in Vesicâ felleâ invenitur *Lapis* MALACENSIS dictus in Pan. Malacens. Indiæ Or. provinciâ, cujus color dilutioris Purpuræ, qui aquâ maceratus amaritudinem imprimit, ob Virtutem in ipsis Indiis Lapidi Bezoartico præfertur, de quo *GARZ. ab Horto l. I. Arom. Ind. c. 46. p. 192. FRAGOS. Medic. Indor. c. 10. p. 14. ex LINSCHOTAN. Navig. c. 87. SALMUTH* Lapilli Histricis.

in Pancirol. T.2.c.3.p.274. Hodiè in Belgio & Viennæ, ubi *PIETRA di PORCO* dicitur aliquot Centenariis florenorum æstimatur. V. quoque *PONT. de Med. Ind. l. I. &* TULP. *l. IV. Obſ. 51. p. 383.*

Lapides Boum in variis ejus partibus.

§. VIII. 3. *Boum* in Ventriculo Menſe Martio, vel è veſicâ fellis Menſe Majo Lapillum erutum commendant ad icterum, & ad calculum in vino diſſolutum. *QUERCET. de Medic. Spag. præpar. c. 6.* teſtatur, Vino croceum Colorem, mutato paulùm ſapore inducere. In ſpecie *hic Lapis* Arabibus *Herazin*, & *Alcherin* dicitur. CATELAN. *de Lap. Bez. p. 34.* Binos vidit *Lapides* Ovi ferè magnitudine, *ex felle bubulo, Henr. à BRA Remed. ad Icter. p. 23.* unum Romæ, apud Alexandrum Petronium Medicum, alterum Brononiæ apud J. Cæſ. Arantium Profeſs. Ad Icteritiam eos ex *Moſe Kimtri* commendat SCALIG. *Exerc. 152.* V. quoque MATTHIOL. *ad Dioſc. l. II. c. 71. f. 238.* *BURGGRAV. in Achill. Panoplo p. 100.* SCHWENCFELD. *Theriotroph. Sileſ. p. 64. & 72. UNZER. de Nephrit. l. II. S. 3. §. 5. p. 225.* eundem ad viſum acuendum, ad Epilepſiam, ad venena commendat BORELL. *Cent. I. Obſ. 5.* qui talem vidit, quaſi Metallicum, & ex quo Bos occubuit. Idem BOREL. *l. 4.* refert, & *in capite*, & *in matrice Boum*

Boum Vaccarumque Lapillos reperiri etiam PLIN. *l. II. c.* 37. notos. Pariter *in Pulmone Boum* ex Bodino Lapillos enumerat BORELL. *l. a.* ex *Cardano* verò *SCHENCK. Lithogenes. p. 92. in. Ventriculo Boum* Ovi magnitudine, unde Proverbium, Ochsen legen Eyer. *ib. p. 93.* de quâ *pilâ in Vituli Ventriculo* ejusque generatione *WIERUS de Præstig. Dæmon. c.* 5. De *Lapide in Rene bubulo* LIBAV. *in Cist. Horn. Ep. 78.* qualem possedit Gesnerus, referente *SCHENCK. Lithog. p. 95.* In *Vesicâ bovinâ* Arenam quasi metallicam & *Lapillos* Ao. 1664. in Hungariâ invenit Amicus meus honorandus *Physic. Leutschoviensis D. DAVID SPILENBERGER* perfectè rotundos, globosos, splendentes, colore auri mineram æmulantes, cujus aliquot Drachmas transmisit; origo hujus arenæ lapideæ fortè ex aquâ metallica spiritu lapidifico prægnante ebibita, aut ab herbis comestis minerali seminio gravidis. Observatio

§. IX. 4. *In capite Bufonis*, præcipuè in eâ specie, quæ in Galliâ & Hispaniâ frequens, cornuta, maculis croceis & nigris liventibus, reperiri quidam statuunt *Bufonitem*, sive *Crapaudinam*, *Chelonitem*, *Batrachitem*, quem *Saracenus de peste c. 7. p. 219.* in annosioribus saltem reperiri rubetis scribit, Lapilli Bufonis.

qui dudum in arundinibus delituerint; *qui-dam* ex cerebro Bufonis, *quidam* à viscosi-tare spumæ, quam *Bufones* vere congregata essent in caput alicujus eximii quasi Regis Bufonis. *ENCEL. de Metall. l. III. c. 37. p. 22*. Affirmat eundem ex Bufonibus natum *Le-vin. Lemn. de Occ. Nat. l. II. c. 30.* diciturque habere eandem virturem, quâ Bestia imbuta est, ut virus eliciat. *PORTA l. VIII. c. 9. Ma-* *& putat LIBAV l. II Batrach. c. 22. schol. 4* tubercula, quæ Bufones in capite gestant, ut videantur cornuti, quæque pressæ humorem lacteum fundunt, istud Lac in senibus Bufo-nibus in locis calidioribus in nodos concre-scere lapideos. *BAUHIN. de Lap. Bez. c.* *p. 18.* de hoc Bufonio, *Henr. à Bra de simpl.* *ad venen. l. I. c. 2. p. 23. & l. II. c. 57. pag. 25* *BACCIUS de Gemm. C. LXI. p. 216.* Hunc ta-men pro nugis habet ex Bufone produ-

Dubitatur eum ex Bufone oriri.

Boet. de Gemm. l. II. c. 149. & potius ad La-pides stellares in agro reducit, & *WORM* *l. II. Musei c. 18.* putat, saltem instar fungi nasci in saxis & petris; præsertim cùm im-possibile videatur ex Bufone prognatus *Bu-fonites Grætterianus* dictus, à Berchtoldo Grættero Ao. 1473. in valle Dipachianâ in-ventus pondere ℔. medicin. V. ℥iij mi-nus ʒß post pugnam serpentum cum Bufonibus quam Historiam *ex Crusii Annal. Suev. l. XI* *par*

part. 3. c. 37. adducit *JONSTON. in Admir. Fossil. c. 25. Sect. I. p. 181. & ex Job. MOSELLANO Halæ Suev. Medico* pluribus describit & depingit *LIBAV. l. II. Batrach. c. 23. p. 424. & l. II. Singul. de Antipath. p. 148.*

§. X. 5. *In CERVÆ ventriculo* & intestinis ejusdem *Lapides* inveniri testatur *ENCEL. de Metall. l. III. c. 49.* ut eò faciliùs credi possit *Historia de Cervo Hanoviensi* in ventriculo serpentem petrefactum gerente. Commendat Lapidem in ventriculo Cervi, & alium in vulvâ Cervæ repertum ad partum *SEXTUS Philos. Platonicus de medicinâ ex animal. c. I. p. 7. & Constantinus Africanus l. d. Animal. cap. de Cervo f.* De quo *Lapide è vulvâ Cervæ Job. Georg.* AGRICOLA *de usu Cervi medico cap. 14. §. 3. 4. p. 94.* & *de lapide* in corde Cervi *CRATO Epist. 160.* In Cervæ ventriculo lapides. V. supra l. I. c. 8. §. 16.

§. XI. 6. *Equos* interdum *lapides in ventriculo & intestinis* genitos excernere ex sequentibus patebit Exemplis. Politos *lapides Equus* generosi Dn *Baronis in Augustanâ urbe* quotannis per ventrem excrevit, MUNDERER. *de Pestil. c. 15. p. 221.* per anum calculum scivali formam exprimentem prodiisse, quem in Pinacothecâ post asservavit, testatur PLATER. *T. 3. Prax. Lap. 15. pag. 1002. Balthasaris Conradini Medici* Lapides equorum seu Hippolithi.

Suatienſis in valle Oeni obſervationem de
Molitoris *Equo* globum lapideum inſi-
gnem, & Alabaſtro omninò ſimilem, fata-
lem in ventriculo geſtante, recitat *Jacob.*
MOCKIUS de cauſ. concret. part. 1. pag. 13
Novit *Equum SCALIG. Ex. 125.* qui ſuo tem-
pore egeſſit tophos duriſſimos, leviſſimos,
ſtercoris facie rotundos, quorum unum
idem poſſedit. Tales *Hippolithos* ovo an-
ſerino majores *in Muſeo Calceolarii* inveni-
teſtatur *ANDR. CHIOCCUS Sect. 3. Muſ.*
Calc. Equum Electoris Moguntini *lapid-*
excernentem notavit *SCHRADER. Phar-*
macop. l. V. p.m. 20. de Equo Epiſcopi Bam-
bergenſis *lapides* duos Ao. MDCXV. per
alvum egerente priorem pondere ℔ 1. al-
terum intervallo trium ſeptimanarum po-
$\frac{3}{4}$ ℔ ponder. ſine læſione & dolore, teſt.
Sigiſm. SCNIZERUS ad Libavium in Ciſt.
Hornung. Epiſt 64. 66. ubi quoque depict.
& in generationem eorundem inquirit LI-
BAV. *ibid. Ep. Dn. Czenko* à Lippâ *Equus*
Neapolitanus, referente *Th. JORDANO de*
Peſt. Phænomen. tr. 3. cap. 2. pag. 588. habuit
Equum, qui cùm concidiſſet, & mortis cau-
ſa inveſtigaretur, *lapis è ventriculo* exciſus
ovi fermè anſerini magnitudine, Lamellis
conflatus, pilis refertus, ſcaber tamen, neque
ſplen-

splendens dupondii pondere, quem Rudolph. Imp. inter rariora reposuit. Meminit idem JORDAN. *L. all.* ex recensione JOH. CRATONIS *Medici Excellentissimi Chilianum Hottomannum*, Senatorem Vratislaviæ *Equum* habuisse, qui multos *lapides* excreverit, colore & substantia nihil differentes â lapide Bezoar, ita concreti, ita puri, in superficie nitentes.

Observatio de lapide Equino Hottomanniano.

Habuit talem *Crato ex Hottomanni liberalitate* ovi columbini magnitudine; maximus post mortem Equo excisus magnitudine pomum aurantiæ æquans, rotunditate & coloris pulchritudine omnes superavit. *Hæc JORDANUS l. a. Meminit* hujus *Hottomanni Hippolithi SCHWENCFELD. Theriotroph. Siles. p. 92* à Magnif. *Dn. Abraham à Jencwitz Capitaneo Vratislav.* sibi ostensi, recensetque, majorem illum magnitudine Limonio malo non exactè rotundo accedere, sed adeò lævem, ac si arte politus esset. *Eundem* Ao. 1664. ipsemet aliquoties manibus palpavi, & ponderavi, ponder civil. major. 29. lotones, minor verò $2\frac{1}{2}$ drachm. continens, color illis Alabastrinus, ubi cortex paulisper derasus, color subfuscus cum venulis in cortice. Adjuncta erat lapidi sequens Schedula Pergameno inscri-


pta:

pta: Ao. 1567. 22. Aug. ist Hr. Kilian Ur-
man von Schmoltz auf Rosenth-
und Lambsfeld ein braun Roß um-
gefallen / welches er hat lassen au-
hauen / und ist dieser runde Stein im
Mastdarm / welcher gantz davon ge-
sprungen / gefunden worden / sonst
das Roß inwendig frisch und ges-
gewesen; es sind zwey Jahr zuvor im
August. wenn es Wegwart gessen
kleine Steinlein auf diese Art / wie der
grosse ist / von ihm kommen / derselbi-
gen hat er ins Reich Fürstl. Personen
wie auch dem alten Hertzog George
zu Lignitz / und vielen andern zum
Wunder geschicket / den grossen hat
nicht wollen weggeben / sondern als
ein liebes Kleinod vor sich behalten.


Cum itaque *Hippolithos* hactenus inter
rariora *Vratislavia Urbis* cimelia asservatus
fuerit, eundem vivo charactere magnitudi-
nem exactè exprimentem incidere curavi
v. Tab. VIII. De *Bottani* Negotiationis V-
ron. *Equa* 1639. cito alvi turbine Calcul-
rum quartarium cinerei coloris cicerum
forma reddente *Petr. à. CASTRO* & cum
eo *RHOD. Cent. II. obs. 74.* Et paucis abhinc
Annis Generosi *Dn. Wolfgang. Frider. L. B.*
de Hofman. in Moraviâ Equus pluſculis vi-
cibus

Tab. IX.


pis in Ventriculo Generosiß.
mitis inventus.



Hippolithos Minor.



Hippolithos Hottomannianus Major.



-ibus *sat magnos lapides* excrevit, de quibus cum ipsius Aulæ Magister *Dn. Fuhrlov. Dn. Huldenreichio à Liliensfeld Medico Namslaviensi* aliquid obtulisset, in dupla dosi exhibitum pulv. ejusdem, instar Lap. Bez. sudorem movisse, expertus est.

§. XII. 7. *In Rupicapris*, sive in *Damarum* ventriculis *pilæ* potius *quam lapides* nascuntur ex suavissimarum herbarum pabulo, εὐωδίᾳ insigni præditi, & gratissimum spirandes odorem, de quibus eruditum Tractatum edidit *Georg. Hieron. WELSCHIUS* Augustan. Reip. Lumen *de Ægogropilis*, quas & æneis Tabulis expressit. De iis quoque *BAUHIN. de Lap. Bez. c. 13. p. 67.* Lapides in Rupicapris.

§. XIII. 8. *In Cervicapris Orient. & occident.* in singulari marsupio ruminante invenitur *lapis Bezoarticus*, de quo plenissimè egit, *Casp. BAUHIN. Joh. Bapt. SYLVATICUS*, & *Laurent. CATELAN* singularibus Libellis, & plurimi alii sparsim. Ex his tamen paucissima pars, quæ circumferuntur, naturalis ex his Capris, sed ut ZWOELFFER *Ph. Ref. App. f. 65.* ob ejus copiam in Europâ & raritatem in ipsis Indiis putat factitium ex Magisteriis plantarum, & *Guibert. in la Medic. Charitable p. 359.* à Judæis effingi Constantinopoli: nam & Bezoar artificiale præparavit *PRÆVOTIUS* in Lapides Bezoartici in Cervicapris. Pauci eorum genuini.

in ejus *Remed. Patav.* 1657. edit. *pag.* 48. inde propter incertitudinem â plurimis Medicis Lap. Bezoartici usus improbatur, quorum Testimonia convasavit *Guibert.* *a.p.* 517. *Andr. Laurent. Cons. I. & 14.* ULZER. *l.* 3. *de Peste c.* 6. *p.* 239. PRIMEROS. *Error. Med. l.* 4. *c.* 36.

In ventriculis Lacersi Indici.

§. XIV. 9. *In ventriculis magni Lacerti* CAIMANES dicti, circa regionem Nombre de Dios & Carthagena Amphibii dentati, tàm vasti oris, ut hominem devorent, inveniuntur *lapides*, qui temporibus applicati dicuntur Quartanam curare. FRAGOS. *Med. Indor. c.* 10. *f.* & sunt calculis fluviat. similes. MONARD. *de simplic. Medic. ex Ind. Occid. p.* 53.

Lapilli in serpentum capite.

§. XV. 10. *De Lapillis in capite Aspidum, Serpentum, & Draconum,* PLIN. *l.* 37. *c.* 10. ENCEL. *l.* 3. *c.* 39. LIBAV. *l.* 2. *Batrach. c.* ... *p.* 422. aliique, & huic gemmæ Philostratus adscribit Gygis Annuli virtutem. *Cel.* RHODIG. *l.* 6. *c.* 2. *dubitant* tamen plurimi

In dubium vocantur.

Sapientum de hujus *Draconitis lapilli* veritate. *Joh.* THEODOR. SCHENCKIUS *M.* *D. clarissimus & Prof. Jenensis meritissimus*

Observatio

Amicus meus colendissimus *litter.* 3. *Kal.* *Jan.* 1665. ad me datis, opportunè admonuit *Circumforaneorum imposturam de Coronis* *Serpentum alborum*, quam plebejis obtrudunt

dunt, siquidem *nihil aliud sint quàm Chelæ, Squillæ* istius *marinæ*, quæ dentatæ ab uno latere interiore semifalcatæ, Ebore quovis nitidiores levioresq;. Animalculi huj9 marini sub nomine *locusta*, elegantem iconem adjecit *Caspar. Hoffman. Comm. in Gal. lib. VII. de U. P. n. 434.* eamque satis perfectè sculptam, inibique locustam, τὸν κάραβον, non esse genus cancrorum contra *Rittershusium Com. in 2. ἁλ. Oppiani*, defendit. Has affabre eâ parte, quâ dearticulatæ fuerunt, committunt, capsulisque osseis ligneisque decenter inferunt, quas ad primum conspectum jurares αὐτόματον potiùs ex Ebore, cornibus cervorum haud absimile, combinatis. Tale vidit *idem Schenckius* in foro Florentiæ unà cum commentitio *Basilisco Dracone*, quem ex Raja pisce formari affirmat *Rondeletius*. Poterit ergò & *Hydra* septem capitibus ornata, *ut obiter addam*, artificio potiùs, quàm naturâ confecta fuisse, cujus exuvias in expugnatione urbis Mantuæ & Principis Muséo Naturę artisq; miraculis refertissimo vidit, & manibus tractavit *Generosiss. Comes HAZFELDIUS*, ut oretenus retulit; siquidem & GESNER. *Histor. de Serpent. f. 47.* narrat, 1530. Venetiis tales exuvias deportatas fuisse, & post à R. Gall. Francisco pro 6000. coronatis coëmtas; quin & tales *exuvias* Vene-

Ex Chelis Crustatorum Coronæ serpentum.

Basiliscus factitius.

Et hydra multorum capitum factitia.

Observatio

Venetiis in Thesauro Marciano reperiri, dubitat tamen de Naturâ, siquidem attentius consideranti, nares, Lingva, & aures cum reliquo serpente non conveniunt.

§. XVI. *Ex Avium* Lapillis sunt

Avium lapilli. 1. Hirundinum.

1. *HIRUNDINUM*, reperiuntur in pullis primo partu exclusis, & eorum ventriculis, magnitudine, ut ipse vidit *ENCEL. l. III. c. 44.* seminis lini, quorum unus niger, alter ruffus, conducit ad Epilepsiam. *PLIN. l. 37. c. 10. Bald. RONSSÆUS de hum. vit. primord. c. 44. p. 201.* absentibus matribus viventibus pullis eximendum censet *GABELCHOV. ad Bacc. de Gemm. c. 32. p. 174.* & iis quidem, qui in nidis conversis ad se sedeant vultibus. Quidam putant circa plenilunium Mense Augusto inveniri. Et licet *PLATER. Pr. T. 2. de Dolor. p. 289.* Chelidonium in saxis inveniri statuat, aut ex marmore Jaspidis formari, poterit tamen utrumque esse.

2. Columbarum.

2. *Calculos ventriculi Palumbium* sive Columbarum saxatilium ad Calculum ex Epistolâ Chilianstenii commendat *LIBAV. Epist. 43. in Cist. Hornung. p. 113.*

3. Vulturis.

3. *In Vulturis* capite & cerebro *Quadros* Lapis coloris candidi mammas lacte replens. *ENCEL. l. 3. c. 45.*

4. *In Gallorum* antiquorum (alii volunt magis *caponum* quarto aut nono post castrationem Anno, *PORTA l. 5. Phytog. c. 30.* septimo Anno) ventriculis *lapis Alectorius* fabæ magnitudine, colore obscuro Crystallo, qui virtute ☉ri dicitur victorias præstare. *Bacc. de Gemm. c. 31. p. 171.* 4. Gallorũ.

§. XVII. *Ex Piscium lapillis* sunt Piscium lapilli.

1. *Lapis Cyprinus* sive Triangularis propè oculi superficiem, qui semilunaris est & durior. *PLATER. Prax. T. 2. de vitiis p. 689.* quem ad Apoplexiam, quæ cum contractione Musculorum oculi fit, *CROLL. de Signat p. 45.* commendat, *CRATO Consf. Scholz. 71.* ad sanguinis fluxum sistendum, in Epilepsia mira præstitisse in liquorem redactum refert *TENZEL. Exeg. Chym. p. 668.* Alii *Lapillum*, qui Cyprinorum capitis & primæ vertebræ interpositus, assumunt, sed prior præfertur à *CAMERAR. memorab. Cent. IV. §. 34.* 1. Cyprinorum.

2. *In capite IGUANÆ.* i. Lacerti Indici lapis repertus refertur inter præsentissima calculum comminuentia à *Franc. XIMENES* apud *WORM. Musei l. 3. c. 22.* 2. Iguanæ.

3. *In capite Piscis MANATI* (*LIBAV. Ep. 45. in Cist. Horn. p. 113. Taurus mannus* dicitur, quia pedes habet binos anteriores velut manus, inde *manato* Hispanis) præcipuè 3. Manati.

circa Hispaniolam inventi parvæ pilæ palmariæ magnitudine commendatur ad calculum à *NIERENBERG. l. 2. c. 9. WORM. l. 2. c. 8.*

4. Tuberonum. 4. *In Tuberonum* capite terni aut quaterni valdè albi inveniuntur *lapides*, magni interdum ad duas libras, qui Indorum & Hispanorum experientiâ utilissimi ad urinæ difficultates. MOCK. *de caus. Concret. p. 217.* GOMARA *in Histor. Mexican.* & CLUSIUS *ad Monard. de simpl. ex Ind Occid. pag. 52.*

5. Bacchi. 5. *In* BACCHI capite *lapilli*, qui poti calculosis prosunt. PLIN. VALERIANUS *de Re Medic. l. 2, cap. 39.* ubi dubium, inquit VOSSIUS *l. 4. de Idol. c. 42. p. 1448.* an genus Mugilum intelligat, de quibus MARCELL. *Empiricus c. 26.* quòd in capite lapidem habeant; an verò BACCHUS sit Asellus, Hollandis adultior Cabelau; nam hunc Bacchum vocat PLIN. *l. 9. 7. V. & Voss. l. 4. de Idol. c. 27 p. 1389.*

6. Coracini. 6. *In* CORACINI sive *Corvi* Piscis capite *lapis* Nephriticis utilis, quod observavit quoque RONDELET. *l. 5. de Piscib. marin. cap. 8.*

7. Umbræ. 7. *In* UMBRÆ Piscis capite *Calculi* majusculi, qui colicum dolorem abigunt, unde aurifices in Galliis eos argento includunt &

& vocant *pierres de Colique.* BELLON. *l. 1. de Aquatil. c. 10.*

8. *Lapides Percarum minorum* Kaulperß in capite reperiuntur juxta spinæ dorsi exortum bini instar seminis Lini ad Calculum. ENCEL. *de Metal. l 3. c. 22.* 8. Percarum.

9. *Lapides Mustleæ Piscis* certo experimento malo Epileptico puerorum medentur. WELSCH. *de Ægagrop. p. V.* De iisdem D. *WENCESL. RAPHANUS Med. Oppav. ms. Epist. ad D. Laur.* SCHOLZIUM *Med. Vratislav. 26. Mart. 1581.* in *spinæ* initio certi piscis, Germ. Olruppen/inveniuntur exigui *lapilli*, qui Annulo inclusi & gestati, ita, ut nudam cutem attingant contra ardorem ventriculi mirè opitulantur, & qui crurum vel digitorum pedis spasmo, vulgo gotte grampe, vexantur, eos ab insultibus crebrioribus præservant, quòd ego aliquot Exemplis demonstrare possem. 9. Mustelæ. Observatio

Sic & *lapides in capite Capitonis*, Rajæ, *Soleæ, Buglossi.* MOCK *de Concret. p. 79. in capite Luporum, Canthari, Lari, Menæ, Cestri* PORTA *Phytogn. l. 5. c. 30. in cerebro Cinedie piscis.* JONSTON. *Admir. Fossil. c. 25.*

§. XVIII. Nunc *revertendum ad lapillos, sive oculos cancrorum seu Astacorum*, quorum in gratiam reliquorum Lapillorum compendiaria facta fuit mentio. Regressio ad Lapillos Astacorum

Ipſorum Deſcriptio. *Ipſorum lapillorum elegantem deſcriptio-nem* exhibet OLAUS WORMIUS *Muſ. l. 2. c. 8. f. 59.* Ex *cancris ſeu gammaris* lapi-des petuntur, quos *oculos cancrorum* vocant, non quòd eorum oculi ſint, ſed quia quo-dammodo aliorum animalium oculos figu-râ repræſentant. Lapilli ſunt diverſæ ma-gnitudinis ut plurimum piſi majoris par-tem dimidiam æquantes, albicantes; duri, ſcabri, eâ parte, quâ corpus Gammari te-gunt compreſſi & ſinuati, quâ cruſtam ro-tundi ſeu hemiſphærici, non circa oculos, qui extra illorum corpus protuberant, ut quidam volunt, ſed in capitis ſummitate ſiti utrinque unus, nec quovis tempore in iis inveniuntur, ſed cum exuvias deponunt & novam Cruſtam acquirunt, creſcunt & decreſcunt. Plenilunio creſcunt, præſertim in fœminis. Hæc *vir curioſisſimus*; quibus

Magnitudo varia, color varius. quoad magnitudinem *ex propriâ Experien-tiâ* addendum, & in noſtris viadrinis Gam-maris, & è vicinâ Poloniâ magnâ copiâ ad-vectis magnitudine lapillos iſtos piſum ma-jus, multò ſuperare, & colore, ſi vivis exi-mantur, cœruleo vel cyaneo, ſi coctis, ex ru-bro ſubpalleſcente. CARDANUS, hos la-pillos putat *gammaris* egigni in oculis cor-tice depoſito duriore, cum mollem induunt, & tunc fieri maximos abſumtâ Materiâ cor-ticis

ticis in lapidibus, adeò, ut ex ipsius mente, novæ Testæ â Cortice horum lapillorum, ortum trahant. Negat rectius hoc *HELMONT. c. 7. de Lithiaſ. §. 31.* esse oculos ♋. Extractam Essentiam â totâ Bruti Testâ, licet sic jusserit Paracelsus, siquidem per plurimas atque uniformes Cancrorum dissectiones aliud oculatus Testis invenit, cujus verba scitu necessaria huc transcribere non inconveniens erit. Subnectam, *inquit*, hoc loco meas *observationes de lapidibus cancrorum*, quas nunquam ab alio adnotatas vidi. Per dissectiones comperi, quæ sequuntur: Stomachum cancri esse in capite propè verticem. Mares quotannis ægrotare incipiunt â Mensis Junii medio: fœmellæ dein in Julio ante Testarum exuvium. Sunt per dies novem & amplius, velut semiexanimes ac immoti. Ea tempestate stomacho illorum exterius obducitur membranula nova, inter quam & stomachum veterem, est liquor quidam lacteus, qui sensim exterius in globum stomachi convexum, quâ parte attingit, obducitque stomachum veterem, contrahitur utroque latere in concavum, stadimque lapidescit. Ideoque (penè incredibile) vetus sive interior stomachus sensim in mucilaginem alimentariam absumitur, exteriorque ac novus alter stomachus

Helmontianæ observationes de oculis ♋. Locus ubi inveniantur?

in vicem absumti, succedit. Siquidem isti lacti ad stomachi veteris convexum subnato obtenditur statim pellicula per modum lacti tepenti solitum, crescitque Lac istud inter utramque præfatam Membranam, utriusque scilicet stomachi. Quæ cuncta ducentis fortè cancris dissectis dietim observavi jucundâ admiratione. Tandem residua pars lactis cancro cedit in alimentum. Postremò etiam uterque lapis iterato sensim dissolvitur, & in nutrimentum paulatim abit. Nihil autem Cancer edit, aut in ejus stomacho reperitur, quantisper isti lapides sunt in stomacho ejus, vivitque 27. circiter dies, tàm ex veteri suo stomacho sensim absumto, quàm ex usu resolutorum postea lapidum. *Jucundæ* quoque *observationes* Helmontianas confirmantes, quas *Joh. WEPFERUS 1665. 21. Febr. Scafhusiâ Helvet. ad me misit*: Pro certo credidi, *inquit*, lapillos illos in cerebro sitos esse: authores consului Gesnerum, Agricolam, Bellonium, in præconcepta opinione à cunctis confirmatus fui. Tamen nec auctoritatibus acquiescere volui nec potui, qua de causa ultra 40 Cancros unico die veritatis investigandæ gratia, an Helmontio assentiendum, perlustravi. Crustam in omnibus primo detraxi, dein stilo tenui in cerebro lapillos quæsivi, ibidem

ibidē cum non occurrerent, ad alias proximas transiì partes, ventriculum ossiculis suspensum mox offendi, qui ventriculus cerebro adjacet, eo aperto lapillos cava parte se contingētes in ejus cavitate reperi. Lapillis non omnes præditi, quos durus texit thorax, iis privati fuere, quos mollis, integros obtinebant, quos duriusculus parum absumtus. His perspectis admirationem deposui, & Helmontio assensum præbere coactus fui.

§.XIX. *Oswald. GREMBS Arbor. Hom. l.I. c.7. f.3. §.12, Lapillos* ♋ ex semicascato & semipetrificato succo fieri statuit. Consentit clarisf. *SENNERT. in de Conf. & Diss. Gal. & Chym. c.XI.p.181.* cùm passim succus lapidescens in terrâ & aquâ reperiatur, & terra quævis plantarum ferax plurimum salis in se contineat, qui plantis in alimentum cedit, non mirum, quòd succus ille lapidescens, aut sal coagulans, si non rectè separetur & excernatur, in corporibus humores, quibus conjungitur in lapideam duritiem facilè convertat. Immò cum pars quælibet sibi simili succo nutriatur, quicquid in alimentis est ejusmodi succi & Spiritus, & salis coagulativi in animalibus, ad ossium, Testarum, lapillorum, quales in Hirundinibus, conchis & astacis, & aliis plurimis

Ortus lapillorum gam marinorum

 rimis

rimis inveniuntur, constitutionem & generationem consumitur; id quod ipsa Experientia testatur, in ipsorum resolutione talia pleraque ferè nihil aliud esse, quàm sal, aut certè copiosissimum salem exhibeant.

Conjectura, cancros tempore latibuli sale centrali nutriri.

§. XX. Hæc & alia conjecturæ ansam dederunt, *Astacos* tempore *Latibuli nutriri* in terræ cavitatibus *Sale centrali Balsamico*, quod singulari Naturæ instinctu attrahant, de quo cap. 19. §. 6. & c. 24. §. 9. Ex hoc *Sale centrali* (mutato tempore Veris & Æstatis nutrimento) coagulato generari *lapillos* istos credibile, & cum eo rursus resoluto tempore crustæ exuitionis utantur, eorum beneficio videntur mancisci robur innovandæ Testæ, novæque producendæ. *Conjecturam* hanc fulcire videtur, quod *Gammari*, seu *Cancri fluviatiles* nostri, Littora inhabitantes, & terræ antra perreptantes lapidis his instructi, non item reliqua crustata marina hyberno etiam tempore in maris fundo degentes. *Dubius basis, an marinis* quoque *crustatis similes insint Lapilli.* Itaque cum ad eximendum hunc scrupulum sententiam *Dn. D. Joh. Dan. MAJORIS Collegæ curiosi suavissimi* amicè sollicitassem in *Respons. 24. Nov. 1664.* Hamburgo ad me datis ita candidè mentem aperit: *An Locustæ seu Carabi, Astaci marini, Squillæ,* & for-

Solis gammaris fluv. non reliquis crustatis lapilli innati.

Observatio

tè *Granciporri* etiam noſtri, & *Paguri Venetii* lapillos geſtent in capite more fluviatil. Gammarorum, equidem etiam dubito. In Granciporris pridem, ſed fruſtrà quæſivi. Sed fortè incommodum Menſis tempus incidi. Ea v. Sententia tua vero mihi videtur valdè ſimilis, quà de Lapillis fluviatilium ſtatuis, Materiam illorum deberi Sali centrali Terræ coagulato. Certè lapillos iſtiusmodi vix eſſe excrementitium quid, aut meras faces tartareas liquoris nutritivi, determinata ipſorum figura, color, durities ac tempus naſcendi indicant. Plenius adhuc conjecturam meam confirmavit *Exc. Joh. Theod.* SCHENCKIUS *Prof. Jenenſ. Clariſſimus* Literis *3. Kal. Jan. 1665*. ad me datis. Quæris ex me, *inquit*, *an Aſtacis marinis & Locuſtis, ut fluviatilibus, lapilli* inſint? Memini, cum Patavii viverem, Venetiis venales apportatos fuiſſe, quos illi idiomate vernaculo *Panocchie* vocant, an quod tumoribus iſtis oblongis in Ingvinibus, Bubones qui dicuntur, obortis figura reſpondeant, an, quod iisdem pro remedio ſint. Nam ad ulcera & abſceſſus Cancrorum cato παγχρηστος. Conſtant cruſtâ molli tenerâ, quæ coctura non multùm indureſcit, totum corpus παγκρεατικὸν fermè, ſicque more fluviatilium tenellorum unà cum

Alia obſervatio.

cruſtâ comeduntur. Carnem ſapidam, mollem, tenerrimamque, elegantis figuræ corpus oblongum commodè expreſſum ære apud Gu. Rondeletium ſub Squillæ mantis nomine. Nullum v. veſtigium lapideſcentis Materiæ deprehendere potui, nec ex his oculos, quos vulgò vocamus Cancri erui, incolæ Piſcatores tam coqui petenti mihi affirmaverunt. Quin quod mentem horum confirmare videtur, in nullo marinorum genere contineri lapides iſtos oculi teſtantur, quorum ideò pretium iſtic pluris æſtimatur, cùm minor eorundem, loco velut minùs habili, ſit proventus.

An lapilli gammari in utroque ſexu.

§. XXI. *In lapillorum Aſtacorum fluviat.* conſideratione *idem SCHENCKIUS literis alleg.* memorat, ſibi dubium non leve Amicum quendam injeciſſe, *an in Aſtacorum* fluv. utroque ſexu reperiantur. Feci periculum, *inquit*, & in fœmellis iſto tempore, cùm ova ſuſcepere, foraſque ſubtus caudam alunt, nullos deprehendi. An locus generationis ſit in capite, quo præſentes oſtendimus, & utrùm illuc continò perſtent, dubitare me fecit, quòd viderim iſtiusmodi Lapillum in ventriculo, qui ſenſim diminui conſpiciebatur, in capite verò iſtius animalculi nullus. Ejus cauſsâ colloquebar cum Collegâ b. m. *D. Mœbio*, qui id *idem*

De loco ubi hæreant obſervatio.

idem observaverat, ratus, eum generari in capite, sed generatum facili viâ descendere in ventriculum, illicoque resolvi, maximè tùm temporis, quo priorem sive veterem crustam decedere Natura instituit, ad novi subsequentis solidiorem consistentiam; præstare solutam hujus Petræ substantiam id idem in *cancris*, quod cortici ovorum exteriori excrementum illud in Gallinis stercoreum album cretaceum, quod ex renibus eorum descendit, cùm ad oviarii fundi partem decliviorem ampliorem que iisdem allinitur. *Gn.HARVEII* de judicio. λίθον τςι- ωτικὸν sanè resolutivumque tartareæ compaginis *liquor lapidum* horum infallibile audit, ut putem ad crustaceas istas vestes Cancrorum annosas (nec enim omni anno statim atque adoleverunt, spoliantur) emolliendas menstruum hoc, subjectaque ab ὑποθεσμίᾳ liberandas efficacissimè operari. *Hactenus Vir celeberrimus egregiâ de Naturâ horum lapillorum*, ut plura addere vix possint, de *usu* vero illorum *infrâ l. 2. sect. 2.* speciatim; *Nec non de Temperamento effectibusque agetur.*

Quis usus Physicus.

§. XXII. *Unicum nunc addo* à quibusdam observatum, *lapillum Cancrinum* Aceto rigatum *motu locali moveri*, testibus *ZIMARA, Antr. Magic. part. 2 p. 66. MIZALD. Cent.*

Observatio de motu locali lapillor. 95.

Cent. 8. §. 49. quod de lapide Trochite seu Astroite quoque (unde si ex eo testudo formetur, αὐτόματον reddatur admirandum) KIRCHER. *de Art. Magn. l. 3. p. 3. c. 2. p. 561.* & de Dracontio *And. BACCIUS de Gemm. c. 33. p. 177.* rotundo, Lupini figurâ, quem *Marsilius Ficinus* vidit aceto perfusum in rectum parumper moveri, inde in obliquum, mox ferri in gyrum, donec aceti vapor exhalasset. *Causam* non aliam puto hujus motus, quàm contrarietatem Spiritus Aceti agentem in Sal lapillorum, in qua ebullitione & mutuâ pugnâ iste motus violentior in lapillo, non aliter ac in solutionibus & conficiendis magisteriis menstrua acriora pulveres in fundo vitri residentes exagitant, & vario motu ascendendo & descendendo confundunt: pariter ac minera terræ nostræ sigillatæ Silesiacæ nondum lota vitro aquæ repletæ frigidæ injecta variè movetur, & ad latera vitri sæpiùs appulsa sonitum excitat.

CAPUT

Caput XV.

Gammarorum Divisio.

Et quidem quoad Magnitudinem, & quoad Locum.

§. I.

Astaci seu Gammari fluviatiles, vulgo Cancri, nomen habent â marinorum Astacorum formâ, καμμαρίδες Græcis. Aristoteles nomen non designavit, sed inter minutiora crustata, quę nomine carent, posuisse videtur. Quidam *Squillam fluviatilem* vocant. Romani ac Veneti *Gammarellam* & *fluviatilem Gambarum*, hodiernis Græcis καρὶς, Gallis Escrevisse. Flandris Krevits, Germ. Krebs/ Flußkrebs/ Süßwasser-krebs. Astaci fluv. nomina.

Differentiæ præcipuæ sumuntur *â magnitudine*, *â Loco*, & *Calore*; de prioribus hoc capite.

§. II. Fatendum quidem, *Astacos fluviatiles marinis magnitudine* & corporis proceritate tantùm cedere, quantùm fluviorum aquæ ipso Oceano Patri; sua tamen in specie fluviatiles sat magni. De marinorum Crustatorum magnitudine sat miranda notarunt Differentia à Magnitudine.

tarunt

Marinorum crustatorũ magnitudo.
Homines devorantes cancri.
V. Tab. II.

tarunt Authores. *Circa Syrtes Indicas*, vulgo Baixos d' India, intra Insulæ Madagascar & Mosambaique confinia *tàm magni Cancri* reperiuntur, qui *Chelis* Homines medio tenus arripiant, & arreptos secumque in Abyssum deportatos devorent. *BERTIUS in Tabul. Geograph. Contr. p. 50*. Sic & *MAIOL. Colloq. 9. p. 377.* ex *Alberto Magno* citat, *Occidentalis maris Cancros* adeò grandes esse, ut Homines mergant forcipibus eos prendentes, quod circa Hebrides & Orcades Insulas ab *Astacis* non in frequens esse *OLAUS M. l. 12. & GESNER. de Aquat. f. 125.* attestatur. Pariter in *Orientalibus plagis* tanta vis & *moles Cancrorum*, ut formidentur ab Hominibus. Refert *NIERENBERG. l. XI. Hist. Nat. c. 63.* ex *Linschotano* Nautas in nave ædificandâ occupatos, in periculis funestissimis versatos fuisse, propter *Cancros marinos*, qui tâm grandes & sævi ex Oceano in vadum agminatim proruperunt, ut operarii firmatis vallis se continere & excubiis tueri cogerentur, tantâ Corporis vastitate & robore, ut quemcunque *Chelis* arripuissent, hunc illico obtruncarent, & obtruncatum vorarent. *Franciscus DRAKE* felicissimus antè maris perscrutator, infelicissimus denique famam suam non parùm oblæsit miserando exitu. Dum

Dum etenim *carne Cancrina* Sociorum famem mitigandam quæreret, *in Insulas Cancrorum* armatâ manu hostiliter Ao. MDCV. illatus, stragem ederet ibidem plurimam, *Cancrorum* posteà avidissimis forcipibus expetitus, mirè discerptus est, uti ex *CLUSIO in Exotic. transscripsit Dn D. FEHR Collega curiosus* suavissimus *in Lit. 26. Apr. 1663. Alexandrinos Astacos* olim magnos pronunciavit *ATHEN. l. 1. c. 3.* hodiè sat magni *Astaci Ægypto* extracti, & in Belgium delati monstrantur *in Theatro Anatomico Lugduni Batavorum*, pariter ac *Chela* grandis *Astaci ex Indiâ Orientali*, nec non *Cancer* integer ex Regno Lacatra Ind. Orient. à *D. Justo Heurnio* ad fratrem Ao. 1626. *D. Othonem Heurnium* missus, quibus Chinenses vescuntur, de quo posteriore *HEGENIFIUS Itiner. Fris. Holland. p. 108.* In Galliæ maritimis Locis non infrequentes *Astaci marini*, quales aliquoties *ipse Monspelii* degens observavi magnitudinis non contemnendæ. Sic apud Vascones in pago Chartein inter Morniacum Castellum & Rupellam 1598. testatur *HENZNERUS Itinerar. p. 62.* se comedisse *Astacum* seu *Gammarum marinum* Escrevisse du mer, duos pedes longum, qui patinam haut exiguam solâ carne repleverat integram, non absimilem illis, quarum

rum meminit *GESNER. Aquat. f.126.* se vi-
disse *Locustas*, quarum una integro conv-
varum numero Mensæ assidenti pro cibo
suffecerit.

Astacorum fluviat magnitudo.

§. III. Sic & in *fluviis* quibusdam *magni-
tudine conspicui Astaci fluviatiles. Majores*
Germ. simpliciter Krebs / vocantur, ma-
griores reliquis ab Helvetiis Edelkrebs,
quod Nobilium Mensis frequenter adhi-
beantur. *Minores* verò, quales plerumque
petrosi.

Locus ubi libenter degant.

§. IV. *Quoad Locum Astacis* destinatum
miranda opera Naturæ & Naturæ Parentis
DEI, ut quædam terræ, sic & fluvii aquæ-
que Bestias ament, aliæ rursus non tolerent.
SYLVEST. RATTRAY p. 33. de Sympath. u-
loca fermentorum generalia facit *alia* in
Septentrione, ut Taxo, Cochleariæ; *alia*
in Oriente, Piperi, Aloë; *alia* in occidente,
Peto, mirabili Peruvianæ; *alia* in Austro,
Stæchadi, Rhabarbaro. *sic* loca fermento-
rum in particularibus Regionibus, ut Sas-
safras in Florida, China in Chinâ proveniat,
constituit; ut vegetabilia, sic Animalia ha-
beant sua Loca determinata & fermenta.
De quo *VIRGIL. l. 2. Georg. v. 109.*

Nec vero Terræ ferre omnes omnia possunt;
Fluminibus salices, crassisque paludibus
alni

Nascun-

Nascuntur, steriles saxosis montibus Orni.
Cornicem viderunt Athenæ nunquam, ut nec Creta noctuam, & si inferatur, ei lethale, nec Rhodus Aquilam, nec ager Fidenas Ciconiam. *PLIN. l. 3. c. 5.* Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit, Ranæ in Seriphio Insula mutæ, aliò translatæ coaxant. *Idem l. 8. c. 58.* nec Anglia Lupos. *Vid. LOEL. BISCIOLA Tom. I. Hor. succis. l. 14. cap. 16.* Sic in *Hispaniâ*, licet flumina *negent inveniri ibi Cancros fluviatiles*, contra in Galliâ frequentissimi, item in Pannoniâ, in Helvetiâ, in Germaniâ; etiam in fluviis Americanis invenire referunt Navigatores. In fluvio Lydiæ Haly *Cancros* invenit *BUSBEQU. Ep. Turc. I. p. 89.*

In Portugalliæ tamen fluvio Callipodi Ptolemæo, hodiè Salano, ubi salsis intermiscetur aquis ingens *Gammarorum* pectinumque proventus, *ex l. 2. Andr. RESENDII Antiq. Lusit. Laet descript. Lusitan. p. m. 38.* Ex *Crustatis* locustæ petrosis plerumque locis vivunt, Cancri mollibus, & secundum ARIST. l. V. Hist. An. c. 17. gignuntur Gammari apud Hellespontum & circa Thasum, Locustæ circa Sigæum & Athon: Astaci in Oceano multum populares; Locustæ tamen in eo maris tractu rariores. *BELLON. l. II. H. Aquat. c. 3.* Locustæ etiam in

Oceano Indiæ Occidentalis. Mare etiam Indiæ Orientalis, quæ Cananoram circumfluit, plurimas alit. Aſtaci circa Methymnam optimi: majores Alexandrini.

Inveniuntur potisſimùm *Gammari ſ. Aſtaci fluviatiles*

1. *Vel in fluviis* tàm majoribus, quàm minoribus, ipſorumque marginibus inhærent.

2. *Vel in rivulis, petroſi* dicti, Græcis πετραῖοι, ſaxatiles, Alb. M. lapidoſi, quod ſub lapidibus degant, Steinkrebs / Thalkrebs / von den Thalen und Löchern. *GESNER. f.193.*

3. *Vel in Lacubus* Lacuſtres, qui in piſcinis & Lacubus aſſervantur fluviatilibus ſapore inferiores.

Gammarorum copia. §. V. In *Galliâ* ad urbem *Eſtampes* inter Lutetias & Orleanum in fluvio Junnâ optimi *Aſtaci fluviatiles*, & tanta copia, ut mater illorum nominetur, qui fluvius propè Corbolium Sequanæ infunditur. *ATLAS minor part. 2. p. 43. 6.* In *Creta* rivis, fluviatiles

In Gallia. In Creta. *Cancri BELLONIO viſi l. 1. c. 5.* In Græciâ dum montem Athon tranſiret, rivum invenit Idem cancris adeò abundantem, ut vel mille ſtatim capi potuiſſent. *BELLON. l. 1.*

In Belgio. *c. 46.* Præter *Locuſtas* ad miraculum bonas in *SCALDI* Belgii fluvio *Lud. GUICCIARDINI*

DIN. *descript. general. Belg. p. XXV.* incredibilem deprædicat Luxuriem *prægrandium cancrorum & gammarorum. ib. p. 26. & p. 28.* *MOSELLAM* laudat, in quâ maxima Piscium, *Locustarum*, & *Gammarorum excellentium* copia. *Gammari fluv.* maximè *in Pannonia* frequentes, ubi carri multi iis onerantur aliò exportandis, & Viennæ supra 30. carros Astacis onustos non semel numeravit *JUL. ALEXANDRIN.* in foro, quod ab hisce Gammarium vocant.

In *SILESIÆ* nostræ *Viadri fl. Loba, Weida*, aliisque *gammari*, ut magnitudine conspicui, sic sapore gratissimi, copiâ innumeri. In Silesia.

Vicina *Silesiæ Polonia* gammaris abundantissima. Memini antè paucos Annos Polonum in hanc urbem *Vratislav.* integrum currum *lapillis sive oculis cancrorum* onustum apportasse, aliquot modios illorum continentem, qui â Pharmacopæis nostris ad plurimas librarum centurias coëmti fuerunt, & testes locupletissimi tàm magnitudinis, quàm multitudinis *gammarorum*, è quibus eruti, & ex hoc ungve Leonem novisse licuit. In Polonia. Observatio.

In *Marchiâ quoque Silesiæ* vicinâ, quamq; Viadrus translabitur, *Astaci fluviat.* frequentissimi, notante id, præter experientiam propriam, *JODOC. WILLICH. de Arte* In Marchia.

In Franconia.

Coquin. c. LXI. p.185. Meminit *ſingularium Aſtacorum fluv. in Franconiâ in WIERA* fluviolo Schvvinfurtum alluente *Curioſorum Lumen Cl. D. Job. Michael F E H R in litteris Schwinfurto ad me datis,* quos vocant Goldkrebſe/ qui quidem reliquis non diſſimiles, nec ſingularis ſpecies, ſed quòd leviter coctis transſudet aureus quaſi liquor è cerebello horum Aſtacorum fluviatil. inſtar olei è vitellis ovorum, qui lateribus ſuperioris Cruſtæ intus adhæret, liquorique quandoque ſupernatat in cavitate cruſtæ reſidenti, optimi coloris & ſaporis jucundiſſimi. Pingvedo verò iſta adſcribenda terræ illius fœcunditati, ſolum namque illic uliginoſum, quod produnt profundiſſimi *cancrorum* cuniculi, & ranarum multitudo, quibus per venaturam correptis aſſiduè veſcuntur, nec non crebræ flammarum ſub ſereno cœlo factæ eruptiones ac ignes fatui neſcio quibus Lemuribus ac lucumonibus à plebeiis adſcipti. *Et hæc de Cancrorum copiâ & loco natali ſufficiant.*

CAPUT

Caput XVI.
DE COLORE CANCRORUM, & quidem in genere colorum Natura & varietas expenditur.

§. I.

Nunc *Crustatorum de colore* multivario, tàm *crudorum*, quàm *coctorum consideratio* subnectenda venit. Antequam verò istud Pensum absolvatur, *quædam de colorum Naturâ, ortu, & varietate præmittere* placet, cùm *colorum consideratio* maximè *necessaria sit Medico*. Quæ non considerandæ *terrarum* Medicinalium varietates, ratione colorum, quarum aliæ albæ, nigræ, luteæ, rubræ, purpureæ, virides, cœruleæ, cinereæ, fuscæ, *WORM. Musc. l. 1. c. 2.* Quæ non *florum* colorata spectacula, siquidem colore in floribus alii bicolores, alii tricolores, inquit *THEOPHRAST. de Plant. l. 1. c. 21.* In uno Tulipæ flore non semel quatuor observavit colores *BODÆUS à Stapel Comm. in Theophr. l. a. f. 62.* qui ibidem quoque refert colorum in floribus adeò maximam differentiam, ut non tot species

Colorum consideratio generalis.

Medico colorum consideratio necessaria.

In terris.

In floribus.

colorum, quot in his spectentur, pictoribus cognitæ. Cùm enim omnes species colligere ex floribus voluisset, pictoresque optimos adiisset, qui cunctas exprimerent, nullum unquam, qui id præstaret, potuisse invenire; sic Naturam in hisce superasse humanum Ingenium. Quæ *non colorum varietas in gemmis?* alibi Carbunculorum ignis, alibi fulgens Amethysti Purpura, alibi virens Smaragdi mare, nonnullis aureum lumen, rubro quædam, nigro aliæ scatent Sulphure. Præter hæc *Medico colores* obveniunt in considerandis *sputis*, *alvi excrementis*, *urinis*, *sudoribus*. Denique colores Medico objicit *facies ægrorum Hippocratica* dicta, quando canente *Excell. Carolo Spo-NIO in Sibyllâ Medica Prognost. Sect. L* ...

In gemmis.

In homine.

--- --- color faciei totius inter
Luteolum viridemque anceps, aut versus atrum,
Liventemque, vel assimilem quodammodo plumbo.

Colorum natura difficillima.

§. II. Ut vero *Colorum Natura* indaganda necessaria Medico; sic *Colorum Natura* omnium in *Philosophiâ difficillima* censetur SCALIG. *Exerc.* 125. §. 1. Latet eorum Natura in profundissimâ caligine humanæ inscitiæ §. 4. & ut colores visui manifesti, sic eorum Essentiæ obscuræ intellectui §. 20.

KIRCHER. *Mund. Subt. l. VIII. f. 1. c. 5.* Colorum ut claram sensui; sic obscuram intellectui esse Essentiam affirmat; tantam namque eorum multitudinem, ut in nullo operum suorum natura uberius aut majori ambitione opes suas commendasse videri possit. Testatur *J. Bapt. PORTA in Proœm. l. 9. de Color. ex Refract.* se in eorum causis inquirendis plùs 40. Annos exili admodùm progressu posuisse, ut non mirum, si de Colorum Natura tot variantium Authorum sententiæ, quas præcipuas enumerare non inconveniens erit. Enarrarunt Colorum genium pro virili *Vidus ANTON. SCARMILION. ANTON. TILESIUS Cosentinus* singularibus Libellis, *ERYTHRÆUS* in Indice Virgilian. memorat editum â se *de Coloribus* Libellum, & *Georg. PANCHIMERII de Colore l. 12.* citantur ab *ALDROVANDO de Exsang. f. 105.* Expectamus quotidiè solertissimi Naturæ Indagatoris *ROBERTI BOYLÆI* promissum *ex Collegio Experimentali Experimentorum robore fulcitum de coloribus opusculum*, & sparsim de coloribus egerunt veteres & recentiores Physiologi.

Aûthores de coloribus.

§. III. *Peripateticos* vulgares, non solidius quid statuere, quàm cœcos de coloribus, judicat *Anton. DEUSINGIUS Examin.*

Colorum causę.

1. Transparentia & opacitas. *de Pulv. sympath. p. DVIII.* ARISTOTEL. cujus sententiam adducit CABEUS *T. I. Text. 23. Comm. Meteorol. quæst. I. f. 131.* docet *colores* fieri, dùm Lumen transsit per medium magis spissum, & refractionem suscipit Lumen in aëre; seu *Colores oriri ex admixtione Luminis cum opaco.* Idem ARISTOT. *L. de Sens. & sensil. c. 3.* colorem esse extremitatem perspicui in corpore terminato. *Fortun. Vopisc.* PLEMPIUS *Ophthalmograph. l. 2. c. 8. p. 88.* *Colorem* putat esse certam perspicui lucidi & opaci Proportionem Corpori insitum suâ specie pingentem aërem ad vision m faciendam; aut ut iisdem ferè verbis *Joh. Gerard.* VOSSIUS *de Idolol. G. l. 3. c. 24. p. 846.* *Color* nil aliud, nisi Proportio diaphani & opaci intermixta luce. Hujus sententiæ Propugnatores faciunt cum *Vitellione* Colorem Lucem incorporatam, aut cum KEPLERO Lucem sepultam in pellucidâ materiâ, quod ob certam perspicui cum opaco commixtionem adsociatâ Luce color emicet. Iidem lucem non tantùm causam esse Colorum inductionis ad visum, verùm etiam Essentiæ ipsorum: & in tenebris absente lumine verè & Essentialiter adesse Colorem, actu visibilem, ut actu color, licet tunc non videatur, tamen natus ut videatur. PLEMP. *l. a.* Fusiùs hoc expli-

explicat *CABEUS l. 4.* qui *ratione Sulphuris* luminosa facit corpora: quamvis pars 🜍ea luminosa sit, *inquit*, ex suâ tamen imperfectione opaca est & luminositatem opacitate minori vel majori temperat, & consequenter Lumen à se productum diversis tingit coloribus. Hæ partes 🜍eæ licet luminosæ sint, dùm sunt separatæ & sejunctæ à mixto, & facilè accensibiles, dùm tamen sunt in mixto, & cæteris partibus conjunctæ, retardatur & retunditur earum vis, & remanent solùm in potentiâ luminosæ & non actu. *Fiunt* autem *actu luminosæ â Lumine externo*, puta Solis vel Candelæ, quod lumen externum, dum per medium diaphanum defertur ad aliquod corpus non diaphanum, illæ partes 🜍eæ illius Corporis, quæ sunt in externâ superficie, recipientes illud lumen, fiunt ex potentiâ luminosis actu luminosæ, & quia ex suâ speciali Naturâ luminositatem habent taliter cum opaco temperatam, sic lucent tali luce, hoc est, talem referunt Colorem. Poëtæ hic Physicos agunt, requirentes *Lumen externum ad actuandos colores*, quando unus canit: Transparentia à sulphure secundum Cabeum.

--- *nox abstulit atra colores.*

Et alter: *Rebusque jam color redit*
Vultu nitentis sideris.

Denique hujus sententiæ Propugnatores

Lumen vocant, quod est in indeterminatâ parte perspicui Lumen, quando verò pervenit ad determinatam partem, & ibi sistitur in superficie, colorem nominant. Licet namque eadem Natura in partibus interioribus & exterioribus, ejusdemque rationis utrobique sint partes; tamen quia saltem exteriores à Lumine externo actuantur, & accenduntur, ut reddantur luminosæ, fieri ajunt, ut *in superficie* saltem *dicatur Color.*

Alia colorum ratio secundum Cartesianos. Motus lucis corporeæ.

§. IV. *RENATUS CARTESIUS* Philosophus nostri seculi acutissimus, ut explicet *Colorum Naturam, Lucem* facit *corpoream* substantiam, & materialem, non imaginariam Qualitatem, notante *Ant. DEUSINGIO Prof. Groning. in Exam. Pulv. sympath. p. 263,* & fusiùs de hâc Luminis corporeâ substantiâ emanativa *Idem DEUSING. in Theatr. Natur. Univ. part. I. Disp. 3. Quæst. I.* Lucem *ajunt considerari, vel* ut est substantia materialis universam Aeris Sphæram replens, & omnia spatiola vacua Aëris, Terræ, & Aquæ explens; hanc non magis lucidam esse sic consideratam, quàm tenebricosam, absente enim Sole non lucere, velut & quæ in intimis terræ visceribus continetur: *vel considerari,* ut sit substantia, quæ *Lux* vocetur, quæ radiet sitque actualis nisus, seu propensio ad motum. Itaque cum omnia corpora

corpora Experientia teste poris perviam hient, & hi meatus Materiâ quâdam fluidâ & subtili sint repleta, itaque Lucem serie non interruptâ ab Astris ad nos extensam esse, atque ob novum continuum Effluvium ab Astris perpetuò moveri conari. Lumen ergò sive *Lucem in corpore luminoso nihil* aliud esse, quàm nisum, aut potius non tàm motum, quàm propensionem ad motum, loquente *CARTESIO Dioptr. c. I. §. 8.* quâ Materia illa â centro sui motus recedere nitatur. *Radios* nihil aliud esse ajunt, quàm Lineas rectas, secundùm quas ille Materiæ subtilis fluidæque nisus quoquò versum tendat. Dari tamen corpora, quæ dùm luminis radiis percutiantur, eosdem suffocent, & omninò robur illorum frangant, qualia sunt, quæ *nigra* appellentur. *Id. ib. §. 9. Lucem* veverà corpoream esse substantiam, attestatur *DEUSING. Exam. pulv. symp. p. 261*, quæ ipsa, quâ formaliter Lux est, ἐνεργείᾳ quâdam promtâ ac vivida â corpore lucido quoquò versum nitatur, seu diffusivo quodam sui conatu vergat quoquo versum secundùm lineas rectas, donec impediatur. Hanc *lucem* genuinum esse *visus objectum*, sine quâ ne quidem *ipse color* possit videri. *Ib. p. 286. Colorem & lucem* â re lucidâ propagari, atque sensuum organis communicari,

cari, non aliter ac species diffundantur â subjecto, & esse affectionem quandam repræsentativam subjecti, â quo diffundatur ipsi aëri, vel corpori subtilissimo omnium, aëri interfusa omnia permeanti (quod æthera, aut Spiritum Mundi vocant) primò seu immediatè eoque mediante Corporibus distantioribus communicatam vi habitudinis particularum, quæ in ipso subjecto insint, adeoque â subjecto per medium tale propagatum, non sine motu aliquo, aut saltem actione vividâ per aërem, aliaque corpora intermedia ad objecta distantiora pertingere. *DEUSING. l. a. Sect. 3. p. 143. Plura de colorum Naturâ ex principiis lucis corporea CARTESIUS Dioptric. cap. I. §. 9. 10. & Meteor. c. 8. §. 4. 5. 6. 7. 8.* nec non *Regius Prof. Ultrajectinus in fundament. Phys. c. 11. p. 265.* Cartesianis tamen hic litem movet

Objectio. *ISACUS VOSSIUS*, quando *in de Natur. lucis cap. IV.* Cartesii opinionem examinat, *& cap. 7. p. m. 13.* asserere conatur: Radios lucis non esse corporeos. Quin & illustrissimus *DIGBÆUS de Corp. Nat. cap. 31. pag. 349. de Cartesianâ sententiâ sic candidè judicat:* Cartesius, *inquit*, quando lucis Naturam in motu consistere statuit, *colorum etiam* rationem incerto quodam motus genere constituit, juxta istam opinionem vereor

teor, ne impossibile sit, solidam experimentorum, quæ occurrunt, rationem reddere.

§. V. Parùm abludit â Cartesianis *Thom. WILLISIUS in erudito de Fermentat. tr. c. 10. p. 74. Atomorum* Doctrinæ favens, *Colores* & rerum imagines ex suâ Naturâ non existere, sed velut spectra tantùm aliunde *ex radiis lucis* apparitiones suas mutuari; nihil, *inquit p. 72.* cernitur, præter lucis radios directos aut reflexos. Quare *varia colorum apparentiæ* & diversimoda corporum simulacra: quicquid demùm oculis videmus, *lux est*, aut rectà nimirum à corpore lucido prodiens, aut ab alio corpore in Oculum retorta, inde in varias configurationes & chromatismos efformata. Cùm *lucis radii* â corpore luminoso rectâ pergant sine coloris, aut imaginis cujusvis apparentia, medium solummodò *Diaphanum* constituere, iidem si corpori solidiori occurrant, haut recta pertransire, sed velut refractos immergi, vel denuò reflecti. Ii lucis radii cuilibet corpori impacti (quia corporum visibilium asperæ superficies innumeris porulis & eminentiis præditæ sint) & circa superficies ejus asperas & inæquales variè refracti & distorti in oculum velut cum gyris reflectuntur, *diversa colorum Phænomena* faciunt, ex sententiâ ejusdem *WILLISII.*

Alia colorum ratio VVILLISII ob Atomorum diversam positionem & radios lucis.

Lucem

Lucem ergò statuit non tantùm illustrare medium, ut visio peragatur, verùm ipsam etiam visus creare objecta, & eadem in oculi penetralia inducere. Quòd autem alius atque alius color modò repræsẽtetur, isque diversimodè mutetur, (quòd *LAUR. STRAUS Auliater Hassicus in de Pulv. symp. p. 234.* tanquam rem difficillimam in Chymicis consuetam â *Digbæo* Ductore & Doctore sibi enodari postulatat) id *ajunt fieri pro diversâ particularum, quæ in subjecto colorato insunt, habitudine* ejusdemve mutatione. *DEUSING.Exam.pulv.symp. p.DVIII.* aut ut *WILLIS. c. XI. de Ferment. p. 87.* ait, quando particulæ intra poros & meatus liquoris conclusæ adeò sint minutæ & subtiles, ut in præceps datæ (in commistione) haud visu discernantur, neque ad fundum descendant, sed *tantùm ex earum situ & positione variè immutatis color* & consistentia liquorum alteretur. Ita vegetabilium & mineralium solutiones seorsim factæ Diaphanæ & claræ, invicem commixtæ colorem modò atrum, modò lacteum, rubicundum, viridem, cœruleum referunt.

Cur varia in Chymicis colorum immutatio?

Exempla.

Solutio ♄. cum ⊹ facta pellucida, cui si Oleum 🜍 infundatur, instar lactis albescit. ♉ cum ⏀ calcinat. aq. fontan. incoctum limpidam habet colaturam & inodo-

odoram, si acido perfundatur, croceum colorem cum fœtore pessimo acquirit. Solutio calcinati ♃ affusione ⊖ ♀. fit cærulea Infusio gallarum limpida solutioni vitrioli permixta fit atramentum, cui si Sp. ⊕ adjicias, liquor nigricans iste fit rursus pellucidus: quem tamen Oleum Tartari rursus in atramentum reducit. Tinctura Violarum cœrulea ol: ⊕ suffusa purpurascit, cui si de Sp. Corn. Cerv. aliquot guttulæ addantur, color purpureus in viridem mutatur. Lignum Brasilianum Aquæ communi infusum Tincturam gratè rubicundam vino rubello similem deponit, si acet. destil. parùm infundatur, fit liquor limpidus rursus, gutt. aliquot. Ol. Tartar. Colorem purpureum reducunt, ast Spiritus vitrioli infusus instar vini Hispanici pallidè flavescentem exhibet. *Alia similis farinæ exempla recenset STRAUSS. de Pulv. Symp. p. 234.* cujus inter alia experimentum de ☿ calcis vivæ aquæ affusione cinnabarim exhibuisse, larga ochram, aliquoties oculatus testis in præparatione hujus præcipitati nobilissimi observavi. Sic & dùm Balsamum ☉. purgantem ante aliquot Annos tentassem ex minerâ ♁. & ☉. cum ol. Butyr. ♁. extr. colatura limpida affusione aquæ calidæ colore Gummi de Pegu referre subitò visa est. Observatio

Et

Et quis omnia in Chimicis quotidiè obvi[a] recensere possit *Metamorphoseωn exempla*? Has *colorum ergò mutationes fieri â particul[is] minutis intra poros cujuslibet liquoris conten[tis], quæ quoad situm & positionem ab alio li[quore] quore diversimodè alteratæ, radios Lucis va[rie] riè transmittant*, multifariam refringan[t] aut reflectant, adeoque diversas colorum apparentias faciant, judicat *WILLIS. l. d[e]* *p. 89.* si enim radii Lucis ferè recta pertran[seant], seant, fieri colorem instar *aquæ fontanæ lim[pidum]:* si in transitu parùm refringantur, *citrinescere*: plus adhuc refracti, *ruborem* inducere: si incurventur adeò, ut non de[nuo] nuo emergant, opacitatem, aut *nigredinem* oriri; sin ab extimâ liquoris superficie sta[tim] tim reflectantur, *albedinis* Phasin creari. *ROBERT. BOYLÆUS in Chemist. Sceptic.* *Part. V. p. 213.* statuit corpora exhibere co[lores], lores, non ex eo, quod hoc illudve princi[pium] pium Chymicum in iis prædominetur; sed ex ratione texturæ eorum, & inprimis Dis[positionis] positionis partis ipsorum superficialium, qua Lux ad oculos inde repercussa, ita mo[dificetur], dificetur, ut pro ratione differentium im[pressionum] pressionum varie organa visus afficiat.

VVillisianæ sententiæ favet Digbæus.

§. VI. Illustriss. *KENELM. DIGBÆUS* *Tract. I. de Nat. Corp. c. 29. p. 335.* ejusdem ferè sententiæ, cùm describit, *Colorem Cor[porum]*

porum nil aliud esse, *quàm potentiam reflectendi Lucem ad oculum certo quodam modo*, & *in certâ positione*, adeoque nil aliud, quàm *superficiem* cum *asperitate* suâ vel levitate, cum poris vel eminentiis, cum *duritie* vel *mollitie*, & sic de aliis, quorum leges, limitesve si rectè observarentur, recteque ordinarentur, totam *Colorum* Naturam explicari posse. Duo namque, *inquit*, *idem* DIGB. *c.* 31. *p.* 349. sunt consideranda in corporibus lucem reflectentibus: *Eminentiæ & cavitates*, *durities & mollities*. *Quoad primum*, *Proportionem Lucis admixtæ umbræ variari*, prout *Eminentiæ istæ vel cavitates* invicem se superaverint, & prout earum alterutræ magnæ fuerint, vel exiguæ; Cavitates enim si cum eminentiis conferantur, umbræ Naturam referre.

Color varius ob corpora aspera vel lævia, dura vel mollia.

Duritiem & mollitiem partium efficere, ut lucem fortiùs vel imbecilliùs. i. e. magis minusve immixtam umbræ repercutiant: si enim in durum contumaxque incidat corpus, valdè reflecti, lucidoque colore se prodere, si verò corpus humore abundans penetraverit in laxis poris, se perdere, vel non omnino resilire, vel langvido fractoque conatu. *Colorum varietas ex varietate graduum densitatis & raritatis* oritur, *inquit idem* DIGBÆUS *Tr*. *I*. *c*. 29 *p*. 335. *Corpus*

Color ex varietate densitatis & raritatis.

pus penetrabile est poris & foraminibus fre-
quens, *molle*, humidum; *siccitas* contra, *duri-
ties* & partium compressio reddit impene-
trabile. Pellucida, quæ lumen transmit-
tunt, si arctiùs comprimantur, ut, cum
aqua concrescit in glaciem, visibiliora eva-
dunt, i. e. plùs luminis reflectunt, adeoque
fiunt alba (album namque est, â quo lumen
maximè reflectitur:) nigritiem contrà au-
get mollities, pingvedo & viscositas E. G.
in ligno, quod antè subfuscum oleo inun-
ctum evadit atrius. *Colores cerni benefi-*
VISUS, visum verò fieri repercussione luc-
â corporibus visis ad oculum *idem DIGBÆ-
US cap. 32. p. 359.* Lux hæc, *inquit*, ingre-
tur oculum imbuta qualitatibus, quæ in su-
perficie objecti, unde repercutitur, hæ-
bant, hoc est, fert secum plurimas ex minu-
tis Atomis, quæ â corpore, in quod incide-
rant, & à quo resiliit, ipsius vi decisæ, vel su-
spontè solutæ sunt, quæ commiscentes se
lumini unà cum illo subeunt oculum, cujus
fabrica colligendis & uniendis speciebus
apta est.

Kircheri sententia ex reflexione luminis fieri colores.

§. VII. Reflexione luminis in corpori-
bus diaphanis varios colores exhiberi A-
thanas. *KIRCHER. Itin. Ecstat. Dial. II. c.
5. p. 114.* quoque asserit. Per smicroscopium
ait, avium pennæ lustratæ, nil aliud viden-
tur

tur esse, quàm ingens plumearum fibrarum in morem vitreorum filorum translucentium ordine digesta copia; hæ pennæ cum insigni *Scabritie*, tametsi insensibili polleant, fit, *ut lux iis offusa* in tanta fibrarum plumearum & vitreo quodam rore concretarum agglutinatione mirificè refringatur, ut *pro variâ ad lucem applicatione mutabilium colorum varietas* in collis columbarum percipiatur. Habent namque diaphana corpora sub Angulorum obtusitate, aut acutie, vel sub inæqualium superficierum scabritie extensa id proprium, ex reflexo lumine, ex uno in alterum, ibidemque variè refracto mox innumerabilem variorum colorum copiam exhibeant, quod experientia in vitris trigonis, polygonis sive polyedris docet.

§. VIII. *Theodor.* MORETUS *Soc. Jes. Prof. Mathemat. solertissimus*, licet in eo discrepet, quod Atomorum Doctrinam excludat, â priorum sententiâ: *Refractionem tamen admittit*, se enim, Refractionem semper fieri, exploratum habere, quia nullum tàm durum, tàm solidum corpus, sive aureum, sive argenteum, quin radios luminosi aliquousque intus admittat. *Fusius* mentem suam aperit *literis Mens. Decemb. 1664. ad me datis*: Fui ego, *inquit*, aliquando hu- | Theod. MORETI de refractione sententia.

jus opinionis, ut assererem, mixtionem cor-
porum esse causam colorum, & omnia cor-
pora simplicia esse perspicua, atque adeò
ipsam etiam terram perspicuam reddi
quando ab omni mixtione separetur, quod
fit, quando mutetur in talcum vel vitrum
aut Crystallum montanam. Sic si *ex cane*
sustantiæ omnes extrahantur, & seorsim sin-
gulæ ponantur, credo nullam fore rubram
limpidas omnes. Sic aqua gallæ cum aqu
in quâ ⊕ liquefactum, & si utraque sit cla-
ra, mixta tamen est atra; Cera virgo & se-
vum liquidum in exiguâ guttæ quantitate
superpositum chartæ diaphanum est fe
instar aquæ; si frigefiant, adiaphanum,
utrumque albescit ob permixtionem cum
aëre. Hæc eadem permixtio dat nubib
& nivi albedinem ad album solem, sicut vi-
tro minutim contuso. Eodem modo, dum
madidâ calce parietes inalbantur, non ap-
paret albedo parietis, donec evaporet aqu
& succedat intermixtus calci aer. Sic char-
ta aquis madefacta, transmittit colores re-
tropositos, siccata minimè; quia expuls
aquâ intermixtus chartæ villis aër albedi-
nem & adiaphanitatem inducit. Eodem
modo cœrulei & rubri colores fiunt ex sim-
plicium & diaphanorum corporum per-
mixtione, etsi, qualis illa permixtio esse de-
beat

beat, ignoretur. *Perplexitatem mihi movet* Spiritus ⊕ & ⊖, quo si atramento scriptæ litteræ non pingves tingantur, evanescit nigredo, an forsan, quia mixturam tollunt, & Gallæ corpus jubent Spiritus isti evaporare? *Hæc MORET. in litt. allegat.* cui scrupulum in fine additum eximere posse videtur *WILLIS, c. II. de Ferment. p. 89.* duo pellucidi liquores simul commisti atramentum conficiunt, quoniam particulæ in utrisque contentæ invicem approximantur, & velut clausis ordinibus collocatæ radiorum lucis transitum inhibeant: quòd autem ab alio liquore infuso atramentum hoc denuò clarescat, fieri, quoniam infusi nova corpuscula particulas priores attiguas ab invicem dispertiant ac in ordinum clausorum aperturas adigunt.

Observatio de atramenti mutatione.

Causa hujus rei.

Idem MORETUS Mathematicus famigeratissimus litter. alleg. in sequentibus *priorem suam sententiam* ob plusculas Difficultates corrigere videtur, &, ut ante dictum fuit, *refractionem colorum causam admittere*, Ingens, ut â priore, *inquit*, sententiâ discedam, occurrit Achilles in adversum. Ferrum politum dum inæqualiter frigesit, ex præcedente ignitione rubescit unâ parte, alterâ flavescit, aut cœrulescit. Idem spectare est in speculari meo ære, si igne liquefactum

factum effundatur, temerè in terram milli
varios calores eosque ſtabiles exhibet.
Quemadmodum & Chimici experiuntur
intra vitra, cum cauda Pavonis intus ad vi-
trum adhæreſcit, ideſt, omne genus colo-
rum, qualibus Irides donantur, cùm tamen
non ſint hic eæ colorum cauſæ, non ea Acci-
dentia, quæ in iride. Illi enim ferri, quos
dixi, colores ſtabiles ſunt & fixi, iridis au-
tem ex ſolâ refractione radiorum oriuntur
ſine permixtione. *An* forſan dicendum,
quòd *nullus color ſit, ubi nullum illumina…*
Faveret *LUCRET. l. II. de Nat. Rer.*

Qualis enim cæcis poterit color *eſſe tene-*
bris,
Lumine qui mutantur in ipſo, propterea
quòd
Rectâ aut obliqua percuſſus luce refulget.

Teſtor pro Lucretio pictores, qui ut unicolo-
rem Regis veſtem in Tabellâ depingant, v.
g. rubram, decem facilè diverſos colores
adhibent, pingunt autem rem prout appa-
ret; ergò vario modo incidente in togam
ejusque plicas lumine diverſicolor appar…
toga. Concludens ergò *LUCRET. ibid.* d…
omnibus coloribus Pavonum aliisque ſub-
jungit:

Qui quoniam quodam gignuntur *Lumi-*
nis ictu,

Sci…

Scilicet id sine eo fieri non posse putandum est.

Sicut ergò in trigono vitro apparent omnis generis colores, quia sunt in eo omnis generis refractiones, auderemusne rubri coloris apparentiam in unum genus refractionum referre, & flavi in aliud. *Hucusque laudatus MORETUS.*

§. IX. *LUDOVICUS SAVOTIUS*, qui *singulari libello ad Godofred. de Pontac libellorum supplicum in Regia Magistrum Novo-antiquam de causis colorum sententiam* consignavit, *cap*. 25. concludit, *colores omnes nihil aliud esse, quã lumina majora aut minora, varieq́ effectâ reflexione, refractione, cõdensatione*, aut *rarefactione* à variis superficiebus aut corporibus. In *coloribus* namque *duas* quasi *partes* esse considerandas, *unam*, à quâ lumen emanat, quod *subjectum colorum* sæpiùs sub coloris nomine designatum; *alterum* verò esse *lumen*, quod ratione dignitatis & præstantiæ *colorum forma*. Latius hoc explicat *Idem cap*. 3. *Theor*. 9. In colorum subjecto, *inquit*, *duo* consideranda *corpora*, *unum*, quod est tanquam receptaculum & sedes subjecti coloris (quod debet esse perspicuum, coloris expers, veluti aër, aqua, Crystallum) *alterum* subjectum ipsum coloris, quod est subjectum proprium coloris infinitis

Savotii sententia de refractione causa colorum.

infinitis minutis corpusculis per suum receptaculum fusis atque dispersis veluti per aquam, oleum, vitrum: hæc corpuscula, quæ subjectum coloris facili negotio ab aquâ aut liquore simili humoris exspiratione extrahuntur & secernuntur, quia in fundo resident hæc individua, quæ artificio à receptaculo suo sejuncta vocantur â Chymicis Tincturæ, quia per corpus limpidum diffusa illud inficiunt & colorant. *Idem* *c. 25. mutationem colorum* fieri, demonstrat partium rarefactione, aut condensatione subjectorum.

Colores quibusdam ex primarum qualitatum habitudine.

§. X. Sunt *alii*, qui *ex primarum Qualitatum mutuâ habitudine* ac passione colores oriri statuunt, quorum Primipilus GALEN. *l. I. de us. part. c. 9.* colores, odores, sapores quatuor primarum Qualitatum temperaturam quandam consequi. Sed his propugnatoribus se se opponit *Fortunat.* *Pop.* *PLEMPIUS Ophthalm. l. 2. c. 8. p. 87.* quemlibet colorem quâlibet qualitate posse consistere E. G. albedinem inesse summe calidis, ut calci, summè frigidis ut marmori, summè humidis, ut lacti, summè siccis, ut lanæ, unde etiam Medicorum cautiores ex coloribus nunquam temperaturæ argumentum sumant.

Chymico-

§. XI. *Chymici causas colorum ex prim*

plis suis quærunt discrepantibus tamen Sententiis.

rum de coloribus sententia.

PARACELSUS ex *Mercurio originem colorum* deducit, quæ opinio non arridet *Clar. SENNERTO in de Conf. & Diß. Gal. & Chym. c. XI. p. 186. Joh. SOPHRONIUS KOZAR in Discurs. Phys. Tract. I. quæst. 15.* â Mercurio, & quidem â diaphano *colores* oriri statuit, reliquos colores tamen, qui â Diaphano remotiores, oriri quidem â *Mercurio*, sed admixtum sibi habente plus vel minus salis & sulphuris cum paucâ vel pluri materia tartarea & fœculenta, quæ Philosophis caput mortuum dicitur. Et quò corpus purius, & â tartareis fecibus remotius, illud quoque magis diaphanum esse. *Principiorum horum concursum ad colores concurrere Athan. KIRCHERUS in Itin Ecstat. 2. Dial. 2. c. 5. p. 3.* non diffitetur, quando *varietatem colorum* in pennis avium ita describit: Novimus ex chymicis experientiis, internum lumen sive calidum innatum unicuique inexsistens, quod & *sulphur Naturæ* dicitur, *decoctione sui ipsius omnium colorum fontem esse*; novimus, quàm innumerabiles colores ☿alis liquor una sali mistus producat in arcano, quod caudam Pavonis vocant. Aves itaque abundant copioso sale, cui humidum volucrum mixtum, ubi per

Quidam ex ☿.

Alii ex tribus principiis conjunctis.

poros corporis exhalatum radices pennarum intraverit, â calore interno variè jam concoctum, & calore aëris ambientis induratum salina ♀eæ ☿iali vi refertis plumis in pennas dilatatur eâ colorum varietate, quam sal & ☿us Naturæ virtute in se continet, & volucrum species jure suo postulat. Si terrestris portio elementi prævaleat volucris atro colore vestita, uti corvus exibit: si aqueus prædominetur, nascetur candidus cygnus: si sub æquali gradu humidum cum terrestri, nascetur ex albo & nigro mistum, ut pica: si verò terro-aquea aërea mistura sub misturæ graduum æqualitate vario colore imbuta emerget. *JOSEPH QUERCETANUS* chymiæ facilè Princeps *in oper. Rediv. T.I. Art. Med. c.13. p.53.* Colores ex solis spiritibus, vel tenuissimis vaporibus ac aëriis in *sale* latentibus pronasci statuit, potissimum *in eo sale*, qui *naturâ sulphureum*, quale *Nitrum*; ex hâc enim nitrosà albedine infinitos varii generis colores prodire, qui varietate omnes omnium colorum opalas superent, & compactissimum vitrum penetrent, vitrumque intrinsecâ & extrinsecâ superficie tingant.

Quidam ex sale.

Ex *sulphure colorum* rationem diduci posse *Cl. SENNERTUS de Cons. Gal. & chym. c. XI. p. 183.* concedit. *NICOL. CABEUS*

Quidam ex sulphure.

BEUS *Comment. in Meteor. Arist. T. I. t. 23. quæst. I. f. 131.* suam addit sententiam, *colores oriri ex* 🜍*e*, & in unaquâque re *pro diversitate* 🜍. *illius rei diversum apparere colorem*. Pars corporum vivida, *inquit*, quæ dissolutâ re in auras abit 🜍. est, quanquam nomen genericum, cum in unaquâque re 🜍. sit diversæ naturæ, in aliquibus obscura, in aliis pura, in aliis impura, & omninò, prout diversa in singulis Natura, diversa etiam in singulis est hæc pars, in *omnibus* tamen hoc commune, ut facilè accendatur, res verò accensa & ignea splendet, quia ignis proprium est lucere, quia verò spiritus ille diversus est, etiam accensus diversum transmittit lumen, & pro diversitate illius luminis, magis vel minus permixti opaco, diversum vocamus colorem. Si ergo 🜍 separatum sit, & accendatur, quia diversum est, ex unoquoque diversum transmittit lumen, nunc magis nunc minus opacatum, & consequenter diversos ostentat colores. Fusissime *ibidem idem Cabeus hæc prosequitur*.

§. XII. *ISAC. VOSSIUS* denique cùm *in de Nat. Lucis cap. 24. p. 59.* negasset, colores aliquid in se luminis continere, cùm & sic noctu lucerent, *causam omnium colorum esse ab igne, sive calore*, unde in locis algentibus omnia candeant, etiam animalia albescant. Colorum causa ab igne ex sententia Isaci Vossii.

ſcant, alborem vero principium potius co-
loris, quàm colorem, in *calentibus locis to-*
tam eſſe colorum varietatem : *materiam vero*
colorum eſſe à 🜍*e* ſingulis corporibus ad-
mixto, *c. 25. pro variâ* hujus *aduſtione vari-*
naſci colores. Sulphur nondum nativum, &
nec dùm ignem, aut calorem expertum,
translucidum eſt, cùm ſolvitur, tùm de-
mùm diverſos induit colores, primò qui-
dem *viridem*, dein flavum, mox *rubrum*,
dein *purpureum*, denique *nigrum*, ubi omni
exhauſto & conſumto 🜍e ſolvantur corpo-
ra, colorem abire, & reſtare *album*, ſive pel-
lucidum cinerem. Eandem *ſententiam* fo-
viſſe *Robert. FLUDD* de *Fluctibus Angl.* in
Anatomiæ Panis & tritici teſtatur *Exc.* Jo.
Dan. HORSTIUS. Judic. de Chirurg. Infuſo
p. 85. omnes colores eſſe à 🜍, ſic ⊖. vola-
le tritici primo fuiſſe album, ſoli expoſitum
acquiſiviſſe colorem Jacinthi, poſtea rubini,
denique ob multitudinem 🜍 ☉ris attracti
granati, & paulo poſt ante colorum annu-
lum carbonem allegat.

Colores an reales omnes, an apparentes.

§. XIII. Recenſitæ hactenus variorum
varia ſentientium Authorum *de Colorum*
Natura ſententiæ ; qui non minùs diſcre-
pant, *an colores omnes ſint reales*, *an vero*
etiam apparentes. *Prius* affirmat *CABEUS*
a. f. 133. Apparentes tamen etiam admittun
PLE...

PLEMPIUS *l. II. Ophthal. c. 10. p. 99.* aliique *Quoad species & divisiones colorum* non minus variæ opiniones. *SAVOTIUS de color. Nat. c. XXI. ex PLIN. l. III. c. 7. & ex Cic. de clar. Orat. omnes colores ex albo, nigro, rubro & bleu* seu *cœruleo* oriri deducere conatur. Sic etiam *Galen. in l. d. Histor. Philosophicâ ex Pythagoræorum* mente *quatuor primos* constituere, *album, nigrum, rubrum & ochræ* colorem, quod autem ochra Græcis, id sit Latinis cœruleum. *Numerum septenarium,* quem *SCARMILION. de color. l. II. c. 5. p. 116.* quem *SCALIG. Exerc. 225. §. 11.* & seq. quoque adducit, in dubium vocat *PLEMP. l. a. c. 9. p. 91.* Sed qua mensura singula singulis misceantur, etiamsi quis noverit, prudentis non esse narrare, præsertim cùm nec necessaria, nec verisimilis de his ratio afferri ullo modo possit, judicat *Plato in Timæo.*

Species colorum quibusdam 4.

Quibusdam 7.

§. XIV. Brevibus tamen nomina & gradus colorum subjungam potiores, melioris ordinis gratiâ tritum septenarium numerum retinens: ubi in genere notandum, colorum nomina rectè describi non posse, cùm exclamandum sit cum *SENEC. Epist. LVIII.* quanta verborum nobis paupertas, immò egestas! Mille res inciderunt, quæ nomina desiderarent, nec haberent, quidam cum habuissent, fastidio nostro perdiderunt.

Divisio colorum.

derunt. A quibus rebus autem colorum nomina sumuntur, inquirit *Scalig. Ex.* 2[..] §. 10. Exordiendum â *colore ALBO*, ejusque gradus subnotandi.

Color albus ejusq; species. In Pretio habitus.

§. XV. *ALBUS* color, Gallis *Blanc*[..] Ital. *Bianco*, color purissimus, quem qui[..]dam, ut dictum, principium colorum sta[..]tuunt, olim in maximo pretio. Quadrig[..] *albis* vehi credebant Veteres currum Jov[..] qui *niveos Equos* putabant celeriores. *TUR*[..]*NEB. Adversf. L. XXIV. c. 31.* quanquam po[..]tius honoris signum fuisse cum *Lipsio* cen[..]seat *BISCIOLA T. I. Hor. succis. L. VI. c.* 1[..] *Albati* DEOS adibunt. *PLAUT. RUD. I, 5.* [..] & *PERSIUS Satyr. 2.* Magi in Perside sacri[..]ficantes, quia res fausta, *albati* incedebant [..] *STUCKIUS de Sacrif. gentil. f. 70.* Vestis al[..]*ba* recens baptisatorum, qui inde *candidati* dicti â *TERTULL. l. de Orat. c. 3. & l. de Ido*[..]*lol. c. 18. Color albus* Zephyro sacer. *Gerard. VOSSIUS de Idolol. l. III. c. 1. p. 737.* pro fe[..]lici omine in auspiciis *aves albas* habebant [..] *CICER. l. VII Fam. Ep. 28. TURNEB. Ad*[..]*ver. l. XIV, c. 24. Albis* calculis sententi[..] latæ faustæ ex *SENEC. l. IV. contr. TUR*[..]*NEB. l. VI. c. 4.* Sponsi utebantur vestibus [..] *albis*, *PLAUT. Cas. II, 10, 1.* Liberti novi to[..]ga *alba* induti. *LIPS. Elect. l. I. c. 13.* Lauti[..]simus quisque apud Romanos *albatus*, præ[..]serti[..]

ſertim diebus feſtis, unde *nivei* Quirites apud *JUVEN. S. X. v. 45. TURNEB. l. XXI. c. 3. MARTIAL. 10, c. 29. Albatæ* quoque mulieres ingenuæ, cum libertinæ atratæ, nobiliores purpuratæ. TURNEB. *l. XI. c. 6*, in diebus feſtis lætitiæ cauſa *albus Color. Octav. FERRAR. de re veſtiar. l. I. c. 22. p. 69.* Tunicæ vulgares, item *albi* coloris. *FERR. l. III. c. 10. p. 203.* nec non militum tunicæ. *Idem Part. II. l. 3. c. 14. p. 122.* qui ſub extremis Romanorum temporibus Ruſſatæ. *ib. p. 123.* Græcis quoque *albus* veſtitus *Ib. l. IV. c. 13. p. 168.*

§. XVI. Ad *colorem album varii colores* pertinent, in quibusdam ex illis ſplendor, in nonnullis pelluciditas. Suntque. Species coloris. Albi.

1. *AQUEUS* ab aquæ pelluciditate. Aqueus.

2. *AERUS Eſth. I. c. 6.* pendebant ex omni parte tentoria aërei coloris, in Hebr. candor & albedo, deducit ergò *MARTINIUS in Lexic. Philoſ. Tit. Aëreus*, hunc ad albedinem. Aërem tamen per ſe non eſſe candidum, alioqui de nocte aer quoque eſſet illuſtris, vult *BARTHOL. de Niv. c. IV. p. 21.* Aereus.

3. *VITREUS* à vitro fuſo, quem tamen *VIRG.* à Græco ſubviridem in lanâ intellexit. Notæ olim *vitreæ* tunicæ non tàm coloris ratione, quàm quod texturâ tam tenui Vitreus.

nui, ut instar vitri perlucerent. *TURNEB.* *l. XIV. c. 19.* tales *PETRON. Sat. p. 21.* nebu-las lineas, & *CLAUDIAN. de Conf. Olybr.* v. 225. Vitreas telas vocat, quales Coæ sub-tilissimæ ex Bombyce tenuissimæ, ut corpu pelluceret. *LIBAV. l. II. sing. pag. 480. 48* 495.

Niveus. 4. *NIVEUS*, Couleur blanche comm neige. de *colore nivis* egit *VOSS. de Id* *l. III. c. 12. p. 783.* & *BARTHOL. de Nive c.* *p. 22.* Nix tamen candida senio purpuratur adeò ut tanti alboris canities rubor fi *NIERENBERG. l. IV. c. 21. Hist. Nat.* Colo rem *niveum* in vestibus pro attrito & de floccato usurpavit *FERRAR. de Re vest. l.* *c. 17. p. 94.*

Cygneus. 5. *CYGNEUS* seu *Olorinus*, de cujus can*dore BARTHOL. de Cygno §. 11.*

Candidus. 6. *CANDIDUS* ab albo splendore di fert, qualis in nive, argento polito. *FER* *RAR. Tom. I. l. 1. c. 21. p. 66.* Togæ colorem *candidum* facit, unde candidati. Italis can didus color dicitur bianco co'l lustro

Lacteus. 7. *LACTEUS*, bianco comme latte cum nitore albus.

Argenteus. 8. *ARGENTEUS* ab Argento polito.

Spumeus. 9. *SPUMEUS*, blanche comme escum Mare albescere cum *VIRG. l. VII. Æn.* a firmat *TURNEB. l. XXVI. c. 28.* cum incre scen

[la]scente vento incipit mare paulatim turbari, partes ejus, quæ non moventur, albescere videntur & vernare. *ARISTOT. Probl. ult.* S. 23. nigrescit verò, cum inhorruit mare, purpureum etiam videtur, cum elati fluctus inclinatione obumbrantur.

10. *CRYSTALLINUS*, qui in Adamante, Crystallo, glacie. Crystallinus.

11. *MARMOREUS*, bianco à guisa d' Alabastro, qualis in Pario marmore, sale summo, albo, & sacchato puro. Marmoreus.

12. *EBURNEUS* bianco comme auolio. Eburneus.

13. *PAPAVERATUS* in toga spissâ jam sub Lucilio Poëta in Torquato notata, Papaveratus.

14. *CALCICUS* in calce. Calcicus.

15. Κύανος habens colorem cneci, estque albus flavente mistus.

16. *CRETATUS*; quo colore olim Gallorum facies incretatæ, *PETRON. Satyr.* & Vestes *cretâ dealbata* Cimolia & umbrica, *FERRAR. T. I. l. 1. c. 21. p. 67.* unde Persio *cretata* Ambitio. Cinædi facies *cretata* apud *Petron. p. 13.* ubi *GONZAL. Comm. p.* 80. more fœminatum, quibus tantum *Creta* adhibitum, ut forma velut sub larvâ lateret. Quò alludit *MARTIAL. l. VI. Ep. 93.* *Cretatus* Bos pro *candido* apud *JUVEN. 10. v. 66.* De *creatis* vestibus *MERCUR. l. III. Var. Lect. c. 21.* Cretatus.

Gypſatus. 17. *GYPSATUS*. Sic olim manus Barbarorum ad candorem *gypſo* incruſtatæ. *Cic. l. VII. Ep. F. 6. Turneb. l. XII. c. 18.* nec non pedibus *gypſum* inductum, *JUVEN. Sat. I. v. 3.* pedibus, qui venerat albis. *PLIN. l. XXXV. c. ult.* de hoc more *BRISSON, l. de Formul. Pop. Rom.* & *BRODÆUS Miſcellan. l. I. c. 17.*

Ceruſſatus. 18. *CERUSSATUS*, unde ceruſſatæ buccæ *Ciceron.* candorem namque Ceruſſa quoque acquirebant. *PLAUT. Moſtell. I. Sc. 3.* cedo ceruſſam ad malas. *Ad album colorem* quoque, pertinent, qui λευκὸς Græcis, ἔκλευκος, διάλευκος, ἐπίλευκος, μεσόλευκος, μιτόλευκος, πάλλευκος.

Varii colores albi. *SCARMILION. de Colorib. l. II. c. 12.* his albis addit *Margaritinum*, *Orizinum*, *Amylinum*, *Hermelinum* in mure Suecico, *Fuſtaginum* Italorum, *Goſſipinum* in xilinis veſtibus, *albidum* quaſi ignaviter album, bleich, *porcellaneum* in noſtris myrrhinis, *Cucurbitinum* in fructus cortice, *aluminoſum* in Amiantho, *corneum* in lapide ſpeculari, *favillaceum*, *pumiceum*, *Cannabinum* qui in reſte nitidâ.

Color FLAVUS. §. XVII. Succedit albo *colori FLAVUS*, cum coloribus poſt ipſum ad fuſcedinem, aut rubedinem obſcuriorem vertentibus.

FLAVUS color, ξανθός, pro pulchro olim

olim ſumtus, teſte *TURNEB. l. XXII. c. 7.* & Tiberi adjudicatus â *VIRG. IX. Æn.* ab *HORAT. l. I. Od. 2. & l. II. Od. 3.* dicitur & *flavidus color*, & *flaccidus*, opponiturque virenti. *TVRN. l. XXVIII. c. 42. Flavus* interdũ pro rubro, interdum πυῤῥός. Teſte *BODÆO Comm. in Theophr. f. 213. flava* quandoque nonnihil rubent, ut intensè flava, vel diluta rubra. *Flavus* ex viridi rubro, alboque, ut fulvus ex viridi & rubro. Vulgo *color blondus*, Gall. Blond. Ital. Brondo an à ble, quod eſt granum frumenti, gäl / gelb / quibusdam hodiernis Græcis νεράντζιον, & Italis neranzio malum medium.

§. XVIII. Succedunt flavo colori

Coloris flavi ſpecies.

1. *MELLINVS â melle* ex viridi ſubflavus, qualis cernitur in quâdam lapidis nephritici ſpecie. *WORM. l. II. Muſei 15. f. 96.* Mellinus.

2. Μήλιν☉, *MELINVS*, luteo pallidus, qualis in cotoneis malis, ac limoniis; talis in Nardo Celticâ. *BODÆVS. Comm. in Theophr. f. 1021.* Dicitur quaſi τῶν μήλων χρῶμα, quod mala pallida colore imitetur, quæ ſoli appoſita parte rubeſcunt, alterâ verò ex luteo pallida ſunt, ſæpius tota pallida. Quamvis, ſi vera doctiſſimorum virorum opinio, eſt *melinus* color potiùs candi- Melinus.

 cans

cans, Diosc. ὑπόλευκ⊙, & derivant â μηλία terrâ candicante. *BODÆVS Comm. f. 703.*

Μηλίζων. 3. Μηλίζων *Diosc. luteus* â malorum colore, qualis in meliloto, croceo dilutior, qui magis rutilus est & acutior, *BODÆVS f. 904.*

Helvaceus. 4. *HELVACEUS*, *Helvus*, *aut HELVEUS* est inter ruffum & album, quasi plenè melinus & luteus. *BODÆUS f. 658.* Dicitur & *GILVUS* in Bobus potissimum conspicuus. *Helveus* etiam *ELBIDUS*, quasi albidus dicitur, magis ad album, quàm rufum vergens, ut uvæ helvolæ seu elbidæ Columellæ.

Cereus. 5. *CEREUS, CERINUS* cum melle habet necessitudinem. *Cerinus* olim in muliebribus vestibus, *PLAUT. Epid. a. II. Sc. 2. v. 49.* Dicitur & *Carinus* â καρὸς siculo, pro κηρὸς, quod est cerini coloris, unde *Plaut. in Aul.* carinarios vocat, qui eo colore vestes inficerent. *Act. 3. Sc. 5. FERRAR. T. I. de Re Vest. l. III. c. 20. p. 244.* De eo *Ovid 3. de Art. Am.*

Et sua velleribus nomina Cera *dedit.*

Palearis. 6. *PALEARIS*, â paleis, Gallis jaune paille.

Vitellinus. 7. *VITELLINUS*, â colore vitelli ovi.

Pallidus. 8. *PALLIDVS*, qui etiam *GREVIN. de venen. c. XIII. p. 75.* Color *tapetis* dicitur. Non

Non semper albus est, sed & luteus, sic aurum pallere dicit *Ovid. XI. Met.* saxum quoque palluit auro. *Idem l. VIII. Met.* frondes fructusque quercus *pallere* scribit, qui tamen *lutei*: Et pariter frondes, pariter pallescere quercus. *BODÆVS Comm. fol. 696.*

9. ξηλῶδες, *ligneus color.* Quid sub ligni colore *Theophr. l. VII. c. 3.* intelligat, inquit *SCALIG. in Not.* non est facilè dictu, nisi quis pallorem velit, cujusmodi multa, ut Aneth. cumin. *CASAVB. ad Athen l. XIV. c. 20. Lignei* coloris quoque meminit, sed quis sit, non docet, cum Ebeni nigrum, Brasil. rubrum, detur etiam buxeum, luteum, candidum. *BODÆVS Com. f. 752.* qui *Idem Comm. ad. l. VII. c. 9. f. 841. Lignosum* planè rejicit, & cum Scalig. pro mendo habet in Theophrasto. Ligneus.

10. *SULPHVREVS* in excocto sulphure ut sit palearis, plenior absque splendore. Sulphureus.

11. *GLYCYRRHIZINVS* pingvis, ac sine fulgore. Glycyrrhizinus.

12. *LVTEVS* ex ruffo albo permixto, inde *AGELL.* luteum quasi ruffum dilutum, convenit cum melino. *BODÆVS Comm. f. 722.* luteus color olim nuptiis auspicatus, unde flammeo velabantur. *PLIN. l. XXI. c. 8.* causa apud *SCALIG. de Re Poët l. III. c. 101.* Luteus.

c. 101. Virgines reticulis tegebantur *lutei* pridiè Nuptiarum. *TIBVLL. l. II. El. 2. v. 18.* & calcei illis *lutei* soccique, *CATVLL. Ep. LXII. v. 10. SENEC. Hippolyt. v. 321. APV-LEI. l. IX. Miles.* quia apud veteres in deliciis, *TVRNEB. l. XXVIII. c. 21.*

LVTEVS, χλωρὸς, color ruber magis nigrescens, & qui velut initium lividi & nigri, *Hip. 2. de mulier.* χλωρὸν luteum s. vitellum ovi vocat. Dioscoridi passim pallidus color luteusve, *BODÆVS f. 897. & 984.* Dicitur à Luto herbâ ejus nominis & coloris apud *PLIN. l. XXXIII. c. 5.*

Galbaneus. 13. *GALBANEVS* subluteus color, qualis esse solet in illis, qui naturaliter colore subflavo cum aliquali virore prædití sunt. Interdum sumitur pro *lurido* colore, qualis Gummi galbani. Dicitur & *GALBANVS*, & *GALBINVS*, *MARTINIVS in Lexic. Philos. color galbus, galbineus* explicatur χλωρὸς, hoc est, viridis, pellucidus, flavus. Hinc *galbula* avis, quæ hujus coloris, & apud *IVVEN. Satyr. II. v. 97.* galbana Rosa, hoc est coloris subalbidi, subrufi, pellucentisque. *VEGET. l. 3. c. 2.* de malo medic. florem Eryngii vocat *galbinei* coloris, quem Herbarii vocant cœrulei, dilutioris & pallescentis. *TVRNEB. l. XVII. c. 8.* alii herbacei coloris faciunt, fuitque color fœmineus. Cel-

Cœl. RHODIG. l. XXIV. c. 5. A. L. & LIPS. l. I. Elect. c. 13. unde *MART. l. I. Ep. 97:* de molli galbanos habet mores.

14. *BVXEVS*, qui luteo dilutior à buxi foliis arescentibus. *Buxans* pallor *Apulej. l. 8. Miles.* Buxeus

15. *LVRIDVS* à similitudine coloris luræ, i. e. utris coriacei. *FESTVS l. X. Orig. p. 307.* atque adeò à similitudine corii. *TVRNEB. l. VI. c. 17.* Lura etenim os culei seu utris, unde Lurcones capacis gulæ Homines. *TAVBM. Comm. in Amph. p. 87.* est color ex flavo & nigro viridi. *SCALIG. Ex. 325. § 16. & Ex. 104.* qualis eorum, qui aurigine seu Ictero laborant. Inde & *Ictericus* color, ωχλιος item. Alii *Luridos* supra modum pallidos denominant à Loro, quasi loro percussos & flagellatos, schwartzgelb. Luridus

16. *BALIVS, BALIOLVS* est color tritici nostratis, quo colore Afri peculiariter cognominantur. *TAVBM. Comm. ad PLAVT. Pœn. V. 5. 22.* Balius.

17. *AVREVS*, qui in Pannonico auro, & quo Aurora pingitur ad finitorem, est ex flavo & multo lumine, Gallis *Jaune-dore.* *Ovid. l. III. de Art. Am.* dicitur *color* Aureus.

... *Similis qui quondam Phryxon & Hellen*
Dicitur Inois, eripuisse dolis.

Hoc est, Arieti *aurea*, quo Phryxus cum so-
rore novercæ insidias per freta fugit.

Citrius. 18. *CITRIVS* à pomis citriis, *CARICINVS* à
caricis, *BYSSINVS* à Bysso Lini genere, se-
ricus; *GENISTINVS* in flore amœno geni-
stæ. *Scarmil. l. II. c. 21.*

Croceus. 19. *CROCEVS* à Croco, Saffrangelb,
croco scilicet diluto. *CLAVD.* in *Paneg.*
Olybr. V. 274. prata *crocea* vocat, hoc est,
grati coloris; aspectu enim pulchra *crocea*
vocare, notat *Casp. BARTHIVS Not. ad h. l.*
Croco mulierum vestes tinctæ & pictæ, *TVR-*
NEB. l. XXII. c. 15. Tales muliebres vestes
PLAVT. Epid. II. 2. 47. Crocotulæ. & Aulul.
3. 5. 4. Crocotæ effœminatis & semiviris pro-
priæ. *FERRAR. de Re vest. T. I. l. 3. c. 20. pag.*
242.

Caltheus. 20. *CALTVLVS*, *CALTHEVS* rectius à
Calthæ flore, quæ lutei coloris viola est, &
à *VIRG. Ecl. II. v. 50.* Luteola Caltha, *Plaut.*
Epid. II. 2. v. 47. Tunica *caltbula* ejusdem
coloris. Renitet in arantiato pressiore,
flammans in Calthâ, & quandoque in ovo-
rum gallinarum vitellis.

Burrhus. 21. *BVRRVS*, *BVRRHVS* quasi πυῤῥὸς
ab igne πῦρ. Antiquis *Burrus*, qui hodie
ruffus. Fest. Hispanis *Boraccbo*. *BERVS* co-
lor *Idem*. Quare *Isac Pontan.* pro Melino in
Plaut. Epid. II. 2. 49. legit *berinum*, quasi bu-
rin

vina tunica. Notat *BODÆVS Comm. fol.* 498. τὸ πύῤῥον quandoq; RUFFUM, quandoque FULVUM significare, haut ita magno discrimine. *Ruffus* in Tauro non est planè rubens, sed ad flavedinem inclinans, conflatur ex flavi fuscique comparatione. De *Colore Birro* seu *rufo* in Lucern. FERRAR. T. II. *R. Vest. l. I. c.26. p.57. Ruffus* flavo obscurior, sive est flavus fuscus.

22. ὠχρὸς, color naturalis bilis amaræ, conflatur ex flavo alboque. *CASAVBON. ad l. XV. Athen.* inter colorem τὸ ὠχρὸν & χρυσοειδῆ parum, aut nihil discriminis esse dicit, quod verum, si τὸ ὠχρὸν pro luteo accipiatur, sed si pro pallore, magna inter utrumque Differentia, passim enim apud Aristot. in prædic. qualit. φοβηθεὶς ὠχρός pallidus, meticulosus. *BODÆVS ad l. VI. c.6. Th. f. 652.* ὤχρ⊙.

23. *NITELINVS* color ruffus est rutilusve. Inde *MART. v.38.* Crines ad plenum ruffos & rutilos *nitelæ* & sciuri comparat pilo, & auream vocat *nitelam. BODÆVS f. 213.* Nitelinus.

24. *FVLVVS* ex viridi & ruffo, ruffo obscurior, qualis in leone *fulvum* etiam, vulpis dorsum, in pannis *LEONATVS* dicitur. Genus quoddam Aquilæ ab Aristot. maximè celebratum *fulvi* coloris *Ant. TI-* Fulvus. Leonatus.

LESIVS de colorib. c. XI. Fulvum quoque est rubrum & nigrum, ut fulvum aurum.

Ravus. 25. *RAVVS, Ravaster, Ravastellus,* color fulvus obtusus quodammodò atq; obscuratus. *Taubm. Comm. ad Plaut. Epid. V. I. 14.* *Ravus* cui canitie caput inspergitur, unde rava Lupa apud *HORAT. l. II. c. 27.* pro cana. & Varro, oculos ravos, pro glaucis. *Marcel-lus* tamen *Ravum* flavum explicat, & *Festus* ravi colores, qui sunt inter flavum, & cæsium medii. Sic spica *flava rava* dicitur *Horat.* *Epod. c. XVI. Ravi* Leones, legunt tamen alii flavi, quia Leo potiùs ξανθόκομος.

Æneus. 26. *ÆNEVS* color, veteribus pro russo rubidior est minusque obscurus.

Bœticus. 27. *Bœticus sive HISPANVS*, color obscurus, qui & *pullus Hispanus*. In Bœticâ Hispaniæ regione vellera Natura sua pullescunt. *Scalig. Ex. 352. §. 12.*

Mutinensis. 28. *MVTINENSIS Enfumè* Gallis, Italis *Raan* quasi *Ravus*, dicitur & *FVLIGINEVS. & IMPLVVIATVS.* *Taubm. Comm. in Plaut. Epid. II. 2, 40.* explicatur â Nonio, quod reperiatur in veste *impluviata*, quæ stillicidio fumoso impluta. *TVRNEB. l. XIV, c. 19.* Dicitur etiam *impluviatus* â parietum rubigine ex pluviæ defluxu.

Insuasus. 29. *INSVASVS* similis luteo, qui fit fumoso stillicidio, seu *color* similis illi, qui est in trabibus, quas diutinus fumus infecit. *Taub.*

Taubm. Comm. ad PLAVT. Trucul. A. II. 2, 16. Schwartzgelb/ Belgis Tannet/ Gallis *faune, tane.*

30. *RVBIGINOSVS* in ferro à rubigine exeso, quem *SCARMILION. l. II. c. 21. p. 183.* cum Bœtico & Hiſpano eundem facit ab uſu gentis, etiam *THALASSICVS* dictus ab uſu Nautarum, nec non *FERRVGINEVS,* qui Lugentium color, teſte TILES. *de color.* c. 6. unde hyacinthi à Virgil. dicti ferruginei, non quòd is color floris ſit, ſed quòd lugubres Apollini. Sic eidem *Virg.* cœlum nubilum & triſte ferrugineum. *BODÆVS Comm. in Theophr. f. 712. Ferrugineum* colorem *duplicem* facit apud veteres, *alterum* lividum, ſive ex cœruleo lividum, ut apud VIRG. VI. *Æn. v. 303.* ferruginea Charontis Cymba; *alterum*, qui ferri imitatur rubiginem, quæ ex nigro rubroque obſcura eſt, ac purpurea, quo ſenſu Columellæ *hyacinthus*, ferrugineus dictus eſt. Rubiginoſus. Ferrugineꝰ.

31. MUSTELINUS color TURNEB. XII. *c. 10. ex Terent. Eunuch. 4, 4* LENTIGINOSUS color, & in Lienoſis, Græcis γαλεώτης fœdi coloris, pellis enim eſt muſtelæ, non verò ſtellionis color. Hippocrati φακώδεες hoc colore inſigniti nominãtur. Muſtelinus

32. CANUSINUS *color* turbato mulſo ſimilis, fuſcus ſcilicet ſubniger, *canuſinæ* Canuſinus.

fuſcæ

fuscæ Romæ in usu magis fuerunt, ut in Gallia rufæ. *De* iis MART. *l. XIV. Epigr.* 127. *v.* & FERRAR. *de Re vest. T. II. l. 1. c.* 25. *p.* 56. Color ex fulvo rufoque mixtus

Castaneus. quem CASTANEUM & subnigrum appellant, Veneti *Roanum* obscurum, Insubres TANETUM, quasi *castanetum* à cortice castanearum. *Scarmilion l. a. p.* 183. *Tanè* dictum putat à septentrionalium fructu Tan. In equis dicitur ALESANUS, Italis quoque CERVATUS à cervis.

Cinnamomeus. Terreus. 33. CINNAMOMEUS non longè ab hoc distat, PINEUS à fructu Pini, CAMELINUS TERREUS, qui in glebâ nec pingui nec macra: CERATINUS in Aloë viliori qui Venetis CAROBOLINUS *ab Arabico Carub*. Et URSINUS, qui atro ravescit in urforum dorso. Ex flavis intermoriente Luce SPICEUS in maturo hordeo: ARUNDINACEUS in Arundinis aridis foliis, & TABACEUS non planè exucco fabæ cortice.

Hyacinthinus. 34. Flavo si fulgor addatur HYACINTHINUS.

Regius. 35. REGIUS color, *Couleur du Roy* à majoris rubiæ radice.

Arantiatus. 36. ARANTIATUS, *Citrangularis*, si auro propior accedat, à colore aurantiorum.

Orellianus. 37. ORELLIANUS, cujus BARLÆUS in

in reb. gest. Maurit. p. 128. meminit arantio proximus, nomen ab Oreliano loco, ubi crescit planta, ex quâ succus exprimitur Achiotli similis locum in Chiocolata obtinens. WORM. l. I. Musei c. 4. f. 15.

§. XIX. Flavum colorem insequitur RUBER, cujus pro intensione aut remissione varii rursus exsurgunt colores. Rubri coloris species.

1. RUBICUNDUS est color ruber intensior, si remissior, dicitur RUBIDUS, *rosseggiante*. Rubicundus. Rubidus.

2. FLAMMEUS *color*, color *fiammeggiante overo rosso chiaro*, Feuerrot cum splendore. Flammeus.

3. RUTILUS, *color de fuoco, igneus color*, rubicundior. Rutilus.

4. RUBINI color rubens ad cœruleum parum inclinat, ad sanguinis cocci, laccæ Indicæ colorem accedit potius quam minii, itaque quid cœrulei admixtum habere videtur, ut granati & hyacinthi aliquid flavi. *WORM. Mus. l. II. c. 17. f. 103.* Rubini.

5. CARBUNCULI *color*, qui carbonis igniti colorem præ se fert, qualis in granato. *WORM. f. 103.* Carbunculi.

6. COLOR DI LACCA Paradiesroth *LIBAV. l. III. Sing. p. 1033.* qualis in villoso holoserico rubro, qualem pulchrum rubrum colorem præmansa lacca exhibet. Di Lacca.

Qui-

Quid Laccæ. Quidam *laccam*, chermes Arabum, putant cum Amato, esse formicarum alatarum ster-cus, formicæ enim magnæ in Pegu Kan materiam elaborant ex arbore succum ex sugentes, & ramulis agglutinantes, quod dein exsiccant in umbra; alii statuunt, in-star resinæ ex arboribus sponte exsudare *WORM. Muʃ. l. II. c. 34.* Alias ad colorem

Quid sangvis Draconis. rubrum utuntur pictores sanguine draco-nis, succo scilicet ex arbore Draco in Cartha-gena Peruana proveniente, teste MA-NARD. *c. XXXVIII.* nec non ligno ex Bra-silia è fluvio Januario nascente colore ob-scure purpureo, quod rubro colore inficit. *WORM. l. II. c. 18. f. 170.*

Carneolus. 7. COLOR CARNEOLUS (à gemma) sangvinis subcitrini aut biliosi vel lotur carnis similis. *WORM. l. II. c. 16. f. 99.*

Amaracinus. 8. AMARACINUS instar *Amaraci* co-lor, intensè ruber. BODÆUS *f. 520.*

Russeus. 9. RUSSEUS, & RUSSUS, RUSSATUS ῥούσιος, color ad ruffum inclinans, dilutius tamen rubens, qualis in anagallide mas secundum *Æginet. L. VII. c. 11.* Color *russa-tus* in factionibus fuit Circensibus. Rectè purpureæ tunicæ rubræ fuerunt seu *russæ* quia purpureæ solæ imperatorum; quare falso TURNEB. *l. XVIII. c. 19.* tunicas *rus-sas* Φοινικίδες vocari vult. FERRAR. *de Re vest.*

veſt. T. I. l. III. c. 11. p. 205. Germ. dicitur Leibfarb. *Ruſſata* veſte ſub Coſſ. Romani milites uſi ſunt ad celandum colorem ſimilitudine ſangvinis. *ISIDOR. Orig. l. XIX. c. 22.* Et Trimalcio apud *PETRON. p. XV.* tunica veſtitus ruſſea.

10. *SUBMINIUS* quaſi ſubminiatus, ad miniuni accedens. *Plaut. Epid. II. 2. 48. ſubminia* tunica. **Subminius.**

11. *COLOR SANDYCHINUS* è Sandaracha & rubrica temperatus, fitque è ceruſſa uſta. *MARTIN in Lexic.* **Sandychius**

12. *Color Tinctura THAPSIÆ, βάμμα θάψιον* eſt rubra, è rubia Romanorum, ex qua hæc Tinctura nobilis. *Æginet. l. III. c. 2.* inde male putat *BISCIOLA T. I. l. XV. c. 15.* apud *Athen. l. VII. cap. 36.* pro θάψιον θάσιον legi.

13. *MULLEUS color*, â rubro mulli colore, *ISIDOR. p. 1311.* qui purpurei quaſi, & talis calcei *mullei* Regum Albanorum. *TURNEB. l. XIX. c. 24. Iſidor.* opinionem præfert *Feſti p. 322.* derivationi, quod mullei dicantur â mullando, hoc eſt ſuendo. De hoc mulleo colore *J. G. VOSS. de Id. l. IV. c. 5.* pag. 1292. **Mulleus.**

14. *MALACUS* calor â colore malvæ, quam μαλάχην vocitatam ex Athenæo docet *Camerar. Plauto Bacch. l. I. 38. & Aul.* **Malacus.**

III.

III. 5. 40. *MOLOCHINUS* color ad purpu-
ram inclinans, qualis est malvæ.

Purpurissæ. 15. *PURPURISSÆ*, qualis in Rubriceta
& purpurissa, floridus color quo pictores
utuntur & mulieres vanæ genas pingunt:
olim fiebat ex spuma collecta effervescente
purpura, cum ex ea tinctura conficiebatur,
hodie ex lacca mixta cum cœruleo, Leibfar-
be/ quasi corporeus color. Polluci ἀνδρεί-
κελον.

Roseus. 16. *ROSEVS* à principe florum Rosâ,
non â Milesia, quæ nimis purpurea, nec ab
alba, sed quæ inter utramque, jucundissimus
color, & humano corpori, si id formosum
est, quam simillimus. *TILES. de Color. c. IX.*
Hunc colorem communiter *INCARNA-*
TVM vocant â carne, estque ruber valde
dilutus. De amœnitate Rosei coloris
C. BARTH. ad Claud. p. 8.

Colossinus. 17. *COLOSSINVS* ab urbe Troadis, qua-
lis in Cyclaminis flore.

Balaustinus. 18. BALAUSTINUS, â flore mali grana-
ti, qualis in nostro scarlatto.

Cerasinus. 19. CERASINUS in vinis rubellis. Hic
color forte nota peculiaris servorum Nero-
nis fuit, æquè ac prasinus color, cui impen-
sè favebat, ita enim PETRON. *Sat. p. 15.*
Trimalcionis f. Neronis ostiarium prasina-
tum

tum *Cerasino* cingulo succinctum inducit. GONZAL. *Comm. p. 106. ad Petr.*

20. CARNEUS in exalbidis gingivis. Carneus.

21. PUNICEUS, qui in granis mali punici. Puniceus.

22. VINOSUS, quales botrorum acini, quorum plane color vinosus agnoscitur, cum maturescunt, nam dein nigrescentes puniceum habent, quem post in ἀλυργῦν commutant. Vinosus.

23. LIENARIS Color SCARMIL. *l. II. c. 17. p. 169.* atratissimus rubor. Lienaris.

24. XERORHODINUS in rubra purpureaque siccata rosa; & autumno in vitis foliis: dicitur & XERAMPELINUS, Italis *color di rosa secca.* Xerorhodinus.

25. SANGUINEUS admodum vegetus. Blutroth. Sangvineus

26. FIGULINUS, in latere semicocto, dicitur etiam *Helvus, Badius*, *BALIUS*, & *phœniceus* ἀπὸ τῶν βαίων i. e. ramis palmarum qui colorem spadiceum referunt, hunc colorem Hispan. *Vayo* vocant, Ital. *Baio*, Gall. *bay*, Belg. bayard. *Spadiceus* item *Lateritius*. Figulinus.

27. ONYCHINUS in ungve humano vegete rubente. Onychinus

§. XX. RUBRO associatur PURPUREUS dictus, quasi purus putus ὗρ sive Ignis. Purpureus color ejusque species

Ignis. Purpuræ olim pretium margariti æquale fuit. *PLIN. IX. 40.* Inde ob pretium purpureus amictus Diis attributus, ut Junoni â *STAT. l. X. Theb. v. 59.* & Veneri ab *eod. l. I. Sylv. 2. v. 150.* & Proserpinæ apud *CLAUD. L. II. de Rapt. v. 17.* Postea Regum vestitus, ut de Latino *VIRGIL. Id. l. VII. Æneid. v. 251.* Didonis Reginæ *Id. l. I. Æn. v. 644. & l. IV. v. 137.* & Persarum HERODOT. *l. IV.* Imprimis Consulum Roman. & Imperatorum, unde *purpura* pro ipso magistratu. *LUCAN. aut Ovid. in Paneg. Pison. v. 70. CLAUD. l. III. de Consul. Honor. v. 4. Ovid. l. 1. Fast. v. 81. purpureus* Senatus apud *STAT. l. II. Sylv. 7. v. 47.* & purpura summa, hoc est, imperatoria; ut explicat *FERRAR. T. I. R. V. l. II. c. 9.* & imperatoribus solis licitum Encausto atramento ex *purpura*, non aliis sub capitis pœna uti, *PANCIROLL. & SALMUTH. Not. in Eund.* nec non *BARTH. in l. III. Claud. de Cons. Honor. v. 4. qui ib. ad v. 15.* regium morem adducit, purpura principali excipere infantes recens-natos, unde *Porphyrogeniti* in Historia Byzantina, & purpureo foti gremio. *CLAUD. in 6. Cons. Honor. v. 67.* Lecti *purpura* instrati. *Claud. de bell. Gild. v. 3..* *MART. l. II. ep. 16. & l. III. ep. 82. l. XII. ep. 17.* *& l. XIV. ep. 147.* nec non libri *purpura* ornati

Purpurei coloris dignitas.

nati. *MART. l. I. Ep. 118. v. 16. l. III. Ep. 2. v. 10. l. V. Ep. 6. v. 14. l. X. Ep. 93. v. 5.* Romanis per omnes vestes erat *purpura*, nimirum in prætexta. *FERRAR. T. I. l. II. c. 4. p. 141. 143.* in lato clavo: *Id. l. III. c. 12. p. 208.* in paludamento *Id. T. II. l. III. c. 15. p. 125.* & trabea purpurata, in lacernis. *Idem T. II. l. I. c. 23.* quas & vulgo concessas arbitratur: *Alexand.* tamen ab *Alex. l. V. c. 18.* saltem iis improbam dictam concessam opinatur, hoc est obsoletam, non murice, sed herbarum succis infectam.

§. XXI. *Purpureus color* olim hodieque diversis rebus conciliatus, constituitur itaque *alius Marinus*, *alius terrestris* cum herbis. Unde fit Purpureus color.

MARINUS Purpureus & ex Animalibus desumtus

1. Ex *ipsa Purpura* animalculo marino. Hujus carnes dum ad Tincturam condiuntur & aqua diluuntur, in lebete plumbeo coquuntur, pro regimine Ignis sangvis incalescens modo in cyaneum colorem, modo in alium commutatur. Author tamen *Vitruvius*, *Purpuras* sive testacea pro soli proprietate alium atque alium habere colorem, & apud Tyrum quidem rubrum, circa Africam puniceum succum emittere, quo & purpura tingatur, quam violaceam ap- Marinus ex Animalibus.

 pellant.

pellant. *BODÆUS Comm f. 868*. Alii ratio- ne littorum variare ſcribunt, ut in Ponto & Gallia atram, inter Occid. & Sept. lividam, inter Orient. & Occid. violaceam, ad Meri- diem vero rubram reddat purpuram. *Flos* autem *purpuræ* τὸ ἄνθος τῶν πορφυρῶν qui ipſis ſangvinis loco eſt, colorem fundit, qui *PLIN.* IX. *c. 36.* dicitur purpureа ſanies, *Sammonic.* fucus. Hodie amiſſa purpura, quia Syria aliaque loca, ubi olim inveni- batur, â Turcis habitantur, qui neſciunt modum venæ eximendæ, in quâ color latet. NIERENBERG. *de Miraculoſ. Nat. terr. pro- miſſ. c. XCIII.*

Ratione littorum.

Purpura ratione littorum olim

Purpura vera Aſſyria.

1. ASSYRIA. *Petron. Sat. p. 60.* Aſſyriam concham miles laudabat in unda. *VIRG. II. G. 470.*

Africana.

2. AFRICANA, â Meninge Africæ In- ſula non longè â ſyrtibus ſita. *Plin. lib. VI. c. 31. Getulica.*

Getula.

3. GETULA. ejus meminit. *Plin. l. V. cap. 1.*

Laconica.

4. LACONICA â PAUSAN. *in Laconic.* celebrata, de ea *HORAT. l. II. c. od. 18.* di- citur Tænarius fucus. *Valer. Flacc.* & *STAT. l. I. Sylv. 2. v. 151.* purpura Oebalis.

Coa.

5. COA laudata ab *HORAT. l. IV. Od.* & *JUVEN. S. VIII. v. 101.*

6. ME-

6. MELIBOEA â nomine Insulæ, in qua tincta. LUCRET. *l. II.* Melibæaque fulgens *Purpura* Thessalica. *V.* & *VIRGIL. V. Æn. v. 251.* Meliboea.

7. TYRIA omnium olim nobilissima coloris nigricantis, dicta & SARRANA, quia Sar olim Phœniciæ urbs, quæ postea Tyrus. *Sarrano* dormiat ostro, hoc est, purpura. VIRG. *l. II. G. v. 511.* Tyriæ absolutè pro vestibus apud MART. *l. IV. Ep. 28.* & l. VI. *Ep. 11.* Cadmea Tyros. De Tyria nobilissima egregia SALMAS. *ad Tertull. de pallio,* & FERRAR. *T. I. R. Vest. l. II, c. 7.* & *T. II. l. 1. c. 23.* Tyria.

8. SIDONIA urbs Syriæ, unde Sidonium ostrum *HORATIO in Od.* & *STAT. L. III. Sylv. 2. v. 139.* Sidonia.

Laudata & *Tarentina* rubra, & *Sardinia.*

Ratione præparationis DIBAPHA præcipuè *Tyria*, quando magnifico impendio aliquoties tincta. *CLAUD. l. II. de Laud. Stilic. v. 333.* tincta repetito murice fila. Bis Afro murice tinctæ lanæ. *HORAT. l. II. Od. 16.* nec Sidonio mollis aheno repetita bibit lana rubores. *Senec. in Herc. Oetæo. v. 663. v. MARTIAL. l. II. ep. 28. l. X. ep. 11. Ovid. de Medic. f. v. 9.* Mixtus in purpura color ex hac præparatione, aut enim puniceus & halurgus æqualiter misti, aut puniceus exupe- Ratione Præparationis Dibapha.

 rabat

rabat halurgum, aut contra, ex his variis exuperationis gradibus, varii colores emerserunt. *SAVOTIUS de Nat. Col. c. XVII.*

Ratione coloris PURPURA

Ratione coloris purpura triplex.

1. *πορφυρίδη, coloris violacei saturati & subnigricantis*, qualis Tyria, quo obscurior, eo erat carior, splendida & fulgore luminoso ad Solis radios ignem repræsentans. Unde *ardens Purpura JUV. S. XI. v. 155. Virg. l. IV. Æn. v. 262.* & *MARTIAL. l. V. Ep. 20.* flammata toga. Quæ autem minime luminosa, Catoni *Fusca Purpura* dicta *FERRAR. T. 1. l. II. c. 7. p. 152.* Purpura hæc violacea exsaturata, aut color roseus quodam nigrore delibutus.

2. *Φοινικὸς, PUNICEUS. PLIN. IX. c. 39.* puniceo *ruber*, Talis Tarentina, â colore punicео maturæ palmulæ. Si puniceus solitarius rubrum vegetum exhibet, quod splendet in colore *Rouge d' Escarlatte. Savot. de Color.* c. XVI.

3. Ἁλουργιδ☉, colore glauco irato mari simili, unde VIRG. IV. *G. v. 373.* mare purpureum, talis conchyliata, quæ vividum illud bleu protulit, quod in colore d' Azur de Levant sublucet, Hanc quidam pro io sima putabant.

Purpureus color ex aliis Animalibus.

§. XXII. 2. Ex MURICE Testaceo color *Muricinus*, *Ostrinus*. *GELL. l. II. N. A. c. 26.*

c. 26. ostrum exuperantiam splendoremque ruboris habuit, quo reliqua purpura caruit, subrubeus itaque color. Vulgo tamen confunditur cum purpureo colore Puniceum. Ostrum. *CLAUD. Paneg. Olybr. v. 9.* Murice tincta vestis. *MART.* l. V. *Ep. 23.*

3. Ex *Conchyliis* Purpureus color è cæruleo & rubro, qualis est Martlæ violæ, qui exspirante Bleu rufescit, hæc Conchæ species confunditur cum Murice *PLIN. l. XXI. c. 8.* tertium genus purpuræ numeratur, de qua *GRANGÆUS Comm. in* JUV. S. III. *v. 81. p. 100.* & Sat. VIII. *v. 101. p. 320.* De CONCHYLIATA veste SUET. *in Cæsar. c. 43.*

4. Ex *Conchyliorum buccinorumque operculis* permistis cum Blattis Byzantiis color *purpureus BLATTEUS*, & Ronddet. blattas vocat clypeum purpuræ. FERRAR. tamen T. I. l. II. *c. 7. p. 151.* aliter sentit, qui *blatteum* colorem ex vermiculis Chermes ipsi Blattis dictis paratum statuit. PLIN. l. XXI. *c. 2. blatteum* colorem Onychinum facit, estque color ex albo purpurascens.

§. XXIII. *Terrestris color Purpureus*, qui non in profundis vadis quæsitus, sed in sicco carptus, fit — Color Purpureus ex terrestrib9.

1. *Ex cocco Infectorum terrestri* grano, de qua COCCINEA Purpura. PLIN l. IX. *c 41.* l. XVI. *c. 8.* l. XX. *c. 2.* & l. XXIV. *c. 4.* Quia — Ex Cocco.

ex granis, dicitur *Couleur de garence*, *color di grana*, & propter grana iſta, Chermes dicta, *color di carmeſino*, *colore di Scarlatto* & propter vermiculos, qui cocci medullæ inſunt, Gallis *Paſtel d' Eſcarlatte*, & *Vermeil, Vermeillon*; Latinis color *Vermiculatus & quisquiliatus*, quia quisquilium, κοσκύλιον PLIN. l. XVI. *c.* 8. granum cocci. *Chermes* Arabum à verme dicitur, de quo verme ex cocco ſeu ramulis Ilicis cocciferæ prope Monſpelium naſcente pluribus *BODÆUS Comm. in Theoph.* l. III. *c.* 16. *f.* 237. *BELLON.* l. I. *obſ. c.* 17. STROBELB. *in Gallia Polit. medic. Deſcr. & de Conf. Alchermis c. I. usque VIII. BODÆUS f.* 868. Chermeſinum colorem à Belgis rubro, purpureo, incarnato, violaceo attribui ſtatuit, & non diu albo & viridi colori in pannis & ſericis attributum.

Ex Cocchenille. 2. *Ex granis Cocchenille* ex India occidentali allatis, quæ ſimilia ſunt Cimicibus quibus demtum caput. De iis, quid propriè ſint, agit *POTER. Pharm. Spag. ſect.* 3. *pag.* 239. *BODÆVS Comm. f.* 238. ait, quosdam *Couſemelle* vocare, & confici ex granis pilulisve radici pimpinellæ adnaſcentibus, quibus ſerica roſeo tingantur colore, quas tamen pilulas ſe nunquam obſervaſſe fatetur.

Ex rubiâ Infectorũ. 3. *Ex Rubia Infectorum*, *Garanzia* dicta, quam

quam tanto in pretio esse scribit J. C. SCALIG. ut nunc regium colorem multi nominent.

4. *Ex Sandice Indicâ* tantæ excellentiæ purpura, ut illi apposita alia quævis specie cineris decolorari animadvertatur. Ex sandice.

5. *Ex radice Anchusæ* sangvineo colore inficit. Ex rad. Anchusæ.

6. *Ex fuco marino* planta marina, ex qua nobilissimus color purpureus, quo genas mulieres olim pingebant, indeque fucus dictus. WORM. *Mus. l. 2. c. 35.* exterius in eo obscurus color, sed si planta aceto irrigetur, in purpuram degenerat. *FERRANT. Imperati Hist. Nat. l. XXVIII. c. 9.* Ex fuco marino.

7. *Ex semine Achiotl*, ab aliis Panaqva, *MARGGRAV. l. II. de Plant. Bras. c. 3.* ex ejus granis, quæ uvis similes, rubentibus fit Tinctura Coccinea, qua pictores utuntur. *WORM. l. 2. Mus. c. 21. f. 179.* Ex semine Achiotl.

Ad colorem denique *Purpureum* pertinet COLOR HYSGINUS ex cocco purpuræ supertincta. PLIN. IX. *c. 41.* An Hysginum planta, an alia res fuerit, non constare affirmat *BODÆVS f. 239.* Colori Purpureo succedunt. Hysginus.

COLOR AMETHYSTINUS ex rubri & cœrulei mistura violaceus, de quo MARTIAL. *l. XIV. ep. 154.* instar Gemmæ Amethysti. In Amethysto namque fulgor violaceus, Amethystinus.

laceus, dilutus Hyacintho, unde ὑακίνθ[...] κυανέη. *Anselm. BOOT de Gemm. l. 2.c.29.*[...]

Janthinus. COLOR JANTHINUS violaceus, un[...] de *Mart. l.* VI. *Ep. 21.* dixit Jantida Ny[m]pham nupsisse stellæ, quam STAT. *L I. Sy[l]var.* vocat violantillam.

Amurginus COLOR AMURGINUS ab Amor[go] purpurea herba vestibus inficiendis dict[a]: alii rectius interpretantur lini genus fuisse quod purpura plerumque tinctum.

Byssinus. COLOR BYSSINUS, interdum purpu[]reus, colore aurum imitans & splendorem & fulgorem. TURNEB. *l.* XIX. *c.25.*

Coloris viridis species. §. XXIV. *Purpuræ* succedit VIRIDIS co[]lor, ex albo, rubro, tenui atque colore ble[...] fit. Ejusvariæ *species.*

Herbidus. 1. *Color* HERBIDUS, qui non inusitatu[s] in vestibus Priscorum. CLAUD. *in Ruf[in.] l. 2. v. 104.* Amictas herbas imitans sin[...] STAT. *l. 2. Sylv. 1.* & de Besso MART. *l.* I. *Ep. 23.*

Molochiticus. 2. MOLOCHITICUS saturatè viridi[s] in Jaspidibus quibusdam, in aliis dilutior[...] WORM. *Mus. f. 94.* viridis & opacus instar foliorum malvæ *Molachitis. ib f. 95.*

Smaragdinus. 3. SMARAGDINUS grato virore ocu[]lorum aciem ita demulcet, ut omnem viri[]dariorum amœnitatem superet, planè viri[]dis, WORM. L. II. *c.18.*

4. CHR[...]

4. CHRYSOLITICUS. Smaragdo dilutior, non nihil flavedinis adjunctum habens. Chrysoliticus.

5. FESTUCINUS levior viridi in palea nondum matura, & in citrio maturescente. Festucinus.

6. PRASINUS saturus viridis ex fulvo & nigro, qualis in porrorum caudis, unde & PORRACEUS. Italis *verde giallo*. In factionibus Circensibus, ubi albata hiemi, Russea æstati & Soli, Veneta cœlo, mari, autumno; sic *Prasina* veri dicata, de quibus CASSIODOR. l. III. *Var. Ep. 51. Bisciol.* T. I. l. XIX. *c. 6.* Prasina præ reliquis amata Imperatoribus JUV. S. XI. *v. 196.* SUET. *Calig.* *c. 55. & in Neron. c. 22.* Prasinus. Porraceus.

7 HYALINUS, perspicuus pellucidus, quale vitrum & aqua. Hyali saturo fucata colore. VIRG. l. IV. *Georgic.* dicitur & VITREUS color seu subviridis, GLASTEUS, GUASTUS ab herba Isatide vitrei coloris, prasino subest, uti & ÆRUGINOSUS. Aliter atque aliter sumitur, quatenus enim herba viridis, succusque ejus viride vitrumque dicitur ἰσατῶδες; quatenus vero cæruleum, accipitur pro cœruleo colore. Cùm viridem significat pro remissiore ac clariore accipi debet; cum cœruleum denotat, pro intensiore. Belgis *Zee-grœn* color Hyalinus.

lor remissus viridis & saturatus cœruleus
BODÆVS 724.

Myrtinus. 8. MYRTINUS *color* est fructus myrti maturi, unde *Petron.* p. XI. *myrtea* gausa-pina. *Myrteus* color laudatur in equis PALLAD. l. IV. *c.* 13. TURNEB. l. XIX. *c.* olim color Cynædorum fuit. GONZAL. *Comm. ad Petron. p.* 63.

Ad viridem colorem referuntur *Vert gay, vert-brun, vert-noir, vert de mer.*

ColorBleu. §. XXV. Cum VIRIDI colore in quibusdam convenit *color* BLEU. *cæruleus.*

Cœruleus. 1. COERULEUS proprie, *Bleu celeste* â cœlo nomen habet. SCALIG. *Ex.* 66. §. dicitur & SAPPHIRINUS â gemma. Κυ-νε@ν. De miraculosa pluvia cœrulea, quæ chartam tinxit colore cœruleo prorsus similem, quem apud Aromatorios emere solemus, in Scaniæ multis locis decidentem videri poterit WORM. *Mus.* l. I. *c.* 5. *p.* 17. qui ejus partem penes se servavit.

Venetus. 2. VENETUS, quem Egnatius vult esse *giallo*, & dictione mera Germanica gæl-alii tamen cœruleum statuunt. Quid proprie sit, dubitat SCALIG. *Ex.* CCCXXI. §. 10. Celebris color ob factionem Aurigarum in circo, de quo CASSIODOR. *l.* de *Spectacul.* CHRYSOSTOM. *l. de Circo,* & *J. Cæs.* BVLINGERVS *de Lud. Circens.* Venetus

netæ factioni adhæsit Vitellius, ut & Verus Imp. teste Capitolino.

3. GLAUCUS, cœruleus color ex albido. Si in oculis hic color spectetur, *Cæsius* dicitur à cædendo, quasi quis oculis cædem minari velit. TILES. *de Color. c. II. Glaucos* tamen oculos TURNEB. *l.* XXVII. *c. 27.* ad virides deducit, qui per contemptum *noctuini*, *PLAUT. Curcul. 1.3.35. ibid. II.1.16.* herbei, & alibi *felini*; & tales oculi Romanis non placebant. *Glaucus color DIOSC.* ὑελίζον, διαυγὲς subviridis, vitrum referens pellucidum. *Couleur d'azur & d'eau*, grün-blau/wasserfarb/ Poëtæ, *glauca* salices albæ, quod color ad albedinem vergit. BODÆUS *Comm. f. 642. 894. 966. Glauco* colore equi nascentes apud Mycenas ob formam celebres. TURNEB. *l.* XIII. *c. 4.* Glaucus. Διαυγής.

4. Κυάνεος. *Cyaneus*, CYMATILIS, Italis *Celestino*, Gallis *Couleur per se ou bleu couleur semblable aux flots de la mer*. Constat ex lucido, candido & leviter nigro, vel, ut vult *Plato*, ex nigro admodum saturo, ut *Glaucus* ex cyaneo & albo. *BODÆUS Comm. f. 966. Cymatilis* dicitur, teste *BAYFIO c. 2. de Re vest.* à κῦμα unda s. fluctu, Græcè rectius κυματώδης, hoc est *undosus*; idem qui *MARINUS*, *THALASSIUS*; quæ sunt Synonyma parum Cyaneus. Cymatilis. Κυματώδης.

parum differentia. De hoc *OVID. l. III. de Art. Am.*

Hic undas imitatur; habet quoque nomen ab undis,
Crediderim Nymphas hac quoque veste tegi.

Quibusdam *cymatilis* est viridis color subobscurus & nigricans. Germ. blau weiß grün. *Cymatilis* differt ab undulata veste, sive camelatto, sive trisanello, quia undulata ab undis in ea expressis, cymatilis vero colore. BRODÆVS *miscellan. l. II. c. 24.* Vegetio *cymatilis* color *Venetus* dicitur, ...ὀὲς Homero.

Glastinus. 5. GLASTINVS ab Isatide herba seu glasto (Germ. glast à gleissen) cujus cauliculi insignis viroris, unde ad colorem viridem, & flores melini croceique ad colorem luteum refertur, quia etiam herba luti dicitur. TVRNEB. *l. VI. c. 7.* succus tamen trusatilibus molis expressus exhibet INDVM

Indus. Pictoribus usitatum; unde & *color* INDICVS, dicitur, *color di* GVADO. Gallis *Florea*, cujus gradus PERSVS, TVRCHINVS, AZVRRVS. Et quia hic succus exprimitur in magnas pilas sive globos pro Tinctura

Pastellus. cærulea, *Pastellus* vocatur. Hisp. & Gallis, *Couleur de Pastel.* BODÆUS *Comm. fol.* 725.

6. SILA...

6. *SILARIS Atticus* cœrulei species, qualis in flore borraginis, quo pingere Polygnotus & Mycon instituere primi. *SCARMIL. de Color. l. III. c. 23.* & *SIL cærulei* cotis esse ex *PLIN. & Vitruv.* probat *SAVOT. de Color. c. XXI.*

7. Si remissior, cœruleus *Cinereus*, quem *Scalig. Ex. 325. §. 15.* eo refert, alii tamen potius ad nigrum.

§. XXVI. Denique *color* omnium validissimus *NIGER*, *nero* Ital. Gallis *noir*, cujus variæ species pro intensione & remissione. Coloris Nigri species.

1. *ATER*, si in summo fastigio, quasi â terra; *ANTHRACINUS* ab Anthrace, carbone extincto, color aspectu injucundus; unde & infaustꝰ habitus *TURNEB. l. IV. c. 14.* Unde *HORAT. l. IV. Od. 11.* atræ curæ. *Atratæ* Romanæ fœminæ in luctu ubi Romanis libertas constitit, post amissa libertate sub unius dominatu *albatæ* luxerunt. Cur autem postea albis luxerint, quærit *PLUTARCH. quæst. Rom. 16. Lips. Comm. l. II. Ann. Tacit.* tantæ mutationis causam luxum suspicatur posterioris ævi, ut post sericam traductam vestem, vulgatam Coam, post galbaneam, cœruleam, & tot colorum genera spretus fuerit albi usus, â sexu præsertim superbo, inde ad luctus translatus. Ater.

tus. Vid. etiam *BISCIOLA T. I. Adv. l.* 11. *c. 18. GEIERUS de Ebraeorum luctu cap.* … §. 3. nam & album Græcis Japoniis aliisq… in luctu consuetum *STUCK. l. II. Antiq.* … *no. c. 26. f. 235.* refert, quanquam *ater* & *pu*… *lus* consvetior. V. *KIRCHMAN. de Fun.* *Rom. l. II. c. 17. p. 232. KORNMAN. de m…* *rac. mort. Part. VII. c. 33.*

Piceus. 2. *PICEUS, nero comme pice.* nigerrimu… *TURNEB. l. XX. c. 7.* notat ex *VIRGIL…* *Æn. 9.* Piceum sudorem.

Pramnius. 3. *PRAMNIUS ater* cum splendore, a… Indica gemna *PRAMNIO.*

Furvus. 4. *FURVUS*, color ἐρέβεννος *niger*, unde … Festus, *furvi* boves immolati Averno, h… est, *nigri. Furvum* â ferveo, quia fervor & … ardor nigredinem inducit. *RITTERSHUS…* *ad Oppian. p. 267.* â *furvo* colore *Fures* di… ctos putat.

Ægyptius. 6. ÆGYPTIUS convenit colori furvo â PLAVT. *Pœn. V. 5. 12.* memoratus, quibus ut *APVLEI. l. I. Florid.* ait, in corpore co*lor noctis*, & apud *Petron. in fragm. ed. Gon.* *p. 89.* puer Memphiticus tinctus *colore no*ctis.

Coracinus. 7. *CORACINUS*, quasi *corvinus*, niger, â κόραξ corvus; quamvis & piscis subnigri coloris ejus nominis. Ital. *nero rilucente.*

8. SUB…

8. *SUBVOLTURINUS, Plaut. Rud. II. 4. 9.* color subniger, qui vulturis. Subvulturinus.

9. COLOSSINVS, color corvorum nigredini æmulus dicitur à *Bodæo f. 1060. ex Strabone.* alii tamen in purpuram declinantem faciunt, qualis color cyclaminis, cui à PLIN. *l. XX.* hic color attribuitur, & à DODON. *l. de Convolv. c. XIII. p. 57.* Colossinus.

10. PVLLVS, qualis *nativus terræ color*, unde *pullus* quasi purus, quem ad impluviatum refert TILES. *de color c. V.* pauperum color, qui pullati, & pullata turba, & apud *CALPURN. Eccl. VII.* pulla & sordida paupertas. *V. BARTHIUS in Not. pag. 381. & TURNEB l. XXI. c. 3.* Pullus.

11. *NIGRICANS color, noirastre.* Nigricans.

12. *FUSCUS*, si niger extra obscuritatis fastigium, Φαὼς à Φῶς Ignis, braun à bremmen/ Ital. *Bruno* Gall. *brun*, cujus species *gris-brun, gris-noir.* Albo fuscus opponitur, ut candido niger. Si maximè fuscus, *PRESSUS* dicitur, qualis in vestibus. Fuscus. Pressus.

13. *AQUILUS* color ad fuscum, quem *MARTIN. in Lexic.* ex Festo *ab Aquæ* colore deducit, cujus color neque albus, neque niger, sed incertus, vel etiam nigrior, *Taubm. Not. ad Plaut. Rud. II. 4. 9. ab aquila alite*, cujus color subniger, dictum censet. Homo corpore aquilo memoratur à *Plaut.* Aquilus.

Pœn. V.2.152. & meminit *SUET. in vit. Aug. c. LXXIX.* coloris inter Aquilum & candidum medii, *subaquili.*

Murinus. 14. *MURINUS* color, qualis murium.

Morulus. 15. *MORULUS* apud *Plaut. V. 5. 10.* qu... *MAUROLUS* â Maurorum colore, quæ ge... teste *VIRGIL. moret. v. 33.* Torta comam labroque tumens & fusca colore: alii *Merulam* interpretantur â *Merula* ave, quæ instar corvi nigra *TURNEB. l. X. c. 24.* ...*ciatus* â moris maturis. *TAUBM.* ... *Plaut. l. a.*

Ζόφερος. 16. *Color* Ζόφερος & ὄρφνινος, qui in terso lævigatoque corpore eo loci, ubi nulla fit luminis reflexio.

Cinereus. 17. Si remissior color niger cum albo fi... *CINEREUS*, *Couleur Cendroe* cujus species *Leucophæus* ex λευκῷ albo & φαιῷ subnigro mixtus. *FERRAR. T. 2. l. 1. c. 23. p. 50.* Italis *berretino è grigio* gran. Gallis quoque *Couleur de Cassidoine.* fumeus color; in asinis in specie *Murinus* dicitur; in equis *glaucus*, *Le ardo* Italis. *Asinius* color etiam *Onagrius* cineritius, *BODÆUS f. 1173.*

ἐπίπερκνος. ἐπίπερκνος *color leporum* proprius; περκνὸς autem *oliva* acerbæ species nigris maculis distinctæ, *WALDUNG. de lepore c. XI. p. 29.*

Plumbeus. 18. Si fuscior niger, *PLUMBEUS* dicitur.

tur, Lividus, *OLIVASTRUS*, qualis ex gravi corporis ictu provenit. Olivastrus;

Sed *hac de coloribus* sufficiant; liberalius paulo extra oleas ubi progressus, *redeundum* nunc ad *Gammaros* nostros, & *de coloribus eorum tam in crudis, quam coctis* qui observantur, sequenti capite subjungendum.

CAPUT XVII. Gammarorum & Crustatorum quoad colorem specialis consideratio.

§. I.

Crustata tam marina, quam Gammari fluviatiles maximè colore variant, dum ex *fluviatilibus alii cymatilis* vel *subcærulei* coloris, alii *ferruginei*, alii *obscurioris nigritantis*, dum adhuc vivi sunt. SCARMILION. *l. II. de color. c. 15. fuscum* colorem in Gammaris agnoscit. SPERLING. *Zoolog. Phys. p. 434. subviridem* qui ad nigrum tendat. *Post cocturam alii obscurè* rubent, alii dilutè, *alii* intensè, præcipue crusta recenter abjecta. Color varius Gammarorum fluviatil. tam vivorum, quam coctorum,

Marinorum color.

§. II. *Marinorum integumentum quorundam* unius, *quorundam* plurium colorum.

ASTACUS marinus ex rubro flavoque livescit. PLINIUS *Elephantum* ex Astacis nigrum appellat, quod plurimi interpretantur colorem *violaceum* exsaturatum, pari ratione ac *Virgil.* violas nigras dixit; putant ergo hunc Elephantum esse coloris purpurei & violacei, rubere autem cum sit coctus.

Color Squillæ.

SQUILLA dicitur apud *Athen. in Eupolidis* versu κάρις μαθλετίνης, quod *purpurea* vertitur coriacea, *Dalechamp.* tamen interpretatur puniceam, μάθλη enim veteribus calcei genus phœnicei, quem colorem *assa squilla* refert. Hinc ab *Epicharmo ibidem apud Ath.* κάριδες Φοινίκαι phœniceæ squillæ vocantur. *Locustæ* sunt albicantiores, quanquam & in Ligustico mari nigricantes.

CANCRORUM *marinorum color* maribus quidem rubentior, fœminis ex livido in cyaneum tendit. BELLON. *de Aquat. l. II. cap. 3.*

Cancrorum marinorum.

PAGURI *vivi* color multo vividior est, quam demortui, in vivis præ nimia roris exhalatione tergora veluti subnigra apparent, cocti autem colorem mutant, adeoque ex parte rubent, ex parte nigrescunt. GESN. *f. 121.*

In

In *novo orbe ex Brasilia* JOSEPHUS *Jesuita* 1560. scripsit, reperiri *Cancrorum* genus quoddam *viridi colore*, & parare sibi in solo foveam. MAIOL. Coll. IX. *p. 377.* esse ibidem quoque genus *coloris atri*, quod cito sumtum præsentaneum & immedicabile venenum, referente *Balthasaro Diazio* apud *Eund. MAJOL. p. 378.* Mirum tamen, has duas species non observatas fuisse â diligentissimo Brasiliæ perscrutatore *MARGGRAVIO.* Brasiliensium cancrorum.

GUAIA APARA apud Brasilianos *coloris obscure brunni*, & variegata maculis ex albo flavescentibus *MARGGRAV. l. IV. Histor. Brasil. c. 19.*

GVAIÆ pedes & venter albicant, testa dorsi maculis brunnis ordinatim distincta. *Id. ib. f. 182.*

GUAIA MIRI testa ferruginei coloris, brachia & crura violaceo-purpurea. *ib. fol. 183.*

ARATU Peba testa ex rubro, brunno, viridi, cœruleo, albo mire mixto colorata & punctulata, in cujus medio macula rubra instar pyramidis.

CIRI OBI testa obscurè cinerei coloris, maculis olivaceis, crura cœrulea, remiges Cinnabrii coloris *ib. f. 184.*

AGUARA UCA testæ color *cinereus* cir-

cumcirca pallide flavo umbratus, forcipes albi coloris.

Uca una cancer paluſtris *olivaceus* flavo in extremitate intermixto. Ibid. c. 20. f. 184.

ARATU PINIMA teſta multiplici colore picta, *brunno, cœruleo, albo, rubro* punctatim variè intermixtis.

POTIATINGA Gammari color totius *candicans*, punctulis minimis hepatici coloris per totum variegatus. *Ibid. c. XXI. fol. 188.*

Cur tanta colorum diverſitas in cruſtatis.

§. III. *Mirum* videri poſſet *tantâ colorum varietate* Naturam proſpexiſſe *cruſtaceis*. De *Polypo* quidem *Ovid. Halieut. fragm. v. 32.* quod eludat retia fraude.

Quod ſub lege loci ſumat muteтq; colorem,
Semper ei ſimilis quem contigit. - - -

Variat Polypus. Squatina.

Idem affirmat *OPPIAN. Hal. l. II. v. 233.* *Ælian. l. I. var. 1.* Ex Piſcibus *SQUATINAM* colorem mutare *ARISTOT. l. IX. Hiſt. c. 37.* non vero ſepiam, ut quidam volunt, affirmat *VOSSIUS de Id. l. IV. c. 5. p. 1295.*

Tarando.

Tarando Scythiæ fera dicitur in mille ſe vertere pilorum imagines, notante *RITTERSHUS. Comm. in Oppian. p. 238.*

Chamæleon.

Chamæleontem pro loci varietate *colorem variantem* modo viridem, modo nigrum factum, propria experientia confirmat *JOH. LEO Africanus. l. IX. de Afric. c. 54. p. 765.* de ejus muta-

mutatione *ARISTOT. l. II. H. A. c. 11. & l. IV. de part. anim. c. 11.* colorem tamen candidum ipsi abnegat *PLIN. l. VIII c.33. SOLIN. Polyhist. c. XLIII. PLUTARCH. de Cauſ. Nat. c. XIX.* invenit tamen in eo *album colorem Aldrovandus*, referente *VOSS. l. III. de Id. c. 55. p. 1025. cauſam variantis coloris in Polypo WORM. Muſ. l. III. c. 3.* aſscribit ejus pelli, quæ facilè glubi posſit, unde mox album, mox ruffum, poſt lividum, mox variis coloribus diſtinctum videre liceat. *Chamæleontem* vero *Dominic. PANAROL. in Examin. Chamæl. p. 204.* naturaliter *coloris cineritii* eſſe rectè obſervavit, ſed rubeſcere interdum, interdum viridеſcere ob animi vel ob aëris alterationes, quod cum exſangvis & excarnis facilè calori vel frigori ſubjiciatur. *J. G. VOSSIUS* tamen *de Idol. l. IV. c. 5. p. 1295.* negat, *Chamæleontem* ac *Polypum* revera mutari, ſaltem id videri, quia corpus ipſis leve ac glabrum, fit ut ſaxi vel alterius corporis vicini color in eo velut in ſpeculo reluceat. Cauſa variantis coloris.

§. IV. *Cruſtacea* inſtar Polypi & Chamæl. non mutant varietatem colorum, ſed *vel ſecundum diverſam ſpeciem, vel ſecundum anni tempus, vel ſecundum littorum & aquarum*, ubi degunt, *diverſitatem, vel propter variam nutritionem, vel poſt cocturam.* Cur Cruſtacea varient Colores.

Mutatio ob anni tempus.

Notant *Ichthyographi*, quosdam *pisces pro anni tempore colores mutare*: Sic Phycin candidam esse, præterquam Vere, quo variat colorem: Mœnas & Smarides hiberno tempore candidas, æstate nigricare, longis interim depictas lineis cæruleis ac purpureis, de quo *RONDELET. de piscib. l. II. c.* quanquam hæc coloris mutatio paulatim fit. *Sic* quando veterem exuunt crustam *Gammari æstate*, nigricantior illa est, succedit *dilutior* nova subfusca.

Mutatio propter diversa littora.

Secundum diversa littora & aquarum differentias, in quibus degunt *Gammari*, & ob *Nutrimentum*, quod ex iis diversum capiunt, *colore* quoque *variant*. *Crustatorum marinorum* in diversis Oceani partibus degentium variantes colores recensiti fuerunt. Et in aliis animantibus apparet, quantum aquarum diversitas & nutritio conferat animalium mutationi circa colores. *MARTIAL.* Homo Hispanus non uno loco meminit *ovium* Hispanicarum vellera habentium aurei coloris, ut de *Bæti* fluvio *l. XII. ep. 100.* ovium

Fluviorum aquæ bibitæ vellera mutant.

Aurea qui nitidis vellera tingit aquis.

Et. l. IX. Ep. 62. de *Bæti.*

Vellera nativo pallent ubi flava metallo,

Et linit Hesperium bractea viva pecus.

Pariter ac in Cretæ finibus oves *rufæ, Xanthi*... *OPPIAN.*

OPPIAN. *Cynag.III. v. 377.* quibus pelli circumdata est λάχνη πορφυρέοσα lana purpurea. *Boves* ad *Clitumnum* umbriæ fluvium pasti fiebant *albi*, unde Clitumnus tanquam sacer apud umbros cultus. *PLIN. l. VIII. c. 8.* & albi isti boves victimis & triumphis pro hostiis adhibiti. *PLIN. H. Nat. l. II. c. 103. VIRG. l. II. G. v. 145. & CLAUDIAN. in Paneg. de VI. cons. Honor.*

--- --- Clitumni *sacræ Victoribus unda,*
Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis.

In *Antandri* amne Oves bibentes colorem mutant, & ad Trojam *Scamander* potantes *fulvas* efficit, unde post *Xanthus* dictus est. *ÆLIAN. l. VIII. Var. 20.* Ultra Pelusiacum ostium in Arabia in littore maris Erythræi *fons*, quem si oves biberint, mutent vellerum qualitatem, & antea candidæ mutent, quod fuerant, ad haustum, & post furvo nigrescunt colore. *SOLIN. C. XXXIII.* ut habet *VOSSIUS de Idol. p. 677.* ex editione *Camertis* tamen *c. XLVI. f. 242.* Tales fluvii Bœotiæ *Cephisfus* & *Melas* (de quibus *SOLIN. c. XII. f. 92.* qui omissa horum appellatione *ait*, si ovillum pecus de posteriore bibat, pullo induci colore; alterius haustu vellera fusca in candidum verti, STRABO *l. X. Cereum*, & *Neleum* vocat hos Bœotiæ

 fluvi-

fluvios) apud Lucanos *Crathis*, in agris Clazomeniorum & Laodicensium *fontes*, qui assiduè poti pecora quamvis alba Leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore reddunt. VITRUV. l. VIII. *Arch. c. 3.* Plura exempla apud PLIN. l. XXXI. c. 2. SENEC. l. III. *Nat: Q. c. 25.* ARIST. *de mirab. Auscult.* C. XX. XXI. ex *Timæo Antigon.* CARYSTIUS *Hist. Mirand.* CXLIX. MAIOL. *Canic.* Colloq. XI. *p. 438.* BACCIUS *de Therm.* l. I. *c. 14.* Aquæ namque si aliunde è terra aut metalli fomitibus colorem conceperunt, solent hunc ipsum in lanas postea & cutem deponere; non aliter ac lepores in Alpibus candidi, quod hibernis mensibus nivem pro cibatu adhibeant, nive vero liqvescente rutilescant lepores. *WALDVNG. Lagograph. c. XI. p. 30. 31.* Si itaque *aquarum potus* & cibus pecorum cuti vel saltem pilis inducere potest *colorem*, *cur non & nutrimentum* ex aquæ varietate, variis imprægnatæ, & fixa immoratio aquarum in tegmine crustatorum colorem variare posset?

Color mutatus ob nutrimentum.

§. VI. *Gammarum coctum rubescere*, præter *MARTIAL. l. II. Ep. 42. & JUVEN. Sat. V. v. 9.* quotidiana docet *Experientia.* Cur verò *pleraque cancrorum genera*, quæ nigricant externa crusta, quando coquuntur, rubicun-

Mutatio Gammarorum in coctura.

rubicunda evadant, difficile dictu est, rectè ait *Exc. BARTHOLIN. litteris* sæpè allegatis. Si otium permitteret, inquiri nunc posset, an superiori capite allatæ variæ de natura colorum sententiæ Cancrorum mutatæ fuscedinis in rubedinem applicari possent, an saltem rubedo ista phantasma apparens ex refractionibus specificis, & an ex certa positione in superficie atomorum, ex mente Digbæi, ob asperitatem vel levitatem, ob mollitiem vel duritiem. Si ista *Digbæana* sententia applausum ubique inveniret, dicendum, refractionem aliam in coctis *fieri ob mollitiem superficiei Cancrini tegminis mutata in duritiem*; supra namque allegatus *Digbæi* locus *ex de Nat. Corp. Tr. I. c. 29. p. 335.* qui statuit corpus penetrabile omne poris & foraminibus frequens esse molle & humidum; Siccitatem contra duritiem & partium compressionem reddere impenetrabile; compressa visibiliora evadere, plusque luminis reflectere; mollitiem augere corporum nigritiem; quare dum per elixationem coquantur Gammari, mollitie cessante, & humore aqueo superfluo quasi per lenem calcinationem exhalante, duritie & siccitate in testa conspicua, color etiam testæ immutatur. *Mitto*, quæ ex *Savotii* mente adduci possent, *de colorum mutatione*

An propter mutatam superficiem molliorem in duriorē.

tatione in testis ob rarefactionem & condensationem partium, saltem paucis subjiciendum, an ex principiis chymicis ista varietatis causa indagari possit.

An ex principiis Chymicis?

§. VII. Misso *Mercuriali principio*, quod supra allegati Authores colorum causam statuunt; misso *nitro Sulphureo QVERCETANI*, nisi potius Sulphuri prævalenti adscribendum; Sunt qui *sali* rubedinis causam assignent.

An propter Sal?

Probare conantur, quod elixationi *cancrorum sal* adjiciatur: Salis manipulus, inquit *VNZER. de sale c. XXV. p. 115.* inter coquendum cancris superinjectus, rubicundo colore eos ornat. Sed hoc non probat â Sale fieri colorem. *Experimenti* ergo Gammaros aliquot nuper aqua elixare permisi absque ullo Salis addito granulo; rubedine certarunt cum aliis, quibus sal adjectum fuerat. Rubent quidem crustæ magis interdum, si in aqua salsa coqvantur, vel in cerevisia, monente quoque *Exc. BARTHOL. Epist. ad me perscripta*: unde in aquæ salsæ defectu aniculæ ferantur in lotio coquere squillas, ut rubicundiores videantur & elegantiores. Et dum Lugduni Batav. degerem, narrabatur historia de *Squillularum venditore*, qui, dum forte ad Principis aulam Hagæ Comitum *Squillulis coctis* propriam urinam aspergeret, ut nitidiores apparerent

parerent, Princeps *GVILIELMVS II.* viso hoc lepido mangonio, & ad se vocato homine, coëgit proprium condimentum absorbere. *Sal* aliquid rubedini conferre inde accidere judico, quod vi exsiccatoria magis absumat humiditatem & mollitiem, adeoque calcinationem istam leviculam ab elixatione inducendam maturet. Si ex *salino interno principio crustacea marina* multo cocura fierent rubentia, quia ob nutrimentum Salinum in mari salinis partibus magis abundant; experientia tamen constat, non intensiorem rubedinem contingere iis præ fluviatilibus, imo Paguros coctione partim nigros, partim rubros evadere, observante GESNER. *Aquatil. f. 127.*

§. VIII. Credibile itaque, *â Sulphureo principio cancrorum rubedinem fieri.* Non *excluditur* tamen *penitus salis consortium,* siquidem haut inconveniens KIRCHERI *sententia, Mund. Subt.* l. VIII. *f. 1. c. 5. f. 9.* fundamentum colorum consistere *in salibus Sulphuri commistis*, cum & Chymici doceant, ex 🜍 per ignem tormentato innumeras colorum species resultare, unde pro varia Sulphuris variis salibus mixti concoctione varii colorum gradus. Video quidem *Exc. Dn. Joh. Dan.* HORSTIUM *Archiatrum Hassiacum & Medicum magni nominis*

minis in Germania, Patronum colendum, i
Responsoria ad D. Joh. Dan. MAJORIS *Ch*i
rurgiam Infusoriam, ad propositam mea
quæstionem *de Gammarorum rubore* ali
quot pagellis respondendo, *pag. 85.* dubita
re, *an non potius Sali* (quem ruborem pluri
mæ Tincturæ exhibeant,) quam *Sulphur*
ascribendum sit? Vidisse se sæpius *Cancro*
ad Thermas Berstadianas captos non ru
bescere coctura, in quibus forsan plus sul
phuris, quam in aliis. Sed fieri potuit bitu
minosa alia Sulphureis his thermis addita
miscellâ sua multivariâ impedisse rubedi
nem Gammarorum consuetam. Nec, ut
ante dixi, sal penitus excluditur, dum 🜍 no
mino. Scio etenim & *per-Illustrem Dn. Joh.*
Marcum Marci à Kronland S. Cæs. Maj. Con
siliar. S. Imperii & Aulæ Cæs. Comitem. Me
dicum Cubicularium, & in Regno Bohemia
Physicum seniorem in lib. de Arcu Cœlesti p. 120.
Tincturarum principia partim ad 🜍, par
tim ad aliquod Sal ☿ale transferre. Mecum
consentit amicissimus *Dn. D. Joh. Dan.* MA
JOR, quando in *Litt. Hamburg.* 6. *Apri*
1665, ad me datis ita sententiam de *Gamma*
rorum rubore promit: De rubore quid sta
tuam in Gammarorum testis per coctio
nem conspicuo, difficilis & ambigua valde
doctrina de coloribus est, & vix à quopiam
vel

vel satis feliciter, vel confidenter sat tractata, plurimis quidem ad elevatum foras 🜍 quoddam partium substantiale ac balsamicum recurrentibus, ita tamen ut salium vicissim activitas æquali juris titulo videatur in multis tam Naturæ, quam artis exemplis allegada. In Gammarorum quidem testis rubor non à 🜍e solum proprio animalis provenit, sed præterea etiam à Sale, & non tam interno, quam externo Aquæ inter coctionem adjecto: sed ita tamen, *ut Salia dispositivè* tantum *Tincturas rerum* prodant, dum vel ob vim siccantem, abstergentem, attenuantem & resolventem, balsamico partium Sulphuri exeundi ex imis Naturæ carceribus viam præparant, & moras potissimas procul arcent, vel (si quædam illarum volatilem statum nacta sint) ob innatam levitatem, & semimercurialem rerum calidarum fugam, intimè sibi complexas Tingentis 🜍 particulas secum rapiunt, & cum illis postea in testis gammarorum vel crustis, ob harum compactiorem naturam sistuntur aliquandiu, ne adeo promtè rursus avolent. Sic ipse calor coquens etiam *dispositivè* semet habet excitando à quiete Salia particulas. *Sulphur vero materialiter, & tanquam proprium & adaquatum coloris subjectum & vera & proxima causa. Dispositio*

fitio vero strictioribus Philosophis propr Causæ nomen non meretur, sed se habet tantum ut aliqua conditio. Hactenus Dn. D. MAJOR. Sed audio porro objicientes, *si à Sulphure rubri cancri*, erunt tempera-menti *calidi* cancri, quod absurdum. Frigi-dum argumentum, inquit *BELLON. l. II. de Aquatil. c. 3.* ex colore rubro cancros ju-dicare calidos; hac enim ratione solæ cru-stæ essent calidæ, nec omnes coctæ rube-scunt, cancrorum enim intra saxa habitan-tium crustæ coctura pallidiores fiunt. Et cum *SCARMILION. de Colorib. l. II. c.* 14. *p. 164.* respondeo, licet ruborem caloris effectum concesserim, nihilominus omnia rubra calida esse cum sensu, cum rationibus ductus pernego. Et hac ratione scientissi-mo THEOD. MORETO scrupulus eximi poterit, *litteris ad me datis*, qui dubitat, an 🜍 partibus coctione evocatis ex centro ad superficiem (beneficio elixationis) rubo-rem *contrahi in cancris*. Ratio, *inquit*, veri-similis est, utinam esset universalis: putat enim Aristot. se causam effectuum non sci-re, nisi sciat universalem, quæ omnium ejusmodi effectuum & semper sit causa. Si 🜍 foras evocatum sit causa ruboris, dicen-dum etiam, cerasa & poma, & fructus ber-berum, & fraga, & plura ejusmodi, quæ in cu-

cute rubent, dum maturescunt, & fungos, qui muscas necant, suum ruborem debere evocato 🜍i latenti ad superficiem. Licet allegata exempla humiditatem & frigiditatem ostentent, imo & Persica, quibus nihil humidius, rubeant, *poterit* tamen *rubor consistere absque calore*, & iis fructibus inesse 🜍eas particulas, quæ per elixationem quasi quandam & maturationem â sole tandem in superficie uniantur. *SCARMILION. de Colorib. l. II. c. 16. p. 163.* Fuscam Gammari crustam ideo rubescere ait, quod omnis per cocturam humiditas beneficio Ignis absumta sit. Sed *cum Dn. D. Joh. Michaele FEHR Collega Curiosiss. litt. ad me datis Suinfurto, respondeo*, non sufficere hîc qualitates primas, vel secundas; sed substantiæ rationem esse habendam: nigricare ex eadem causa violentia ignis cornu cervi, & pleraque capita mortua, suppresso; albicare eadem △ aperto calcinationi diuturniori exposita, sic & cranium humanum, cochleæ & salia pleraque albescunt calcinata, rubent radices, rubent caules & folia, rubent flores & semina, rubent fructus plerumque ex humoris nativi absumtione, in foliis puta & fructibus, ut baccæ bryoniæ, berberum, sorbi aucupalis & torminalis, sambuci aquatici, caprifolii, rosarum silve-

Rubedo cur Gammaris ex mente Scarmilionis.

ſtrium; rubent & in ipſis aquis genita, p
orbes piſces rubicundi (quales in foſſa ſub
urbana Svinfurti aluntur, die Orffen / au
ratæ, truttæ. *In ſubſtantiæ* itaque *modo &*
principio Sulphureo coloris cauſa quærend
eſt, quæ pro ſubjecti varietate modo citiu
modo tardius, *vel per maturationem* natur
lem, *vel per coctionem artificialem* elicitur
aut ſi ex *Isaci VOSSII* ſupra allegata ſente
tia pronuntiandum, *pro varia ſolutione &*
flexu Sulphuris diverſos induci colores, adeo
ut conſumto omni Sulphure pellucidus c
nis etiam er Cancris confici poſſit. *Inte*
Gammaris omnibus rubedo ab innato 🜍 *a*
eaque plurima in ſemine ſeu ovis, quæ pri
mo plane punicea ſive brunna apparent,
hæc ipſa rubedo poſtea communicatur car
ni, exinde in ſuperficiem carnis, & tandem
in extimam cutim ſive cruſtam coctione
ſuperveniente deponitur: nam & *ex intima*
Obſervatio. *tunica chelarum gammari coſmeticum* in
gne ſive purpuriſſum digitis contrita confi
ci poſſe *D. Mænichenius* ex Italia redux *Er*
Bartholino aperuit.

Rubor in Gammaris non per calcinationem, sed ſublimationem.

§. IX. Sed non opus eſt calcinatione au
violentiore igne, quali vitriolum cœru
leum ignis violentia fit rubrum, poſtmo
dum rurſus albeſcit, quo ſimili *cancrorum*
ruborem Literis ad me datis confirmare vo

luit *Dn. VALENT. ANDREAS MOELLENBROCCIUS Physic. Hallis Saxon.* meritissimus, *Collega Curiosus*; vera quidem ipsius assertio, 🜂 testatum cancrorum rubrum ad superficiem à centro extrahi, sed non opus violentia *calcinationis*; siquidem vel levissima aqua ruffescunt levi coctione; idque non tam ratione exsiccationis, quam *exaltatione* quadam; vel ut Chymici loquuntur, sublimatione & subtilisatione humoris rubicundi, pariter ut Caryophyllis suo cum tempore venit rubedo, sic violis gladiolis, rosis, fragis, moris, uvis. Et hæc *exaltatio seu sublimatio Sulphuris* rubicundi *in testa cãcrina* cõfirmatur ab *artificiali cancrorũ coctura*: Si namq; Spiritus vini affricetur crustæ cancrinæ & accẽdatur, per poros attrahit similitudine sui sulphureas partes; & sublimatione deponit. Igne itaque opus est, licet non violento, ut rubedo fiat. Nigra igni addito Φοινικεῖ *Theophrast. l. de Color. c. 2. ait*, hoc est punicea evadere, ὥσπερ ut carbones nigri rutili in igne. Eodem modo, *inquit*, *SCALIG. Exercit. CCCXXV. §. 13.* & *Cancrorum testæ* coctæ rubescunt; & solis æstu ruborum malorumque frondes, quin & nigra à rubro non abhorrere, animalis sangvinis exemplo probare

bare vult *Anton. Tilesius de Colorib. Epilog. pag. ult.*

Color gammari à 🜍. ob lucem concreatā.

§. X. Probatur quoque *Sulphur rubedinis* & reliquorum colorum in *Gammari superficie* seu testa causam esse, quia *Sulphuris* proprium *lucere*; *Gammarorum* verò *testas lucere* in tenebris ex *BARTHOLIN. de luce Animal. l. II. c. 15.* supra *cap. 11. §. 6.* recensitum fuit. Huc congruere videntur, quæ vir *GEORGIUS REISCHIUS* Carthusianus vir variæ admodum pro temporibus, quibus vixit, doctrinæ in *Margarit. Philosoph. l. X. tract. 10. c. 11.* (referente ea *Joh. VOSSIO de Idolol. l. IV. c. 71.*) *Ingenitum lumen* omnibus *Animantibus* adjudicante. Quia enim omne mixtum elementis constat, & sic quoque *igne* (cujus loco chymici *Sulphur*) in vermiculis noctilucis, quoniam sine sangvine sunt & frigidi igneæ (*sulphureæ*) partes circa digestionis locum concurrunt & ibi lucent. Sic & piscibus, qui frigidi sunt, & in frigido degunt elemento (*sic & cancri*) natura squamas prævidit (*cancris testas*) multum duras & terrestres partes igneas (*sulphureas*) conservantes pro fortificatione caloris naturalis. Corpora autem illa non in die in lumine suo congenito videntur, quia in die à lumine solis, quod majus est, illustrantur, à quo etiam lumen, tanquam

quam minus & debilius, obſcuratur; ob quam cauſam etiam ſtellas in die non nisi ab acutisſimo viſu & in puteo aliquo poſſe conſpici *Idem* judicat. Licet *itaque* non *materiale tale ſulphur*, quod ardeat, *ex teſtis cancrorum* eliciatur, ut objectum mihi fuit, neceſſarium, ut, ſi *color ex ſulphure*, Sulphur quoque materiale ex iisdem colligeretur: ſubtilisſimarum namq; partium eſt, ut colligi nequeat, quin ſubito avolet.

§. XI. Nonnulli *Gammari tandem ruborem deponentes, inquit Exc. BARTHOLIN. in litt. albicantes* fiunt. Monſtroſas chelas habeo duas, altera major Aſtaci obtuſa eſt lato fine piliſque obſito; cujus pars media rubet, media nigricat: Gam̃ari altera prorſus jam candicat, cujus una chelis pars bifurcata cernitur. Confirmat pariter *Dn. D. Joh. Mich. FEHR* ſe poſſidere *Gammaros binos* marinos ex Hiliglandia à fratre Germano Chirurgo Ditmarſo miſſos, qui, ut & *noſtrates gammari*, ſi diutius ſoli aut aëri ſicciori exponantur, facillimè rubedine ſua exuantur, & quaſi calcinatione facta in aëre albicent. *Tandum notandum non omnes cancros poſt coctură æqualiter rubere:* qui enim ſub ſaxis degunt, & cruſta duriore aſperioreque præditi ſunt, ſaxatiles ideo dicti, Steinkrebs / fuſcedinem in ſuperiori parte

Gammari ruborem tandem deponunt.

Non omnes cancri æqualiter rubent.

deponunt, utut diutissimè cocti fuerint; quod & multiscius *JONSTON.* non diffitetur *in l. V. Histor. Nat.* an, quod ob densitatem crustæ Sulphureæ partes ad superficiem ob denegatos poros sublimari non tam facile potuerint? quod aliorum judicio penitius rimandum relinquo, & his cancrorum colorem ulterius depingere desisto.

Caput XVIII.

De crustatorum, & in specie Gammarorum quoque Ingenii simulachris, Sympathiis & Antipathiis cum aliis corporibus Naturalibus.

§. I.

An Animantibus competat Ratio.

Sunt quidam ex *Antiquis*, *qui mentem tribuant Animalibus* brutis, ut Anaxagoras, Plato, Pythagoras, Diogenes apud *Plutarch. l. V. de Placit. Philos. c. 20.* qui *IDEM Plutarch.* etiam opusculum edidit, quod *Bruta ratione utantur*, quod demonstrare conatur rationibus 1. ex sermone mutuo brutorum & humani sermonis intellectu: 2. ex capacitate disciplinæ. 3. ex sagacitate, industria

ſtria, providentia. 4. ex Virtutibus: amore, fidelitate, 5. ex variis Actionibus. 6. ex Memoria multorum. 7. ex Judicio ſeu ratiocinatione. Sed rationibus iſtis *Scientisſimus Caſp.* *SCHOTTUS in Phyſic. Curioſ. l. VII. part. 2. c. 19. p. 781. & ſeq.* robur ademit, non minus ac ipſis brutis mentem. *NIERENBERG. l. III. Hiſt. Nat, c. 20.* Sapientiæ brutorum partem à notitiis naturalibus dependere opinatur: inſtinctus autem iſtos animalium nihil aliud eſſe, quàm operationem phantaſiæ ad judicium commodi vel incommodi determinatam, determinantem appetitum ad impetum vel fugam; diverſitatem autem inſtinctuum à diverſitate formarum, ut alius inſtinctus formicæ, alius apum. Hanc *NIERENBERGII* ſententiam *in dubium vocat SPERLING. Phyſic. Zoolog. l. I. c. 13. §. 4.* quod à phantaſia brutorum non fieri poſſit, ſiquidem phantaſia pendeat à ſenſu communi, ſenſus communis à ſenſibus externis, ſed araneas tamen formare telam, quam nunquam prius viderint. *Illuſtriſſ. DIGBÆUS* plures *Animalium actiones* oriri *potius à metu*, ut quando vulpes caudam mejunt, & canibus asſpergunt, aut *caſu, quàm ullo judicio*, pluribus aſſerit *in de Nat. Corp. Tr. I. c. XXXVI. p. 398.* Laudatisſimus *SCHOTTUS l. a. p. 888.* ut aliquid

certi statuat, *Sagacitatem Animalium* non i-
propria ipsorum mente & prudentia pro-
ficisci autumat; *sed à ratione quasi divina,*
ubi Deus singulis Speciebus inclinationes
impertivit ad se tuendum, ad consequenda
commoda, ad vitanda incommoda, quæ in-
clinatio & propriæ naturæ impetus unicui-
que speciei ac Individuo à Natura seu me-
lius Naturæ Authore Deo attributus, insti-
ctus Naturæ vocetur. Quod & ingenio-
sissimus *HUARTUS Scrutin. Ingen. c. VI. p.*
155. Et *DEUSING. de rat. & loquela brutor.*
§. 76. concedunt, inesse brutis facultatem
aliquam internam rationi humanæ analo-
gam proprio nomine carentem, nisi ratio
belluina vocetur, eamque dependere in A-
nimalibus in operando à temperamento
ipsorum, & dispositione pro varietate loco-
rum, arborum, temporum & ætatis variati-
one. *Et tali modo Crustatis Gammarisque*
simulachra quædam Ingenii, & umbras Ra-
tionis inditas esse ex sequentibus patebit.

An Piscib9 Memoria?

§. II. Nec *Memoria piscibus* adimenda,
quamvis sensitiva saltim, non intellectualis.
Narrat *Plin. l. X. c. 70.* in quibusdam viva-
riis pisces congregatos plausu & consvetu-
dine, & de *Bajanis* Piscibus *MARTIAL. l. IV.*
Ep. 30.

Qui norunt dominum manumque lambunt Qui

Quid quod nomen habent? & ad magistri
Vocem quisque sui venit citatus.

Et de *Formianis Idem l. X. Ep. 30. v. 22.*

Natat ad Magistrum delicata Muræna,
Nomenclator mugilem citat notum,
Et adesse jussi prodeunt senes mulli.

Crassi Muræna gemmeo monili ornata appellantis Heri vocem cognovit atque ad eum adnatavit, & gaudio exiliens porrectum ore parato accepit. *MACROB. Saturn. l. III. c. 15.* Et plura *de piscium cicurum memoria Cic. l. XX. ad. Attic. Ep. 1. Plin. l. XXXII. c. 2. Ælian. Anim. l. VIII. c. 4. JUVENAL. Sat. IV. & LUCIAN. Dialog. de Dea Syria:* nomina quidem pisces habent & vocati, inclamatique adveniunt. De hac *piscium*, & reliquorum Animalium *memoria* ita *NIERENBERG. l. III. Hist. Nat. c. 25.* Animalibus quidem *reminiscentia* nulla, quæ appendix intellectionis est, *sed memoria* multis imaginationis viribus contenta, & quamvis Basilius nullam pene memoriam Piscibus assignet, apparet tamen in ipsis Species quædam experientiæ, quod Cymbalo accurrant. *Illustrissimus DIGBÆUS Tract. I. de Nat. corp. c. XXXVI. p. 389.* eleganter de *Animalium memoria* philosophatur: Animal, *inquit*, natura sua promptum & agile deficiente via ordinaria tamen re-

 stin-

ſtingvendi, vel hoſtilem impetum evadendi, fortuitò incidit in actionem aliquam, unde optatum finem conſequatur. Cumque actio aliqua proſperè ſucceſſit, ea tam altè ſui veſtigia memoriæ imprimit, ut qvandocunque occaſio ſimilis ſeſe offert, eandem repetat, iisdem ſcilicet ſpeciebus à memoria ad phanthaſiam redeuntibus.

Odorantur Piſces.

§ III. *Odorantur Piſces & Gammari ſub Aqua*, ut exin tam Aqua, quam aër odoratus medium ſit, quod medium *Ariſtot. l. II. de Anim. c.7. § 76.* ἀνώνυμον vocat, Themiſtius verò in *l. II. de An. c.34.* δίοσμον *Hermolao Barbaro* perolutia, *VOSSIO de Idolol. l. III. c.30. p. 873.* perodorium. Non tamen capiuntur Piſces odoribus univerſis, ut homo (qui tetro odore dolet, grato gaudet) ſed iis quibus aluntur, ut videantur non delectari odoribus, niſi quatenus indices ſunt alimenti. *VOSS. l. a. p. 870.* aut *ut Idem loquitur l. IV. c.54. p. 1489.* non capiuntur odore, quatenus ſunt res odoratæ; ſed quoniam conducunt ad explorandum alimentum. Et hac *ratione Gammaros* quoque *odoribus eſcarum* delectari, & eorum beneficio facilius capi, infra cap. 25. §. 12. pluribus agetur.

Cruſtatorũ actiones.

§. IV. Nunc in ſpecie tranſeundum ad Actiones *cruſtatorum ſolertia*, quæ & boni-

...vis in toga, & strenui Bellatoris in Sago
...deam exhibent.

Boni civis officium in pace exhibent *Asta*-
ci præcipue *marini* ob *Amorem Patriæ* sedis.
Enarrat eundem OPPIAN. *Halievt.* I. v. 263.
Interprete *Rittershus*.

Bonus civis est Astacus ob Patriæ Amorem.

Astacus vehementem, & dici non potest
qualem Amorem
Proprii cubilis occultat animo, nec unquam
illud
Deserit Sponte, sed si quis ipsum vi abstra-
ctum
Procul portans aliorsum iterum ad mare
demittat,
Ibi ille post non longum tempus ad suam re-
dit Speluncam
Festinans, nec vult ad alienum recessum
venire,
Neque ad aliud saxum se applicat, sed per-
sequitur
Et domicilium quad reliquit, & consvetu-
dinem, ac pascua maris
Illius quod eum aluit, & non aversatur
mare
A quo ipsum profugum abegerunt mariva-
gi piscatores.
Sic igitur est natantibus sua domus, atque
mare

Patrium, & locus familiaris, ubi procr[eati]
sunt,
Instillat in Corde dulce gaudium. -- --

Eadem de iisdem memorat *Ælian. lib.* [...] *Hist. An. c. 22.* & de maximo Bubali re[...] tentis in patria loca patriæ amore. [...] *P I A N. l. II. cynæg. v. 306.* ubi conclud[...] *313.* (quod *Idem Hal. II. v. 225.* quoque p[...] nunciarat.)

Non igitur Solis cara est Patria homin[ibus]
Sed etiam rapidarum desiderium quod[...]
instillatum est animis ferarum.

Quare & ipse *OPPIAN.* Amore Patriæ [...] ptus sub *ASTACI* mentione exilii mise[...] detestatur, utriusque fortunæ vices exp[ertus], cum à Severo Imperatore una cum Pat[re] Agesilao in Melitem Insulam relegat[us] esset, notante *RITTERSHUS. Comm. p.* [...] Ut testudo propriam testam circumg[erens] exclamat οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος: [...] *Astacus* propria quidem crusta tectus, pat[ria] tamen loca repetere satagit, ne in ipsum [...] patriæ obliviscentem regeri possit: Locu[m] gustasti.

Bonus civis in Prudētia oeconomica.

§. V. *Bonum Civem* agunt *in Pruden[tia]* *Oeconomica*, cujus propriæ conservatio[nis] vestigia in exuenda veteri testa exhibent [...] infra c. XX. dicetur.

Bonus civis

§. VI. Nisi *fabulam* saperet, quæ de P[...] *not[...]*

nothere supra c. V. §. 12. allata (cum credibilius esse crustatorum singularem speciem turbinatis innascentem) *Oeconomum Pinnother* ageret, qui cum opportunum injuriis se sentiat, solerti consilio inanium ostrearum testis se condat, & cum accreverit, migret in capaciores. *Camerar. Embl. l. VI. Cent. II. Pinnotheris migrationem in alienas ædes* vitæ nostræ comparat,

Hic nusquam certis habitamus sedibus, ast hinc
Ibimus ad superi cœlica regna Dei.

In servandis Amicitiis & Communitate. Bonum Oeconomum agit.

De hâc Pinnotheris solertia *MAJOL. Colloq. IX. Canic. p. 374.* Hæc familiaritas alienis ædibus juris quidem esse potest, cum pro derelictis habentur, ast non esset laudanda, si alios ejicerent, aut sibi soli studerent, quapropter *Idem l. a. p. 373.* Pinnotheres & cancellos Aulicis comparat qui cum nudi sint & absque domicilio, alienis se protegant vestibus & domiciliis. *OPPIAN. verò l. I. Hal. v. 277.* Cancellos hos errones *Caridam* sive *squillularum greges* miseris *exulibus* associat, qui

Profugam à patria vitam exigant doloribus plenam,
Et peregrinum inter Exteros dedecoris jugum trahant.

Nisi quoque supra *c. V. §. 12.* demonstratum

tum, *Pinnæ & Cancelli* suſpectam eſſe nati... tionem, *mutuæ Amicitiæ*, & *Civilis conc...dia*, & *laudatæ ſodalitatis* ſymbola præ ſi... ferrent, quando *Pinna domicilium* ſuppedi... tet, *cancellus hoſpitem* ad prædam excitet, ... poſt communi fruantur prædâ. De hac *Pi...næ putatitia cum Cancello Amicitia Camer...* *Cent. II. Embl. LVII.* cum Lemmate: *Com*munia Tecta:

Quam bene conveniunt & in una ſede mo-
rantur,
Quos natura, uſus, junxit & uno
Amor.

Amicum conſtantem & ſubditum fidelem agit Aſtacus.

Amicitiæ tamen *Leges & ſympathias* in Ne...ptuni Republica obſervant *Aſtaci & reliqua cruſtata*. De ſubo refert *OPPIAN. Hal. l. v. 390.* ſeq. quod eum natantem utrinque comitentur Pagri, melænuri, Acus, mullis *Aſtaci*, ubi non ſolum admirandum cenſet quod Deus inter peregrinos horum piſci...um amores, non ſolum Amicitiæ æquali... leges neceſſarias dederit, ſed etiam, quod hæc diverſarum ſpecierum animalia, licet ... ſe mutuo quidem ament, attamen non ſi...mul inter ſe coëant. *Subus infidelis Amici*, *aut* potius *perfidi Tyranni perſonam agit*, *Ei...dem* referente *OPPIAN. l. a. v. 435.* ſeq. dum enim utrinque gaudibundi circumna...tant ſubum *ASTACI* reliquique *Amici piſces*

ſces, ille non curans peregrinam Amicitiam, plane nefarius marinos ſocios mandit ore cruento epulans, & ut *v. 441.* pergit, illi *Aſtaci*, quamvis mortem ob oculos cernant, tamen ne ſic quidem averſantur neque deſerunt interfectorem. Aſt, quod commune Tyrannorum præmium, ut

Ad generum Cereris ſine Cæde & ſangvine pauci
Deſcendant Reges, & ſicca morte Tyranni;

Sic & in ſubo infelicem Sociorum ſortem & mortem vindicat Nemeſis, dum, ut *Idem Opp. ait v. 443.* κακόεργον maleficum hunc ſubum, licet aſtutus, & ἰχθύφονος, piſcium interfector, piſcatoribus in prædam rurſus exponat.

§ VII. Quin & *Aſtrologum* agit *Aſtacus*, qui non ſolum, ut reliqui *cancri*, *Gammari*que *in proprio* corpore augmenta & decrementa *Lunæ* deſignat, de quo cap. 22. infra; ſed & *futuram Aruſpex tempeſtatem* præſagire novit. Ut Echinus Chaldæis ſagacior Nautis tempeſtates prædicit (conchæ namque adhæreſcentes & Echini ſeſe affigentes aut harena ſaburrantes tempeſtatis ſigna ſunt. *Plin. l. XVIII. c. 35.* quia prævidet hoc deſpicabile animal turbationes ex ventis futuras, ideoque ſaxa ſubtergreſſum in ipſo velut in anchora firmiter fluctuat, & Aſtrologus eſt Gammarus.

gravi-

gravitate detinetur, ne ab undis detrahatur *ÆLIAN. l. XVI. c. 12.*) sic *Astacus, cancri, Te*studines, & Crocodili futuram inundationem Nili præsagiunt, teste *NIERENBERG l. VII. c. 57.* pariter ut Aspides, qui 30. dies antequam Nilus se exoneret, ripas illius cum catulis suis relinquunt, & ad altissima loca, quæ Fluvius attingere non potest, confugiant. *GREVIN. l. I. de venen. c. 7.* pariter ut mures, domum ruituram præsagientes, aufugiunt, *ÆLIAN. Hist. Anim. l. VI. c. 11. & l. I. H. Var. 11.* aut mures Alpini tempestates designant, cum pluvia impendente somnum petant, serenitate instante ludis indulgeant. *SPERLING. Zool. Phys. l. II. c. I. §. 4.* in causam hujus præscientiæ *inquirit.* Cum enim narrasset, quosdam Bovem præscium Futurorum facere, subjungit: *stoli*dum hoc animal parum sensibus externis, parum internis valens, *ex odoratu, (altius)* mutationes aëris præsentit. Latius id explicat *Illustriss. DIGBÆUS in Tr. I. de Nat. Corp. c. 36.* Præscientia in bestiis nihil aliud quam tempestiva in iis facta impressio à primis mutationibus, quæ in objectis exterioribus accidunt: hæ verò ab hominibus difficilius percipiuntur, impediente nimirum aliorum motuum, quibus spiritus ac phantasiæ eorum occupantur, vehementia, quæ min...

Causa hujus prævidentiæ.

Quid præscientia bestiarum.

minus leves hæ impresſiones ipſis ſenſum ſui faciant. Sicut enim mare, dum ejus pacata æqualisque undarum facies, quaſi rugis aſperatur, adventantis tempeſtatis præſagium eſt, non tamen mare prædicere poteſt; ſed quod ventus ingruens mare prius turbet; ſic bruta, quorum ſenſus & phantaſiæ objectorum varietate non diſtrahuntur, aëris mutationes facilius, quàm homines perſentiſcunt.

§. VIII. A *pace ad bellum* tranſeundo Aſtacum & *bellatoris acerrimi, & aſtuti militis* munus obire ex ſequentibus pateſcet. Sunt qui plurium Artium prima rudimenta ab animalibus inventa eſſe cenſeant, ut Architectonicam à Cochleis, excubiarum modum à damis & gruibus, Nauticam à Sciutia, nendi Artem à vermibus ſerivomis, textoriam ab Araneis (quanquam *SECOND. LANCELLOTTI Abbas Olivetanus Academic. Inſenſatus in l' hoggid. Part. II. diſing. 18. p. 350.* ſalſe irrideat, artium non minus, ac Remediorum Medicorum inventa ab animalibus orta) ſic ſunt qui *Cancros & Cruſtata fabricandorum armorum ſcientiam*, pariter ut & Crocodili & Teſtudines homines docuiſſe, concludant. *Marc. Anton. ZIMARA Antr. Magic. T. I. l. II. p. 167. cataphractos* enim à capite ad calcem usque repræ-

Cancer Bellator ſtrenuus.
a. Armis optimè inſtructus pro defenſione.

 ſen-

sentant,ut nec peltis parmisque pro tegendo corpore, & obvertendis eas telis opus habeant,imprimis *Locustæ* adeò firma testa undique munitæ,ut referente *RONDELET.* *l. XVIII. de Piscib. c. 2.* lædi non possint sub cauda. Jactet nunc Terra cælata quasi armatura munitum Rhinocerotem, & nostris oris rarò visum Armadillo, & Oceanus, & fluvii, rivulique *armatos* in copia exhibebunt *cancros bellatores.*

b. Armis instructus pro offensione.

§.IX. *Bella* autem *gerunt vel exotica, vel civilia* invicem sese offendendo, *vel etiam pro patria, pro fæmellis* dimicando, adeoque *injurias* illatas *propulsando.* Et quidni bellatorem agat *Astacus*,cùm se sentiat armis à Natura instructum. Eleganter *OPPIAN. l. IV. Cynæg. v.31.* Animalia

Cognoscunt unaquæque suæ Naturæ indita munera,
Et qua parte sint imbecillæ,qua parte verò noxiæ.

Et ut *LUCRET. l.IV.*

Sentit enim vim quique suam quam possit abuti.

Et *Ovid. fragm. Halievt. v.7. seq.*

Omnibus ignotæ mortis timor,omnibus hostem
Præsidiumq; datū sentire, & noscere teli
Vimque modumque sui. -- --

Arma itaque *Astacis seu Gammaris*, quibus offendant hostes, sunt *Chelæ*, quibus ut homines manibus & cibum capiunt, & hostes feriunt, adeoque ipsis eadem ratio victoriæ & cibi: *Locustæ* tamen, quibus Natura *antennas* seu *Cornua* concessit, iisdem velut *hastis* inter se dimicant, & ut ita loqui liceat, *Torneamentorum marinorum* spectacula exhibent, dum iis potius, quam Chelis confidant. Ita namque *PLIN. l. IX. c. 31.* dimicant *cancri* inter se ut Arietes adversis cornibus incursantes, immo & gregatim & aciebus instructis cum aliis aciebus sui generis pro pascuis, pro fœtu, pro fœminis. Quæ verba de *locustis* pronunciarat ante Plinium *ARISTOT. l. VIII. H. Anim. 2.*

§. X. Quia *mares cancrorum* valde libidinosi, ut unus polygamiæ concessa lege in una caverna vel tres habeat *fœmellas*; *pugnat pro his* vehementer, & alter ob id alteri forcipes frangit. *SPERLING. Phys. Zool. l. V. c. 17. p. 432. JUVEN.* quidem *Sat. XV. v. 160. Bella Civilia Animalibus* denegare videtur, quando canit: parcit

c. Gammarus propugnat fæmellas.

Bella civilia Animalium.

Cognatis maculis similis fera; Quando Leoni
Fortior eripuit vitam Leo? quo nemore, unquam
Exspiravit Aper majoris dentibus apri?

Taurorum. Sed quib us Zoologis non decantatur simul à Poëtis *Taurorum consortis impatientium* acerrima inter se pugna, quam elegantissime describit *OPPIAN. l. II. Cyn. v. 53. usque 78.* & collatione pugnæ navalis elegantissime illustrat. De iisdem *VIRG. l. III. G. v. 211.* & Senec. in *Hippol. v. 338.*

Venere instincti quam magna gerunt
Grege pro toto bella Juvenci.

Cervorum. Eadem Commemorant *ARISTOT. l. VI. Hist. An. 18. Plin. VIII. c. 45.* Quos latent inter *Cervorum* œstro veneris prurientium inter se dimicantium & cornubus sese masculè impetentium velitationes, & cruenta prælia, de quibus *PETR. CRESCENTIUS de Agricult. l. 13. c.* Ex *Avibus in una* specie digladiantium, & athleticè præliantium famosa est *Gallorum gallinaceorum* Φιλονεικία Gallorum. & cupiditas vincendi, de qua *præter Ælian. l. II. Var. H. 28. Plin. l. X. c. 21.* qui refert, *Pergami* omnibus annis *spectaculum gallorum gladiatorium* editum fuisse. Nec non de *Atheniensibus VOSSIUS l. III. de Idol. c. 86. p. 1196.* apud quos lege cautum, ut galli quotannis *in theatro decertarent*; causa illius instituti, quòd, cum Themistocles copias duceret contra Persas, & videret *gallos gallinaceos certantes*, non solum ipse substitit, sed & totum exercitum jussit consistere, &

Spectacula gallorum publica.

& pugnam spectare, ut quando tantum animi esset *gallis* decertantibus, ne alter cogeretur alteri cedere, ipsi potius pro liberis, pro patria pugnarent. Et inde mos *in Belgii Fœderati provinciis* inolevit, apud quarum incolas *creberrima gallinaceorum paria* tanquam â Lanistis, publicis sumtibus, jucundissimo lusu & frequentissimo applausu invicem committuntur; non minus ac *Londini* in Amphitheatris hac de causa exstructis creberrime exhiberi gallinaceas pugnas, ut belliciosa gens animos suorum eo pacto accendat ad bellicam virtutem, *oculatus testis* ante laudatus *VOSS. in Additam. ad l. III. de Idol. p. 11.* Et celebres *olim* apud Romanos *coturnicum pugnæ*, qui si non publicæ, tamen privatæ delectationis causa *coturnices* exhibuerunt, nunc *Neapolitani*, qui eum in finem *coturnices* alunt, atque ad pugnam instruunt, ut is præmium, de quo convenerit, auferat, cujus ales victrix discesserit. *Piscium* tamen *crudelitas* immanitate alia superat, & cannibalum instar *in propria specie* exercet *lanienam*, unde *Orus in Hieroglyph.* Piscis omne destruit, ac ne suo quidem generi parcit. De qua ἀλληλοφθορία, egregiè *OPPIAN. L. II. de Piscib. v. 43.* qui *ibid. v. 670.* à Piscibus exulem Justitiam facit. Sic & *Astaci* summâ fame, *nec à propria*

Coturnicū.

Piscium cruenta victoria & immanitas.

d. Astaci propriam gentem deuorant.

gente abstinent, sed invicem sese devorant *SPERLING. Phys. Zoolog. p. 431. Hæc de intestinis Astacorum & Civilibus bellis.*

e. Externa Bella Gammarorum.

§. XI. *Externa* quoque *cum aliis piscibus* gerunt varia. Recte *KIRCHER. Dialog. III. Itin. Ecstat. c. 1. p. 138.* In nullo elemento tot prælils, tot conflictibus, tot atrocissimis pugnis concertatur, ac in aqueo regno; belluæ se mutuo insectantur, majores adoriuntur minores, mediocres implacabili odio ad necem quærunt majores, quibus tametsi corporis mole & robore cedant, astutiâ tamen ipsis innatâ modos norunt, quibus illis prostratis victoria potiantur; solus minor grex in Commune alimentum reliquis destinatus videtur. Unde proverbium apud *Loel. BISCIOL. T. I. l. II. c. 3. vita piscium*, hoc est *Tyrannica*, quia majores minores devorant. De *LOCUSTIS ARIST. l. VIII. H. An. 2.* pascuntur *locustæ* venatu pisciculorum circa sua cubilia, quæ in altis locis asperis & saxosis cavernosisque constituta, quos cœperunt, ori admovent forcipe. Aliàs eædem *locustæ* vel majores pisces convincere possunt, teste *ARIST. l. 4. En* in Theatrum *producatur*, & scenæ *sistat*.

Pugna Locustæ cum muræna fausta locustæ.

Polypus *insidiis & duris* Astacus *armis*,
Et Muræna *ferox, qui alterno marte domantur*

Spe-

Spectemus horum *gladiatorios ictus*. Postquam *OPPIAN. Hal. II. v. 254.* graphicè *murænæ* cruentum & polypo plerumque infaustum certamen & pugnæ varia artificia & strophas enarrasset, *v. 321.* describit quomodo *carabus sive locusta* rursus crudelem *murænam* & victoria à polypo superbientem aggrediatur. Describit enim quomodo *locusta*, tanquam bellator insidias struens, prope petram, in qua habitet muræna, consistat, duos aculeos extendens, hostilia spirans, murænam provocet, ut ad pugnam veniat, instar alicujus belli ducis, qui & manuum robore, bellique peritia fretus, armis munitus, corpore validus, acutam vibrans hastam, quem voluerit ex hostibus provocet. Describit post *OPPIAN.* quomodo occurrens *Muræna* maxillam vanam infigat *Carabo s. locustæ* propter asperitatem, & solidis in cassum pugnet dentibus: sed *locusta* forcipe medium comprehendens, quantumlibet fugã meditantem, fortiter retineat, donec furibunda *muræna* extremo conatu in *locustam* ruens, eamque amplecti studens ejus acuto tergo & cuspidibus infixa, proprio damno moriatur, & victa hosti triumphanti in prandium cedat: itaque *v. 350. Murænam* similem facit Pardulo cum venatore depugnante in ejus ha-

 stam

ſtam letiferam irruente, *aut v. 359.* Echino ſerpentem ſuis aculeis configente. De hac *locuſtæ cum murana pugna Plin.* quoque l. *XI. c. ult. Ælian. l. IX. H. An. 25. & l. I. c. 15.*

Infauſta locuſtæ pugna cum Polypo.

Sed & ſuum interemtorem & triumphalem victorem ſentit *locuſta*, *Polypum* ſcilicet, quem murænæ vincunt, ipſe tamen murænarum victorem. *Locuſtæ Polypi* inſidiæ cum ſint notisſimæ, adeo callidum perhorreſcit hoſtem, ut ſi iisdem in retibus ſentiat *locuſta polypum*, præ metu emoriatur. *ARIST. l. VIII. H. An. 2. Polypi* inſidias quomodo tanquam imbecillior & impetu tardus, aſperum ſimul & celerem vincat *carabum*, narratur ab eodem *OPPIAN. l. II. Hal. v. 389. ſeq.* ſecurum enim & deſidentem *carabum* ubi videt, in ejus tergum irruit, vincula & catenas validorum pedum injicit, ipſiusque oris medium conſtringit & complicatum ſuffocat, quem ſuperatum poſt exſugit, ut puer lactens ubera nutricis, *v. 404.* aut ut latro homines nihil tale cogitantes invadens & noctu ſpolians *v. 408. ſeq.*

Polypus victor à cancris & Squillis devoratur.

Polypus tamen *Victor* repræſentat egregiæ inſtabilis fortunæ vicisſitudinem: qui etenim *carabum*, *maximum è cruſtaceis*, dolo peremerat, poſtmodum ubi, referente *Ælian. l. XII. H. An. 8.* libidinoſisſimus flagrante venere adeo viribus exhauritur, ut ad natandum & ad cibaria inquirenda infirmus

firmus factus fuerit, tunc, canente *OPPIAN. l. I. Hal. v. 536. seq.*

Seminecem sicca lacerant tellure jacentem
CARCENADES *misera &* Cancri, *mul-*
lique natantes
Quos omnes cupide primo ferus ille vorabat.
Tunc vivum imbellem minimè sua membra
tuentem
Discerpunt, donec moriatur funere diro.

Exhibit â pugnâ *Locustæ cum muræna*, quæ instar *Mirmillonis toti armati cum sævo Thrace* cædes spirante *commissi:* educto in *Circum Polypo* cum *Carabo*, ubi *Polypus Retiarii munus* sustinuit *suspenso multipedum rete* ad versarium suum *secutorem*, *aut Hoplomachum* superans, nunc *Andabatam* *ficto Squillam* cæco furore in hostilis *lupi* fauces, galea quasi oculos & frontem tectus irruens, & Lupo cruentam exitiosamque inferens victoriam. Postquam etenim prodeunti *Lucio* nec fuga elabi posse, nec hostem vincere videt, *missione desperata non submittit arma*, sed *quasi recepto ferro* hianti lupi ori insilit in medium palatum, & acutum cornu, quod ipsis oritur summo in capite, faucibus lupi intorquet, quod quidem *Lucius* licet initio non curet, attamen serpente ulcere & dolore ipsi mortem accelerat. *V. OPPIAN. l. II.* Pugna Squillæ cum Lupo Pisce.

Hal. v. 128. adeoque, ut *GUNTHER. l. VII Ligurin.* simili in casu loquitur:

Pariterque necant pariterque necantur.

Prædictam *Squillularum cum lupo pugnam in dubium* trahere videtur *Shœnveld. de pi scib. p. LXXII.* A piscibus, *inquit*, reliquis fa cile *Squillæ* devorantur, sed mortem gravi ter aculeo ulcisci vel cornu serrato *Oppian* refert, sed si hoc esset, majorem stragem ede rent *Squillæ*, quàm eventus & experientia te stantur.

Pugna Locustæ cum Congris.

Locustas quoque *congros* debellando con vincere, quod elabi non possint, propter asperitatem crustæ, author *ARIST. l. VII. H. An. c. 2.* qui tamen congri polypos rursus Locustarum peremtores vincunt.

Pugna cancri cum Lepore marino.

Decretoria quoq; *sua arma Cancer marinus ventilat in leporem marinum*, cujus præsen tissimum est venenum. Non permisit au tem Numen, ut nulla bonitatis suæ vestigia haberemus, *inquit*, *VOSS. l. de Idolol. l. IV. c. 50. p. 1473.* persequitur enim eum leporem *cancer marinus* & mullus, & ut *Plin. l. VIII. c. 21.* ait, adeo Naturæ placuit, nihil esse fine pari; melius, si dixisset, Naturæ Authori.

Cancer astutus bellator in præda Ostrearum.

§. XII. Denique *Pinnirapum Gladiato rem exhibet cancer, Bellator astutus*, cujus ve teratoriæ calliditatis & stratagematis ex emplum enarrant Naturæ Secretarii. U enim

enim Belli Duces munitissimas expugnaturi arces, cum vident vim frustaneam, munimentis solent dolos importare: sic etiam cancer cum *ostrearum* tegmine clauso, quasi munito vallo custoditam carnem appetere nequeat, fraude hostem circumvenit, adeoque sine ariete & catapultis victor evadit. Quomodo itaque lucrosam capturam instituat, enarrat *Oppian. l. II. Hal. v. 167. seq.* cum namque validas ostrearum testas vi aperire nequeat, explorat, quando *ostrea* claustra testarum aperiat, tunc *cancer* lapillum latenter injicit, ut ita impedita conclusione testæ ostreæ carnes erodat. Idem hoc asserunt præter *Plinium BASIL. Hexaem. Orat. VII. AMBROS. l. V. Hexaem. c. 8. Isidor. l. XII. c. 6.* Idem Calamo & ære depingitur à *Josoko CATS Acad. Lugd. Batav.* quondam *Curatore Amplissimo*, quando in *Emblemat. de officiis puellari Emblem. XXX. p. LXII.* ita Canit:

Den Oester wert niet quyt zyn vis
Zoo lang als sy gesloten is/
En gifft noch gaven ni en laet/
Maer als haer schelp eens open staet/
En dat alsdan de loose kreeft
Als car yet wat haer schenckt / of greft
Een keytjen werpend in haer schel/
So ryster strax een deerlijck spel.

Want/

Want/ mits den Oester mit en magt
gaer schelp toe schluyten alsse plagt/
Door dien de Key haer dat belet/
Zoo wertse deerlijck af gheset.

Joach. Camerar. in Emblem. 52. Cent. IV. ostream sese aperientem & prædæ inhiantem hac ratione à cancro circumventam depingit decipientem capi, canens:

O bene factum, aliis qui fata inimica parabat,
Se magis astutum repperit artificem.

Cancri Homeriani in Murium Pugna.

Bellatores cancros introducit *Homerus* Poëtarum non solum eximius, sed sapientum (uti vocatur à *Lipsio Cent. I. Ep. 22.*) Batrachomyomachiam dirimentes, à Jove Ranis auxilio missi *νωτάκμονες ἀγκυλόχηλαι* (*Homer, Batrach v. 285. seq.*) habentes incudes in tergo ungulis curvis, *λοξοβάται* obliquè ingredientes, *στρεβλοὶ* tortuosi, *ψαλιδόστομοι* habentes forficulas in ore, *ὀστρακόδερμοι, ὀστοφυεῖς* ossei natura, *πλατὺνωτοι* lati humeros, *ἀποστίλβοντες ἐν ὤμοις* rutilantes in humeris, *Βλαισοὶ* blæsi, *χειρεςτένοντες*, nervosis cervicibus, *ἀπὸ στέρνων ἐσορῶντες* à pectoribus intuentes, *ὀκτάποδες* octipedes, *δικάρηνοι* bicipites *ἀχειρέες* qui manibus capi nequeāt, hi, inquam, *cancri bellatores* murium caudas incidentes prælium cruentum diremerunt. *Quomodo* ipsos homi-

nes aggrediantur, iisque bella inferant, & aggeres transgrediantur, *supra cap. XV.* recensitum fuit. Cancri marini Homines aggrediuntur.

Inferior autem *crustatorum* Familia, tanquam imbecillior sexus, utpote *Squillæ, cancelli,* & *Bernardus Eremita* à reliquis *Piscibus* avide in prædam expetitur: De *Harengo Squillulas* copiose devorante supra *cap. V.* § 7. *Bernardum* Eremitam cum pisces appetant, à piscatoribus is escæ loco adhibetur. *WORM. Mus. l. III. c. 5.* & jam suo tempore *COLUMEL. l. VIII. c. 15. & 17.* abjici cibandis piscibus aleculas, *cammaros*, exiguos gobinos piscinis immitti, itemque anatibus objici eosdem jussit. Crustata minima præda reliquorum.

§. XIII. *Elephantem* sive bovem Lucanicum bellis olim adhibitum & intrepidum in armatos ruentem, *grunnitus suum* fugat: quid mirum, si fœtido suis odore *Bellatores nostri Gammari* adeo afficiantur, ut statim emoriantur? De hac *Antipathia suis & cancri* agit *RITTERSHUS Com. in OPPIAN. l. III. Cyneg. v. 282. p. 110. Sylvest. RATTRAY ADIT. ad sympath. p. VI. Idem* confirmat *Helmont. de Lithias. c. VII. §. 33.* In Marca Brandenburgica, *inquit*, locupletissima est *cancrorum* piscatio, vectores autem coguntur noctu excubias agere, ne forte *porcus* aliquis vel leviter subter currum Antipathia Gammarorum & suum.

trans-

transcurrat; nam si id contigerit, mane quotquot in curru fuerint, inveniuntur mortui, tam *exitialis est porcus cancro.* Eandem excubias *Viennæ* exerceri, & studiose caveri, *ne sues currum* subeant, cum sæpe ex Ungaria ad 10. 12. currus *cancris* onusti advecti fuerint, narravit oculatus testis fide haut fucatæ. *Eandem Antipathiam* recenset quoque *Th. BARTHOLIN. lit. sæpe citatis:* pressius, *ait*, ad Examen revoca *Antipathiam*, quæ est inter *Gammaros & sues*; nostrorum enim experientia observati sunt mortui, quandocunque sues currum, qui vehuntur gammari, pertransierint. Mihi nunc sese offert *Exemplorum messis de Antipathiis Naturalibus* ut colligeretur, sed cum eundem laborem jam feliciter confecerint coacervatâ exemplorum farragine, *Athan. KIRCHER. in de Arte magnet. HELMONT. & Rudolph. GOCLENIUS tract. de ung. Armario, & posterior à p.183. usque 190. Sylv. RATTRAY in aditu ad Sympath. & Antip. p.5. usque 31. & Joh. CAMERARIUS* ... θυμολογία ἠθικῆ, *XXIV.* enumerârit pariter animalium, & aliarum rerum perpetuas & implacabiles inimicitias inter se exercentium, ex dictorum Authorum Horreis ... promi poterunt. Si autem quis inquirat, quæ *causa* sit *naturalis Amoris & dis...*

Observatio

Quæ causa hujus Antipathiæ?

haut difficultate caret. Clarissimorum virorum id torsit Ingenia, ut diversi in diversissimas abierint sententias, & *cui hæc cognitio consensus & dissensus rerum satis perspecta, illi patet tota magia Naturalis.* Sciendum tamen, omnia in se invicem *agere, vel per contactum molis aut exterius tangendo*, ut dum caprificus ficum ambit; *aut interius exhibita*, ut venena & alexiteria; *vel per contactum virtutis* intra certam sphæram, ut hic de *Cancris & Porcis*, *vel in distans*, ut nullum intra mundi polos terminum sibi positum habeant, ut de Spiritu & sale sangvinis cum sale, de Hoplochrismate, *Hopliatria seu unguento Armario* quod *KIRCHER. l. III. Arte magnet. Telungium* dicitur, & hunc *posteriorem consensum magneticam* vocant *operationem.* Eundem *magnetissimum alii* fieri statuunt *per modum soni*, adæquata clausa corpora in momento penetrantis; *alii per exspirationem* effluviorum *vel* actionoblismum seu qualitas odorifera herbarum; *alii putant* esse facultatem influentiis similem agentem per irradiationem in objectum sibi appropriatum; *alii* per phantasiam ecstaticè suscitatam; *alii* ab atomis, in quarum sententiarum pondus inquisivit *DEUSING. in Exam. Pulv. Symp.*

Consensum autem *& dissensum rerum in*

terta

certa sphara per *contactum virtualem*, ut in nostro exemplo, *Sylv. RATTRAY p. LVI.* statuit dependere *à sensu rerum*, mediante fermento, omnia namque, quæ & mortua videantur, habere suam formam, proinde & sensum & vitam. Et per sensum & vitam sui conservationi studere percipiendo hostem, quia ab eo timet sui destructionem vel partialem, vel totalem transmutationem, ab eo declinet; percipiendo autem amicum, cujus sodalitio roboratur, quasi ad eum inclinet, ut mutuo fruantur consortio. Hinc *omnes res intra sphæras sensationis*, quæ variæ sunt, *positas* statuit invicem *in se agere per fermenta* (quæ ipsi sunt à creatione indita principia activa spermatopoëtica in ævum duratura) *adjuvando, corroborando, trahendo, inclinando: odium* verò *inter ea*, quæ fermenta habent asymbolica, & mutuo se ligent, transmutent, destruant, discordent ratione locorum, in quibus fiant, aut dissimiles producant effectus. Itaque *in allata cancrorum & Porcorum Antipathia* certa hic requiritur sphæra activitatis, certum spatium ἀπόρριαν sive virtutis effluvium circumscribens, aut vim certò aliquò emittens, quare non moriuntur cancri, nisi odorem fœtidum seu effluvia inimica ipsisque asymbola, ex suibus pro-

propinquantibus percipiant. Et non *fine causa cancri sues perhorrescunt*, quod naturali instinctu destructionem sui *à Porcis* maximopere timeant; sciunt enim percussas *sues cancrorum* pabulo sibi mederi, *observante id Plin. l. XXXII. c. 5.* & adhuc quotidiana experientia confirmatum, ad porcorum quoscunque morbos nullam ipsis salubriorem panaceam exhiberi, quam *cancros contusos*, aut *aquam cancrorum*, in qua elixati fuerint. Cancri remedium Porcis. Observatio

§. XIV. *Sues porcosque cancris infestos* diximus, iidem non minus *infensi serpentibus*, ut de mustela & porco *ARIST. l. IX. H. Anim. I. Plin. l. XXIX. c. 4. Serpentibus* veto *cancri* rursus *exitiales*, ut nihil æque adversari *serpentibus*, quam *cancros* Author sit *Plin. l. XXXII. c. 5.* immo & cum Sol sit in signo *cancri*, torqueri serpentes. *Ibid.* unde & mortui cancri curant serpentum venena. *Plin. l. IX. c. 31. VOSS. de Idol. l. IV. c. 59. & 61. An* propter exspirationem infensam causamque de porcis allatam; *an* verò quod serpentes nudis corporibus absque tegmine & lorica, cataphractorum acutos forcipes expavescant. Posterius *Ælian. l. XVI. Anim. c. 38.* innuere videtur, qui refert, ad paludem juxta Ephesiam metropolim, esse *cavernam serpentibus* plenam, Sues serpentibus infesti: rursus serpentibus Cancri. Cur serpentes timeant Cancros.

summæ magnitudinis, hos è cavernis prodeuntes, & ad proximam paludem serpere conantes, ut in oppositam ripam hostiliter exeant, à *vicinis cancris* extensis forcipibus comprehendi & interfici, ut reliqui metu deterriti, à transmittendo abstineant, *cancrorum* custodias formidantes, sic tuta præstant omnia *cancri*, cum alias incolæ pestiferis serpentum morsibus interiissent. *Gammari* itaque & *cancri* meliores Patriæ propugnatores, quam *canes* olim Romani Capitolii, fortiorique munimento incolas defenderunt, quam murus ille nominatissimus Sinenses, aut ferratæ Caspiæ portæ Dacos.

Cervi serpentibus infensi.

Ut *cancri serpentibus* infensi, sic *cervi serpentibus*, quos *an* anhelitu oris è latebris extrahat, cum *MARTIAL. l. XII. Ep. 29. an* odore cornu, fusius *inquirit VOSS. Idol. l. III. c. 73. p. 1125.* Serpentes ubi devorarunt *cervi*, flumina ingrediuntur. *BAUHIN. c. VII. de Lap. Bez. p. 33.* opinatur, *cervos* aquam non degustare, sed ut aquæ frigiditas ingentem calorem, quem sentiunt devoratis serpentibus, temperet. *CLAUD. RICHARDUS in Ep. ad Episcop. Strigon. quæ Th. JORDANI de Peste libro addita*, facilioris concoctionis gratia flumina intrare; *Petr. HISPANUS Comm. supra Isaci Israëlitæ l. de diæt. par-*

Particul. parte 4. bibere ex aqua, ut caro illorum serpentibus devoratis infletur, & facta solutione continui vetus cadat caro nova regenerata; sed *veriorem* assignat *caussam* OPPIAN. *l. II. Cynag. v. 284.* Cervus, *inquit*, post esum serpentum sciens, quod divinitus adeptus est donum, passim inquirit obscurum fluvii gurgitem, ut inde *cancros arreptos* gratis malis mandet remedium, quod â semetipso didicit damnosæ noxæ. *V. etiam Aristot. l. IX. H. An. c. 5.* quare & *cancri* curant *â serpentibus* vulneratos. *Vide infra l. 2 sect. 2.* Quin & adversus *Phalangium Cervi* medentur sibi *cancris comestis* naturali appetitu. ÆLIAN. *l. I. Var. 7. &* PLIN. *l VIII. c. 27.* non minus ac iidem Cervi vulnerati dictamnum quærunt. PLIN. *l. 4.* quæ etiam Dictamni non illa feris incognita capris.

Cervi cancros pro remedio adversus serpentis adhibent.

Cervi cancros contra phalangium comedunt.

Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

VIRG. *l. XII. Æn. v. 414.* aut lacerta herbæ galegæ esu viperæ lethales ictus eludens. P. FOREST. *de fallac Urin. judic. l. II. c. 15.*

§. XV. Cum *jumentis Gammari* naturali dissidio discordant, quare salicibus aliisque arboribus facta cancrorum suspensio jumenta ab illarum injuria arcet, salubri præsidio, quod partim formæ absurditati,

Antipathia cancrorum cum jumentis.

partim odoris fœditati asſcribit *Cardanu* ſolent etenim *jumenta* animalis mortu odorem refugere. *ZIMARA part. II. Ant Mag. l. I. p. 58.* & notus eſt abominabi cancrorum demortuorum & facillimè cor ruptibilium deteſtandus fœtor.

Cum Apibus.

Eundem *cancrorum nidorem APIBUS* in feſtiſſimum pronuntiavit *VIRGIL.* quand *l. IV. G. v. 48.* inter præcepta conſervatio nis Apum præcipit:

-- -- -- -- neve rubentes
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi
Aut ubi Odor cœni gravis. -- --

Quam ſententiam ſuo calculo comprobat *PALLADIUS de R. Ruſt. l. I. c. 37.* vitetur odor cœni & *cancer aduſtus*. Et *COLU MELL. l. IX. c. 5.* tetri & gravis odoris non ſolum virentia, ſed & quælibet res prohi beantur, ſicuti *cancri nidor*, cum eſt *ignibu aduſtus* aut odor paluſtris cœni. *Cancroru* odore, vel aſperſa aqua inſolationis dece

Cum Inſectis.

dierum *cancrorum* aut *pagurorum* Inſecta noxia animalia oleribus arcentur. *ZIMA RA Antr. Mag. p. II. l. I. p. 44. & p. II. l. II p. 411. IDEM ex MIZALD. Memorabil.* aſſe rit *p. II. l. I. p. 45.* tanto disſidio faſtidire *Cancros Erucas*, ut ſi â cornibus ſuſpendan tur *cancri* ramis arborum, quibus adrepunt aut nidulantur, *Erucæ* illico decidant, co labar

labantur & aliò migrent. Si *Astacum mortuum* in meatum aliquem *talpæ* imposueris, relinquet illum propter fœtorem, nec repetit, donec multo post tempore fœtor omnis evanuit. Et quid tritius in Silesia pro *abigendis cimicibus* lectorum remedium, quam aqua decoctionis Gammarorum eluere *cimicum* antra, eodem modo aufugiunt, ac si sublimati Mercurii virgula tacti essent. Observatio

§. XVI. Ipsi *cancri* maximam noxam *extra aquam sentiunt* æstatis tempore *propter fulmina & tonitrua.* Vulgus sibi persuadet id fieri, quod sonum exaudiant, aut quod fulgore ipsorum oculi perstringantur; sed cum oculorum acies illis, ut & reliquis piscibus, hebes admodum, propter corneam constitutionem; auditus fere illis nullus propter organorum auditui necessariorum defectum; *credibilius* itaque à fulmine noxam fieri, & mortem accelerari *Cancris ab effluviis & atomis Sulphureo nitrosis ex coruscatione perceptis* naturali instinctu *Cancris* infestis. Quod enim fulguritis omnibus adsit Sulphureus odor, *SENEC. l. II. Nat. c. 21. & PLIN. l. XXXV. c. 15.* attestantur, fulmina & fulgura Sulphuris odorem habere, & pluribus *Casp. SCHOTTUS l. XI. mirab. meteor. c. 17.* Tales coruscationes & florescentibus arboribus maximè nocivas

Cancri noxam sentiunt à fulgure.

Causa.

civas esse eadem de causa experientia atte statur, adeo ut decussis & quasi veneno in fectis arescentibusque florem sinubus nulla supersit spes fructus eodem anno in domi ni sinum devolvendi. Quia itaque canc odoratu pollent, quo & escam avide appe tunt, & porcorum hostilem viciniam aver santur, credibile, ab iisdem in loco patent sub aëre libero constitutis, facillimè fulmi num exhalationes inimicas percipere, & destructionem sui pati.

Noxa Cancris à Polypodio.

§. XVI. Denique *Armatus* noster *Eque* & *Bellator ad utrumque paratus* seu terra tremat, seu mare inhorrescat, reboanti bu cina cantu miro plane dissidio â plantul armis exuitur & spoliatur, *Polypodium* illa, quæ si *cancro* vivo applicetur, brevi sp tio eidem & ungves ex pedibus, & cortic decidere & corrumpi efficiat, teste *RA TRAY de sympath. p. XVI.* præcipuè si Poly podium certa constellatione & balsamic tempore collectum fuerit, De cujus plan particulari *in cancros* virulentia & effica cia quoque *ZIMARA. p. 11. Antr. Mag. l. I. p. 109.*

CAP

Caput XIX.
De Cancrorum seu Gammarorum latibulis.

§.I.

Cancri, Gammari, reliquaque *crustata* duplicia habent latibula, *Hiberna* frigus fugiendo, *æstiva* recens-nato tegmini non planè fidendo. Latibula Animalium hiberna.

Insectorum pleraque genera, nec non apes hieme se occultare *ARIST. l. VIII. H. An. c. 14.* testatur: latent glires in ipsis arboribus & vehementer pingvescunt. *PLIN. l. VIII. c. 52. MARTIAL. l. XIII. ep. 59.* Mures Pontici generis. *ARIST. l. VIII. c. 17.* latent serpentes, lacerti, stelliones, crocodili fluviatiles, & ex piscibus plurimi, quos recenset *ARIST. l. a. c. 15.* itaque ut viperæ & serpentes latent 5. mensibus sub terra *ARIST. l. VIII. c. 15.* sic & crustata menses quinque. *Idem ib. c. 17.* Confirmat id *PLIN. l. IX. c. 16.* hiememe pisces sentire, maxime autem illos, qui lapidem in capite habere existimentur, ut lupi, scienæ, pagri: merito itaque iis *Cancri fluviatiles* lapillis instructi adjungi poterunt, in his feliciores reliquis piscibus, quod non in ipsis frigidis lymphis

vivere cogantur, sed *in terra & riparum cavernis domicilia hiberna sibi exstruant & hiematum concedant*, subventante vere copias rursus educturi, ut vicinas terras deprædaturi.

An cancri in latibulis dormiant?

§. II. *Quæritur* nunc, *an cancri* eo tempore *somno* perpetuo fatigati, quasi mortui jaceant instar hirundinum in aquarum marginibus. *LAURENBERG. Acer. Phil. Cent. III. §. 71.* aut instar Americanæ avis Noizitziltotlus, quem *teste NIERENBERG. l. I, c. 15. Hist. Nat.* vidit *Franc. Hernandez* non diutius vivere quam flores quarundam herbarum, cujus vescatur mellagine, marcescentibus his ad vicinas proceras advolare arbores, quibus rostro affigatur circa semestre, donec, ut *NIERENBERG. c. 18.* reperit, vitalis ejus refloreat annona, aut jejunam, aut mortuam hærentem, tunc reviviscentem. Pariter ut de Lucumoriæ Moscoviæ incolis *ALEX. GUAGNINUS Rer. Moscov. f. 169.* refert, eos quotannis 27. Nov. brumali frigore quasi mori, post redeunte vere 24. April. denuo reviviscere, obvallato pituita è naribus copiosissime effluente cerebro. Hanc *vitam mediam Neutram* appellare libuit *Mart. KERGERO de Ferment. p. LIX.* similemque iis judicat, qui *vivi morborum vi pro mortuis* elati revixerunt; ut

Vivi pro mortuis habiti.

exem-

exempla de peste correptis reviviscentibus recenset *HILDAN. c. II. obs. 95. 96. Greg. HORSTIUS App. in l. 7. Marcell. Don. c. IX. Camerar. Memor. Med. c. VII.* §. 46. *ZEILER. Cent. I. Epist. 85.* de Apoplecticis *G. NYMMAN. de Apopl. c. XXXI. p. 175. HORAT. AUGEN. T. II. L. XI. ep. 40. AMAT. Lus. c. IV. c. 23.* de hystericis *FOREST. l. X. obs. 79. Job. MATTHÆUS Cent. diff. mal. quæst. V. CAMERAR. Memor. Cent. VII.* §. 43. de laqueo suspensis *SCHENCK. l. II. obs. 17. BENIVEN. c. 83. Diomed. CORNAR. Hist. admir. hist. 1. & 11.* & præcipuè de Anna Green, quæ MDCLI. Oxonii in Anglia suspensa in Anatomiam delata altero die revixit, quam historiam describit *HARSDORF. in speculo Historic. H. LI.* singulari libro promulgavit *D. PETTI* Medicus præsens, & *Job. Jacob. WEPFERUS Schafhusæ Physicus meritissimus* Amicus optatissimus, pluribus enarrat *in de Obs. Apoplect.* à *p. CLXXXI. usque CLXXXVI. Quæri* itaque posset *an cancri vita hac media speluncis conditi degant*, cum & exangvia aliqua præcipuè Cochleas hieme & frigidioribus tempestatibus nihil pulsans habere, sed videri vitam magis plantæ agere ut reliqua plantanimalia dicta censeat *HARVEIUS de motu Cord. c. IV. p. 57.*

An cancri vivant in latibulis absq; cibo.

§. III. Sed cum *Astaci* & *Gammari hiem*
haut raro inventi, vivere videantur, *quæri*
tur, an hiemali tempore viant quidem, atta
men *omni cibo abstinentes* otiosam vitam
degant? Si etenim homines inventi plu
mi ad plusculos dies, menses, annos omn
cibo abstinentes, qui tamen quod copiosio
re sangvine sint prædita, respirationis refri
gerio & nutritione majore indigent, quid
ni & *Astaci* animalia parva, exangvia, fri
gida, adeoque pauco colore humidum de
pascentia prædita, nutrimento omni absti

Mira humana jejunia.

nere forte possent. Quæ etenim non *mi*
diuturnæ in hominibus, præcipuè in sexu *se*
quiore, *Inediæ* recensentur *exempla*. *Ine*
diam absque noxa toleratam per plusculos
dies observavit *RHOD. Cent. II. obs. 55.* pe
XI. dies *Joh. Dominicus SALA*, per *XX.* die
HORAT. AUGEN. l. IV. de Venæs. c. 8. &
Ant. Musa BRASSAVOLA Comm. in Hipp
de rat. vict. acut. l. I. §. 44. Abstinentiam
ab omni cibo *per annum I.* integrum in Lau
ra Narduccia Aquilana notavit *I. Cæs. BE*
NEDICTUS l. VII. Epist. med. 1. p. 413. per an
nos II. in moniali Stendaliensi *THVAN*
l. CXXIII. Cæl. RHODIG. l. XIII. c. 24. & de
alia virgine Germana *SIMON PORTIUS*
proprio libello: per *annos* III in puella Spi
rensi *LANG. l. II. Ep. 27.* & de alia Juliacens

vegeto

vegeto corpore *HILDAN. Cent. II. obs. 40.* per *annos* IV. in Moniali *Matth. de GRADIB. sect. I. c. 5.* nec non de Johanna Joh. Balami Fabri Conflani in Gallia filia, de qua *FRANCISC. CITESIUS proprio opusculo, METERAN. l. XXIII. hist. Belg.* ad An. 1602. *QUERCET. diæt Polyh. s. 2. c. 4.* per *annos* VII. in Catharina è pago Palatinatus Schmidweiler, *SMETIUS miscell. med. l X. pag. 551.* quæ carnosior semper evasit. *HILDAN. Cent. Epist. l. XIX. Levin. HULSIUS in præf. de script.* Regni Gujan. quæque inediam ultra X. annos protraxit. *SMET. misc. l. VIII. p. 395.* per *annos* VII. quoque in Apollonia Schreyera, de qua singulari tractatu *PAUL. LENTULUS Bernens.* per *annos* VIII. in puella Halberstadiensi, de qua *Joh. Philip. ABELINUS Theatr. Europ. T. 1. f. 1001.* ad An. 1625. per *annos XV. CONCILIATOR differ. CXII. per annos XVI.* in Eva Flegen Mœrsensi puella, *HILDAN. c. V. obs. 33.* per *annos XXVI. CONCILIAT. differ. 112.* per *annos* XXX. in fœmina Normanna sua ætate *Conciliat. seu APONENSIS ad Aristot. probl. ult s. 10.* per annos XL. in sacrificio tempore Leonis X. Romæ in custodia detenti, *Joubert. dec. II. parad. 2.* Sic *Petr. â CASTRO obs. mss. med. §. 35.* testatur, se scite vitæ spectabilis Sororem Ludovicam de Car-

Carrione à XXX. annis nihil gustasse, & in *oppido* de Renteria Provincia Barduliæ, ubi Medicinam fecerat *Castro* fuisse puellam Chirurgi filiam 20. annis natam, quæ à septimo anno nihil gustaverit præter aliquid lactis, quod mox vomitu reddiderit, ultimoque biennio nihil prorsus; quin & aliam sibi visam in Hispania *puellam*, quæ nihil comederit, saltem aquæ usu vitam confovisse, licet tum annum egerit 22. Ut adeo non mirum, quod de puella ad Ann. 823. in territorio Tulliensi memorat *WOLFIUS Lect. memor. T. I. f. 218.* puellam 12. annorum X. menses â cibo abstinuisse; fusius in similium *Inediarum causas* inquirunt *SENNERT. Instit. Med. part. III. f. 2. c. 1. J. Cæs. BENEDICTUS l. VII. Ep. I. HARSDOERFF Recreat. Matth. T. III. part. 10. §. 11.* & imprimis *FORTUNIUS LICETUS in tract. de iis qui diu vivunt sine alimento* & altero *de Feriis Altricis animæ opusculo.*

Cancri non abstinent cibo in latibulis.

§. IV. Sed *non credibile, Astacos latibulis bibernis omni cibo abstinere*; Cum nec Cochleæ terrestres hieme absque omni alimento vivant. Testatur etenim *HILDAN. Cent. II. obs. 42.* præsentibus *Dn. DORINGIO* (post Physico Vratislaviensi) & Emanuele Vrstisio, se hieme cochlearum testis fractis cochleis inspectis oculari testimonio

nio contrarium invenisse. Nec glires tota hieme latere, â necessario ad nimium progressi Authores, *inquit SPERLING. Zoolog. Phys. l. III. c. 25. §. 4.* conspici enim hiberno tempore in horreis ova & gallinas quærentes. *URSUS* (quem cum histrice ex omnibus animalibus quadrupedibus, quæ generant, hiemali tempore se abscondere *ARIST. l. VIII. H. Anim. c. 17.* narrat, itemque *SOLIN. c. XXIX. PLIN. l. VIII. c. 136. ARTEMIDOR. l. V. Oneirocrat. c. 49.*) Scopulorum latibula subiens, proprios pedes lambere dicitur ἐδητύ© ἔργον ἄπαστον cibi opus jejunum ab *OPPIANO Hal. II. v. 248.* aut ut *IDEM Cynæg. l. III. v. 174. ait :* Ursus hieme pedes manusque lambit quasi mulgens ventris depellit desiderium, qui *IDEM l. III. Cynæg. v. 178.* etiam *Polypos* in speluncis latentes flagella sibi arrodere refert, eamque in rem plurium Authorum confirmationem adducit *RITTERSHIIS. Comm. p. 239.* contra *ARISTOT. qui l. VIII. H. An. c. 2.* negat, *polypos* sibi pedes absumere rodendo, sed â congris & Murænis ipsorum cirrhos absumi, Sic & *Astaci hiemali tempore non penitus alimento* omni *destituuntur, quamvis paucum ipsis sufficiat.* Si etenim tam longa abstinentia in hominibus ex sententia *Jouberti* apud *BENEDICT. L. VII. ep. 1.*

Ut nec Cochleæ Glires.

Ursus.

Polypi.

Paucum alimentum sufficit cancris.

ep. 1. contingit, ob caloris paucitatem, frigidum corpus, ob humorem crassum & glutinosum, corporisque constrictionem, multo magis exangvibus his frigidisque *crustis paucissimum sufficiat*, quare & aquis extracti per plusculos dies absque cibo asservantur, modo cum pauca cerevisia aspergantur.

Harmonia cancrorum & serpentum.

§. V. *Conveniunt* itaque *Astaci serpentibus*, quod temperamenti sint frigidi comparatione ad hominem; latitant itaque hieme frigida hæc animalia, ne brumæ adjuncta frigiditas in illis calorem nativum, qui interim sopitus velut jacet, extingvatur, illasque mori statim faciat. *GREVIN. l. I. de Venen. c. 1. p. 23.* *Conveniunt* quod ambo hieme pauco contenti vivant alimento; jacent enim viperæ ob caloris imbecillitatem sopiti & quasi immobiles, unde facilè capiantur. VOSS. *l. IV. de Idol cap. 53.* non minus ac *Astaci*. *Conveniunt*, quod *Astaci* diu extra aquam sine alimento vivant, & ex aëre balsamicis atomis pleno aliquid attrahant; sic & *viperas* solo talis aëris nutrimento per 6. 8. menses adolescentes & in prodigiosam magnitudinem excrescentes in vase solo aëre intromisso servatas author *DIGBÆUS Th. symp. p. L.* quæ atomorum attractio ex aëre tamen illis communicavit suam

1.

2.

3.

suam virtutem balsamicam vernationemq;. Et quod *serpentes diu vivant sine cibo*, attestatur *ARIST. l. VIII. c. 4. & SCALIG. Com. in Hist. Anim. l. II. c. 18. sect. 123.* attestatur, se inclusum lignea cavea anguem media æstate duos menses habuisse nullo fotum nutrimento. *Conveniunt*, quod æstate ambo rursus carnivora: nam ut *Astacis* Ranæ summis in delitiis; sic & serpentibus Ranæ & Bufones, uti exemplis id confirmat *BUSBEQU. Legat. Turcic. Ep. III. p. 153. & Th. BARTHOL. c. IV. hist. 15.* *Conveniunt* vernatione seu exuviarum crustæque depositione. *Convenire* itaque quoque credibile, quod *ambo sale nutriantur Centrali balsamico hieme in terra delitescentes*, cujus beneficio promovetur vernatio. 4. 5. 6.

§. VI. De serpentibus attestatur id plenissimè *QUERCET. Phys. Zool. c. IV. p. 830.* & infra *c. XX. §. 4.* Sic & ansam *conjecturæ* dedit *Astacos* tali sale nutriri, ob admirandos effectus crustas verno tempore exuendi, ut viperis exuvias deponendi: & ad finem brumæ incipiunt acquirere lapillos futuræ testæ rudimentum tam pretiosos, ut sicut ex viperis, tali sale nutritis, remedia Alexicaca innumera & Antidota pretiosissima præparari possunt; sic ex *lapillis* his, tanquam Bezoar septentrionali, & Contrayerva animali

Cancri & serpentes hieme nutriuntur sale balsamico.

li medicamina præstantissima. Dictum de hoc lapillorum ortu supra *Cap. XIV. §. 20.* Eodem *sale balsamico radicali* in terræ sinu & durante bruma, tanquam proprio loco & matrice incluso (postquam autumnali tempore, cessante calore solis sublimatorio, spiritus balsamici in suum chaos reversi fuerunt) nutriuntur quoque *lumbrici* despectissima animalia, quæ penetrantissimo suo sale volatili Arthriticis tam salutifero satis attestantur, cujus nutrimenti redoleant indolem. Quod vero *non omnia reliqua animalia in terra delitescentia hoc balsamo nutriantur, causa* referri poterit ad naturalem instinctum cum delectu in alimentum sibi attrahente hoc radicale balsamum, eadem ratione ut, licet fuci, vespæ, muscæ ex herbis svavissimisque flosculis succum quidem in alimentum exugant, unica tamen apis naturalem illam scientiam obtinuit, cœlestem ejusmodi mannam in ceram & mel convertendi.

Ut & Lumbrici.

Cur non omnia animalia eo nutriantur.

§. VII. *Conveniunt* quoque *Serpentes cum Astacis*, quod, sicut *serpentes* spiritali hoc balsamo perfusi per totum corpus radicali hoc nutrimento diu fruantur, uti de serpente *IGUANA* Haitinis dicto ex *Oviedo* refert *NIERENB. l. XII. c. 1.* eum 10. vel 20. dies alligatum sine cibo & potu perdurare &

Harmonia serp. & Astacorum.

& Mexicanam serpentem Tautlacocauhqui, quasi dominam serpentum, annum integrum cibo potuque carentem perdurare: sic & *Gammarum per 27. dies nihil aliud* adhibere *in nutrimentum*, quam *resolutos ex sale proprios lapides*, uti ex *Helmont. de Lithias. c. VII. §. 31. supra c. 14.* enarratum fuit.

§. VIII. Licet verò credibile, Astacos tam pretioso frui alimento, non negandum tamen, interdum per hiemen etiam aliud quærere. Sic enim *ARISTOT. l. VIII. c. 15.* ex piscibus, quibus annumerantur *cancri*, tempore latibuli prodeunt aliquandiu de suo cubili pastum, & præcipuè plenilunio movent se interdum locis tepidis.

Astaci hieme & aliud adhibent nutrimentum.

§. IX. *Æstiva latibula cancrorum & Gammarorum* sunt, cum *ægrotant* mares in Junio, fæmellæ in Julio, *observante HELMONT. de Lith. c. VII. §. 31.* imprimis vero *abjecta veteri crusta*, donec nova, tractu temporis, in debitam exsiccetur soliditatem & indurescat: cum namque tot hostium expositi sint insidiis, exarmati prælia subterfugiunt, non aliter ac detonsi abjectis ramis *cervi*, armis spoliati viribus diffidentes sese sylvarum latibulis immergunt, donec novis protrudentibus armis rursus prælia frondosâ fronte minentur. *ARIST.* aliam latibuli *Cervini* causam *assignat l. IX.*

Æstiva Gammarorum latibula.

Causæ latibuli cervini.

1.

2. *H. Anim. c. 5.* quod muscarum morsum ti- meant, quæ radices Cornuum teneras facilè cum summo Cervorum dolore perforarent.

3. *OPPIAN. Cynæg. l. II. v. 214.* ob pudorem la- tere opinatur Cervos:

Latitant ipsi in penitis densisque fruticibus
Cum pudeat eos feris capita talia apparent
Nuda quæ paulo ante altè erigebant.

Quo etiam alludit *PETRUS ANGELIUS BARGÆUS l. I. Carmin.*

Et Cervus *solet abditus cavernis,*
Si fronti decus excidit superbum,
Tantisper recubans latere in altis,
Dum sentit capiti arbores renatas,
Quique olim aruerant cadente trunco
Proceros iterum virere ramos.

Paguros Cancros in specie æstate latere, quod metuant teneræ recens natæ crustæ, *OP- PIAN. l. I. Hal. v. 298.* idque egregia Me- dica similitudine explicat.

Caput XX.
De Gammarorum crustæ depositione.

§. I.

Gammari crustas exuunt.

Omnia, quibus membrum sub testa fixum est, crustam exuunt vetustiorem, alia infer-

infernè ex carne extremâ renaſcitur. *OPPIAN. l. I. Hal. v. 283.* Deponit *tempore veris Cancer* cruſtam ſuam de toto corpore, ventre, pedibus, & ſingulis partibus, *Aſtacus* Vere & Autumno â partu ſenectutem exuit, *inquit ARIST. l. VIII. H. Anim. c. 17.* quod ferè iisdem verbis confirmat *PLIN. l. IX. c. 30. Locuſtæ & Cancri* veris principio ſenectutem exuunt angvium more renovatione tergorum. In ſpecie *Paguri* calliditatem in exuenda cruſta recenſet *OPPIAN. l. I. Hal. v. 285. Paguri, inquit* Solertia Paguri in exuenda teſtâ.

Quando ruptæ vim animadvertunt teſtæ,
Usquequaque ſatagunt eſcam appetentes,
Facilior cutis ſeparatio ut fiat Impletis.

Hanc ob *ſolertiam*, quod multum comedant veteri amicti cruſta, rurſum quod nova ſuccedente cruſta eaque tenera parum aſſumant, velut ægri, qui coguntur â Medico certam præſcriptam doſin diætæ obſervare, donec confirmata valetudo: ideoque veteres *Pagurum* de collo magnæ Dianæ Epheſinæ dependentem pro ſymbolo Prudentiæ appendiſſe, notavit *RITTERSHUS. Comm. p. 192.* & Timocles apud *ATHEN. l. VII. c. 33.* fatetur in *Paguris* piſciculis deis inimicos ſapientiam variasque artes inveni

§. II. *Exuunt* itaque *cruſtam locuſtæ, Gam-* Cur cruſtas exuant?

Gammari & *cancri molliores* perspicuè, sed & *duriores*, ut majæ. *ARIST. l. VIII. H. Anim. c. 17. Finem* istius *depositionis CARDAN. l. XXXVII. de Variet.* statuit, quod si crusta vetus permaneret, non solum prægravaret, sed & motum siccitate & incrementum parvitate impediret. *Differunt serpentes & Gammari* exuitionis modo, cum illi incipiant ab oculis detrahere, ita ut obcœcati videantur, tum caput exuere, atque ita una ferè nocte & die, â capite exordiendo ad caudam, cute alterâ intus subnascente renovantur. Ex *Gammaris* vero & *locustis* inventæ mollem habentes partem superiorem, quod crusta jam circumrupta detractaque esset, inferiorem autem duram, quia nondum esset disrupta, adeoque non uno ictu deponunt. *Convenire* videntur tamen *serpentes* & *Astaci*, quod ratione balsamici nutrimenti hieme in latibulis restaurati crusta nova quasi rejuvenescant, quare *CROLLIUS de Signatur. p. 95.* opinatur Philosophos Hermeticos adeptos *modum renovandi Juventutem* didicisse ab Aquila, *cancro*, & *serpentibus*, quotannis ferè depositis antiquis exuviis ætatem suam renovantibus, ut si hoc brutis animalibus concessum, quidni homini ad imaginem Dei creato & intelligenti possibile foret.

Differunt partim, partim conveniunt cum serpentibus in exuenda cute.

§. II.

§. III. Sunt *quidem* non pauci, qui *viperarum redintegrationem* (qui actus, quòd vere fiat, *Vernatio* dici solet) non ab interno principio fieri sibimet persuadeant, sordes potius quam pellem detrahi, censente GREVIN. *de Venen. l. I. c. 3.* consentire videtur *PLIN. l. VIII. c. 27.* hiberno situ anguem membranâ corpori obductâ fœniculi succo impedimentum illud exsuere, nitidumque vernare. Dum torpent *inquit* VOSS. *l. IV. c. 53. Idol. p. 1487. serpentes*, ajunt, in cavernis situ mucoque obduci, qui concrescat, condenseturque circa corpus universum, ac cutis speciem habeat, etiamsi nihil sit, nisi sordes induratæ ad figuram corporis serpentini, ideoque quærunt locum angustum, eum penetrando adstringitur quasi pellis, & cum ita exuitur, exuviarum inde nomen traxit. Agnovére tamen Poëtæ ipsi *veram cutis restaurationem*, quando TIBULL. *l. I. El, 4. canit:*

-- -- -- *serpens novus exuit annos.*

Et *Virgil. l. III. G. v. 437*

-- -- -- -- -- *Serpens*
Cum positis novus exuviis nitidusque Juventa
volvitur. -- -- --

Et NICANDER Antiquissimus Poëta & Medicus in *Theriac v. 42.*

-- *siccam cum dorsi exuta senectam*
Bestia segne trahit molli cervice volumen.

 §. IV.

Quomodo autem deponant. Ob sal balsamicum.

§. IV. Omnium tamen accuratissimè indagatur cancrorum restaurationem Philosophus Hermeticus magni nominis & experientiæ *QUERCETAN.* quando in *Physiol. Zool. c. IV. p. 830. seq.* ita philosophatur: Quomodo rejuvenescant serpentes & viperæ, Facultas illa deponendi veram cutem exsuccam vernali & autumnali tempore fit, quando Spiritus Sulphurei in matrice terræ latentes omnibus etiam vegetantibus animam & vitam, mediante pretioso Naturæ balsamo infundentes, sunt in sua exaltatione, præcipue Vere, cum & arborum cortices nativi balsamicis succis tum abundantes ligno solidiori non adhærescunt, sed facilè separari possint. Sub Æquinoctium namque autumnale, decrescente paulum calore, sidereoque igne longius repressum magnum terræ sublimatorium refrigeratur, omnesque Spiritus vegetales & balsamici revertuntur in suum chaos sive matricem terræ. Sub æquinoctium vernum calore sive igne Athanoris magnæ lampadis cœlestis potenter operante, & attrahente, sublimatur & elevatur, quod naturæ pretiosum balsamum per mirabilem hanc sublimationem totam superficiem irrorat spiritibus balsamicis, unde hoc aquæ vitæ nectare imbuta omnia revirescunt & efflorescunt. Serpenti-

pentes itaque hieme in profundis terræ latibulis, ubi acervatim congregati, variisque nexibus implicati per longum tempus citra alterius alimenti fruitionem degunt, & innato naturali instinctu hoc pretiosum sal ad se traxerunt, elevato veris tempore, & sublimato hoc radicali naturæ balsamo (quod si cortices arborum penetrat, & molliora serpentum corpora transire & perfundere poterit) eo satis refecti & instaurati non solum vim acquirunt & facultatem spolia sua utroque stato tempore exuendi; seque renovandi; sed ob exuberans illud balsamum instar Medicinæ universalis ad corpus quavis ex parte vitiosum emundandum, & alexiteriâ vi balsami hujus copia præsentissima debellandi venena. Sic & *OL. WORMIUS* veram cutis novæ asserit genituram, quod serpentes soleant inter duos lapides aut aliud simile sese exuere, & ab oculis primum detrahere exuvias, intra 24. horas absolvi cute nova subtus renascente. Cum *Quercetano* exactè consentit *LOCATELLI Mediolanens. Medicus* celeberrimus *in Theatro Arcanor. p. 277. Arcan. l. XIII.* quando inquit: Le vipere hanno virtu balsamica per li corpi humani, perche vivano gran tempo dell' anno senza cibarsi, per loro attrahendo alimento delle viscere della terra

per loro occulta proprietà, il solfore FI-LOSOFICO cio è il balsamo naturale. Inde ex mente *GREMBS. Arbor. Hom. l. I. c. 7. th. 8. §. 52. HELMONT.* Serpens continet remedium pro balsamo mortis, & putat, diabolum, ut lateret Adamum remedium, in serpente apparuisse, & sicut mors per serpentem intrârit, per serpentem vindicaretur.

Ob vim balsamicam serpentes innoxiè comeduntur.

§. V. Ob hoc *balsamicum alimentum Serpentes innoxiè comeduntur* non solum ab Animalibus, qualia sunt *Ibides* in Ægypto *SOLIN. c. 35. Ciconiæ PLIN. l. X. c. 23. Cervi* (de quibus paulo post); sed & ab hominibus innoxiè assumuntur in cibos, ut frustra dicam serpentibus scribat, illisque energiam salutiferam adimat *Jul. Cæs. BENEDICTUS l. X. Ep. VII p. 602.* In Africa namque dantur populi Ophiophagi, serpentibus vesci asſveti, *PLIN. l. VI. c. 29.* & Colubra tuto estur. *CELSUS l. V. c. 36.* in Æthiopia quoque serpentes esculenti. *SCALIG. Exert. CLXXXIX. s. 4.* in Cuba Americæ adeo delicati æstimati, ut solis Regibus apponantur. *IDEM in l. II. Hist. Anim. cap. 18. §. 123. & Petr. MARTYR Rer. Ocean. l. III. p. 36.* adeo ut popularibus comedere instar phasianorum nefas. *IDEM ibid. l. V. p. 63.* Refert *BORELL. l. II. obs. 37.* locum â Castro in Gallis 4. leucis distantem esse, Bastida vocatum

tum, prope Sanctum Amantium, in quo rustici *serpentes innoxie comedant*, eosque viatoribus comedendos sub angvillarum terrestrium nomine apponere, caudam saltem & caput amputantes, reliquum comedentes, quod mirè sapiat palato, nec ex eo pabulo ullum ægrotare.

§. VI. *Ob balsamicam hanc* vim *serpentes & viperæ* â Magnatibus expetuntur ad usum, ut diffuso per eorum corpus Naturæ balsamo, balsami humani corruptio præcaveatur. *Modum saginandi Gallinas cum viperis* pro usu Ducis Bavariæ & Magnatum recenset *ZWOELFER. in Pharm. Ref. p. 276.* deque usu carnis viperinæ in Senio salutari consilium *ANTON. COLLE Comitis è Cesenatibus Archiatri Bavari* notavit *HOEFERUS in Hercul. Med. Tom. I. l. III. p. 181.* Ob sal balsamicum expetuntur à senibus.

§. VII. *Ob hoc sal balsamicum Serpentum exuvias renovandi Cervicapras Bezoarticas* ad tollendam, qua laborant, scabiem, & cutem reficiendam, Serpentibus naturali instinctu vesci, & simul inde oriri lapidem Bezoarticum, Author est *Laurent. CATELAN. de lap. Bezoart. pag. 38.* non aliter ac homines *Elephantiasi* laborantes fædaque Cutis prurigine & deformitate nitidam serpentum esu acquirunt cuticulam, carnemq; cum *SOLENANDR. sect. I. cons. 25.* aliisque Ob sal balsamicum expetuntur ab animalibus. Quæ inde cutem renovant.

Greg. HORSTIUS Decad. X. probl. Med. q. *4. p. 161.* asserit. *Serpentibus uti aucupes*, ut aves suas mutent pennas, & corporis ipsi lium. *J. Bapt. PORTA l. V. Phytog. c. 13.* no tat, unde in accipitribus, quando tardè pen nas projiciunt, *serpentem* nativum eos acci pere, cum tritico coquere, dein illo galli nam pascere, & aquam decoctionis ei dare in pastum, sic gallinæ carnibus pastos acci pitres pennas rejicere, & novis decoratos hilares vivere.

Ex serpentum esu deponunt Cornua Cervi.

§. VIII. *Serpentum* esu *Cervos* Cornua deponere & quasi rejuvenescere statuit *Cæs. BARICELSUS Thesaur. Secret. c. LXX.* Solent namque singulis annis Cervi ramos abjicere usque ad sexennes. *ARIST. l. IX.* *Hist. Anim. c. 5. PLIN. l. VIII. c. 32. SOLIN.* *Polyb. c. XXI.* ab eo tempore similia re viscunt communiter, ut nec ætas possit di scerni. Unde *VIRG. Ecl. VII. v. 30.*

Et ramosa Mycon vivacis Cornua Cervi. *ALBERT. Magnus* quidem testatur ad nu merum undenarium in Germania se vid. atque in tot ramos proferre, nec non *Mat* *THIOL. in Diosc. l. II. c. 5.* se eo numero vi disse in Germania, & esse qui ad 20. & am plius ascendant, attamen communiter non ultra sexennium adjiciunt numero, & tunc si non numerosa, crassiora tamen fiunt, &

antequam cadant nova, ſtatim ſubnaſcuntur cornicula Typhi Cervini dicti. Mira ſane res, *inquit VOSSIUS de Idol. l. III. c. 57. p. 1037.* ſi, quod venatores pro comperto habent, cum poſt ſexennium quotannis decidant cornua, tam breviculo tempore tam ſolida, dura & tantæ molis enaſcantur.

§. IX. *Cur autem cervis cornua decidant*, variæ variorum ſententiæ ſunt. *VOSS. l. a. p. 1036.* cauſam deciduorum cornuum rejicit, quod Cornua iis non continua oſſi cranii, ſed cuti duntaxat adhæreant, quæ prius æſtivo calore exſiccata, frigore hiberno poſt condenſentur, ita ut exiguus omnino liquor, nec is lentus ſatis, in ea ob poros penetret ſtipatos, decidere ergo ut folia ab arboribus, ob glutinoſi humoris defectum, & eo faciliùs cadunt, quia adveniente veris calore intus protuberat novorum Cornuum materies, quæ vetera protrudit. *HELMONT. de Lithiaſ. c. 1. §. 13.* aliam asſignat rationem quod cornua iſta partim de materia ſint oſſea, partim de ligneâ, adeoque & propterea ſpinas & ramos æmulari, & annuatim decidere ob proprietatem frondium & partis ligneæ retentam. *Ob nimiam duritiem* opinatur *ZWOELFER. Pharm. Ref. p. 462.* Cornua ab cervis deponi, quæ prohibeat, quo minus pro alimento ipſorum

Cur Cervi decidant Cornua? 1.

2.

3.

rum

rum copiose affluens sanguis dispergi queat, ex sanguine circa brumam collecto vermiculos tractu temporis enasci, qui rodendo pruritum excitent, donec cervi concitati Cornu arboribus affricent, & tandem decidere faciant, fieri id plerumque mense Februario, quanquam *Lal.* BISCIOLA. *T. II. Hor. Succis. l. I. c. 20.* Mensem Aprilem nominet, & *CRUGNER. in* Chym. Frühling. *p. 298.* aliique eadem ratione, cornua ab ipsis rejecta tanquam poma matura præferre audent iis, quæ â cervis confossis tempore coitus, multo spiritu turgentibus mense Augusto & Septembri avelluntur. Observarunt *tales vermes* in *Cervi capite* circa vertebram, ubi caput cervici nectitur, *ARIST. l. II. hist. Anim. c. 15. PLIN. l. IX. c. 37.* viditque *Conrad. HERESBACHIUS* in *Comp. Therap.* in exenterati Mense Majo Cervi, succisis Cornibus apertum cranium pollicaribus scatere vermibus, præter capita rubra albicantibus. Plerique tamen putant, *Cervis deponendi Cornua vim â comestione serpentum* oriri. Ut enim quidam serpentes sunt, quales apud Indos Canauhcoal sese foliis occultantes & Cervos transeuntes vi anhelitus attrahentes & comedentes. *NIERENBERG. l. XII. H. N. c. 17.* quales Libyæ serpentes Cervos deprædantes, *OPPIAN.*

An rejecta Cornua meliora?

Vermiculi in Cranio Cervino.

4.

PIAN. l. II. Cyn. v. 253. sic & cervi naribus extrahunt serpentes latibulis, & comedunt palpitantia membra. *OPPIAN. l. II. Cyn. v. 233. seq. & Hal. l. II. v. 289. PLIN. l. VIII. c. 32. ubi Casp. BAUHINO de lap. Bez. c. VII. p. 37.* plurimæ, cur serpentes devorentur â cervis, afferuntur rationes, ut rejuvenescant, cum diuturnæ sint vitæ, ut senium deponant, ut intestinorum vermes involucris implicitos in senio confectis enecent; alii tamen post serpentum comestionem cervorum sanguinem effervescere statuunt & quasi fermentari, unde vermiculi pronascantur (Venatoribus die Ergerlein) ex venis capillaribus, qui ad Cornuum radices prorepentes, eorum internum nutrimentum depascantur, donec eo alimento defraudatæ exsucca decidant.

§. X. *Præter serpentes* qui spolia, præter *cervos* qui cornua deponunt, memoratu dignum, Regis Daniæ *FRIDER. III. Equum* generosum & alacrem *cornutum* (contra mentem *STRABON. l. XV. Geogr. apud MAJOL. COLL. Can. VII. p. 299.* qui irridet, dari Equos cornutos) cui ex utriusque parte auriculæ dextræ enatum *cornu* incurvum acutum, pennæ olorinæ crassitie, longit. ℥iiß. fuit, huic statis temporibus *deciduo cornua* per vices, remanente corpore diminu-

Aliis animalibus quoque vernatio accidit. Equo Danico.

minuto, quod ſenſim rurſus crevit, donec ad juſtam magnitudinem pervenerit, & rurſus depoſuerit, narrante hæc oculato teſte & ænea pictura exhibente *OLAO WORMIO Muſ. l. III. c. 25.* an vero *Equus cornutus* Regis Hiſpaniarum, de quo *NIERENBERG. l. VII. c. 2.* depoſuerit *cornua*, latet. Sic nec Capræ Cornua deponunt, licet ſerpentum eſu valdè delectari, idque in locis montanis ſeſe pluries obſervaſſe aliquoties cum laude memoratus Ampliſſ. *Dn. Mich. BOHEMUS* retulerit; diverſitas tamen temperamenti ſiccioris in Capris Idioſyncraſia, & cornuum ſeu ramorum diverſa natura impedimento ſunt, quo minus ſimilis, ut in cervis, eveniat effectus.

Aquila rejuveneſcit. Modi varii.

1. §. XI. *Ex Avibus ſolam Aquilam ſeſe innovandi* facultatem habere plurimorum testimoniis comprobatum eſt. *Damianus, Ambroſius, Nicephorus*, redintegrationem quandam iis accedere aſſerunt ob volatum Aquilarum ad ſolem in purioris ætheris vaſtitatem ſingulis decenniis, exuſtis pennis procidere in mare, & novas recipere pennas. *GESNER. L. III. de Avib. fol. 166.*

2. alii cum *Hieronym.* ob lotionem in fonte quodam, poſtquam ſenſerint conſenuiſſe pennas, & oculos computruiſſe, *CASP. SCHOTTUS l. IX. c. 4. Phyſ. Cur.* alii cum *AUGU-*

AUGUSTIN. *Comm. in Psalm CII.* ob allisionem adunci rostri ad saxum durissimum, comestionem cibi impediens eminentiâ ut frangatur. *vid. DEUSING. in Exam. Pulv. symp. p. 367. & SCHOTTUS in Magia Part. IV. l. I. syntagm. 3. c. 1.* Aquilas rejuvenescere, non secus ac serpentes exuta veteri pelle renoventur, & arbores folia frondesque deponant novasque recipiant, vult SPERLING. *Physiol. Zool.* l. IV. *c. 2. p. 230.* HELMONT. *tamen.* & cum eo *GREMBS. Arb. Hom.* l. I. *c. 7. s. 8. §. 15.* Aquilam renovari asserit ob Spiritum mumialem cadaveris (ad quod per magnetismum ad multa milliaria deferuntur) eo quod ab Elixiere probe depurato per digestionem quandam huic volucri propriam hæc renovatio contingat. 4.

§. XII. In Homine quidem naturaliter *Cutis*, quæ quasi ipsius exterior crusta, non innovatur; observavit tamen *SALMUTH. Cent. I. obs. 67.* præternaturaliter in *Podagricis* interdum instar exuviarum serpentis (& *crustarum Cancri*) *cuticulam* deponi, & spolium pedum fieri, nec non post ulcus totius tibiæ cutim instar spolii serpentis absque ulla molestia detractam alia cute subtus succrescente; quin & *Felix PLATER*, l. III, *obs. p. 558.* in febre acuta exsiccante,

Homini cutis non renovatur nisi præternaturaliter.

cante,

cante, in seipso observavit, *cuticulam* â reliquâ cute sponte, ac si perusta fuisset, secessisse, ut manibus apprehensa abstrahi, & amplæ illius petiæ observari potuerint, qui *Ibid. p. 559.* etiam ab altero Medico Epidermidis membranas latas detractas asservatasque narrat una cum dentium & unguium lapsu. *PETR. â CASTRO in de Febr. mal. lign.* sect. IX. *§. 58.* vidit Nobili Cantabro Izaguerrio, post malignum morbum contigisse, ut *tota Cuticula* absceederet, non in furfures, sed in lora oblonga, quæ à toto dorso uno tractu avulsa, pariter ac *HOEFER. Hercul. Med. T. I. l. VII. p. 320.* Kobelspurgi prope Cremsium in Austria, recenset, Hebrææ puellæ *cuticulam* universi corporis per serosi humoris ebullitionem, â cute separatam fuisse intermedia aq. citrina mordicante, ubi novæ generatio facta per analeptica, & foris involucro ex cerâ, axungia cervi, oleo viol. & camph. simul liquatis & linteo inductis.

Cancris crusta saxea facta, hominibus cutis callosa.

§. XIII. Supra C. VIII. *§. 15.* recensitum fuit, non raro *Gammarorum tegmina* plusquam testacea, imo petrosa fieri, interdum per totum corpus, interdum superficietenus saltem: sic & *hominis integumentum* interdum adeo crassescere, ut universam *cuticulam cutimque* instar arboreæ corticis durissimam

ſtram aut inſtar corii bovini, ut præ duritie nec manus, nec pedes potuerint contrahi, in fœmina ſcirrhoſis obſtructionibus laborante notarit *ZACUT. Prax. l. III. obſ. 100.* & vidit *FALLOP.* hominem præpingvem adeo incraſſatæ cutis & corii, ut ſenſum amiſerit. *Th. BARTHOLIN. Anat. Ref. l. I. c. 2.* Huc pertinet *Æthiopum* duorum craſſiſſima cutis apud *PETR. SERVIUM de Nat. Artisque miracul.* Emerat *Rodericus Fonſeca Medicus Servam Æthiopicam*, quæ cum juberet *tractavit ignem carbonibus*, nulla ſui læſione, manu oreque ſumtis, quam rem *Gabriel FONSECA Nepos* Medicus intimus INNOCENT. X. & in Acad. Rom. Pract. Med. Prof. Ordin. teſtatus eſt, ſe ſexcenties vidiſſe, eam carbones verè candentes compreſſa manu in pugnum tam diu tenuiſſe, dum penè extinguerentur, nullo plane ignis veſtigio in manu impreſſo. Talem Æthiopem in Noſocomio ad Spirit. S. Romæ vidit *IDEM SERVIUS*, quæ pro lubitu manibus gemellis, iisque cavatis, velut ferreo batillo, ignis acervulum è foco portavit in proximum terreum foculum. Sic & Picenus Martinus Cecho ex oppido monte Lupone non ſolum manu ignem carbones tractavit, natibus, nudisque pedibus calcavit; ſed & ori injectos palato extinxit.

Nec Cervi quotannis, nec cancri semper se renovant.

§. XIV. Ut *Cervi non omnes singulis anni* novo frondium robore caput exornare cre-duntur; sic etiam *Exc. Joh. Theod.* SCHEN-CKIUS *Litt. sæpe allegatis* opinatur, *vestit* *Gammarorum* seu *crustas* non omni anno statim atque adoleverunt, immutari; sed saltem annosas, uti supra *cap. 14.* §. 21. rela-tum fuit, ibique ex prælaudati *D.* SCHEN-*KII* mente lapillos ad novæ crustæ genera-tionem conferre, præcipuè si concedatur orir ex nutrimento salis centralis coagulati de lapillos istos. *Eandem* fovet sententiam *de* *crustarum in cancris regeneratione Johannes* WEPFERUS *Med. eximius & Jac. Med. Bi* *fil. Assessor Litter. Schafbusia Helvetiorum* *ad me datis 11. Febr. 1665.* in re tam altæ indagi-ginis suspicor, *lapillos ad crustarum inservire* *generationem*, cui suspicioni ut fides adhi-benda, suadet hæc observatio sectionibus cancrorum crebris experta: quo molliori cancris crusta, eò perfectiores lapilli; quo duriores, eò imperfectiores, & magis ab-sumti, aut quasi corrosi, ita ut tantum ac-cretum crustis esse videatur, quantum im-minuti sint lapilli. Eodem inclinat Excell. *Dn.* MOEBIUS *Prof. Jenens. celeberrimus* quando in *Physiolog. de usu ventricul. p. 164* ita *inquit*: Generatio putaminum ovorum mirabilis, forsan autem istis arenulæ deglu-titæ

Lapilli an conferant ad testæ generationem.

litæ & consumtæ principium coagulativum illud largiuntur. *Cancri* proprios devorant lapides & plane consumunt, an ut iis quoque novus cortex exinde crescat?

§. XV. *Absumunt* itaque ipsimet *Astaci* proprios lapillos, thesauri, quem secum gerunt, conscii, ne hominum commodo accedat, cum & cervos cornua delapsa defodere recenseat OPPIAN. *Cynæg. II. v. 211.* Cancri lapillos absumunt proprios.

Ubi pulchrifida Cornua statis temporibus decidere,

Fossâ quidem humi egestâ sepeliunt ea,

Ut ne quis forte auferat, cum in sulco ea invenerit.

Unde & proverbium apud Græcos natum apud *ARIST. l. IX. Hist. Anim. c. 5.* videre est, quod delapsa in locis abditis cornua terrâ obruant. Sic *Equæ* post partum homini invidentes vomitu rejectam materiam nigram (quam *SCHWENCFELD. Theriotr. p. 93.* ex propria observatione describit; in pullis equinis post nativitatē ore prominere molem carneam, oblongam, molliusculam fungosam, coloris fusci, aliquando ex livore rubentis palmæ Latitudine, formâ Lieni similem, den füllen Milz) nisi statim præripiatur, devorant, quod pro summo habetur antiepileptico à *DONZELLINO in Consil. Scholz. XXXVIII.* quâ ratione & *stellio*

 Piscis

Piſcis lacertæ non abſimilis, cutim ſingu-
annis exutam protinus abſumit, ut præ-
piat homini præſentisſimum morbi Com-
tialis remedium, ex quo & Stellionat-
crimen apud ICtos, ut *refert HEGEN*
Itiner. Holland. p. m. LXI.

Adjuvat vernationem cœli conſtitutio.

§. XVI. Denique ad exuitionem veteri
novæque cruſtæ in cancris reſtaurationem, & la-
præter internum iſtud ſalis centralis, & la-
pidifici in lapillorum coagulatorum o-
culis principii, exuitionem & teſtarum de-
poſitionem adjuvare & promovere videtur
redeunte Vere ſingularis cœli & aëris conſtitu-
tio, quæ omnia renovat, latentia evoc-
ſuſcitatque. Hanc immutationem, præ-
alia exempla, videre licet in *quibusdam ſti-*
gmatibus in infantibus, quæ ceu fructus, tem-
pore fructuum ſe mutant. Sic *macula mo-*
in fœminæ collo, quando mora creſcunt, ro-
iam intumuit, aucta fuit & inflammat-
DIGBÆUS de Pulv. ſymp. pag. CXI. in a-
macula fragum repræſentans tẽpore fraga-
rum inflammationem incurrit. *IDEM. p.*
CXIII. Narrat *Petr. SERVIUS in de Nat.*
Art. mirac. p. DLIII. vivere Medicum *Apren-*
ſem Dn. Lelong, qui *ceraſum* prope auricula-
rem digitum ſimul cum ceraſorum vege-
bilium more progredientem geſtet, non
minus ac puella Masſilienſ. 16. annorum

Stigmata infantium ſtato tempore redeuntia.

prim-

prima frontis pilosæ parte *maculam mori*, quæ veris initio, dum ejus speciei arbores surgunt, visa est virescere, post rubescere, maturo fructu nigrescere, & decisis ex arbore fructibus detumescere. *DEUSING pag. DLXIII. Exam. Pulv. symp.* causam ad aëris constitutionem revocat horum stigmatum, aut ut ait *p. 487.* fieri â fermentali aëris dispositione, quæ dispositio aëri vi corporum cælestium certa anni tempestate concilietur, aut ut Doctissimus CONRINGIUS *de Hermet. Medicina* c. XVIII. censet, ista fieri ab insita omnibus illis consimili quadam indole & natura statis temporibus sese exerente, ceu fit in stirpibus ipsis. Sic nullum dubium, *aëris constitutionem & solis calorem* maturare celeriorem crustæ depositionem.

Caput XXI.

De Gammarorum Forcipum Regeneratione.

§. I.

PRæ omnibus *ferè Animalibus Gammari seu Cancri* hanc prærogativam & Naturæ privilegium possident, ut, si vel concivium Astacorum robore & morsu, vel ab externis hostibus aliisque injuriis, aut injecto

Præ reliquis animalibus canceris membra renascuntur.

cto etiam polypodio inimico discedentibus forcipibus, forcipes fracti sint, nihilominus provida Naturæ solertia ipsis brevi restituantur. *Renascuntur*, inquit, SPE-LING. *Zool. Phys. l. V. c.17.p.432.* quia non ex semine formati sunt *forcipes*, sed ex humore sangvini respondente, sicuti renascuntur in arboribus folia, in avibus pennæ, in piscibus squammæ, ita in *cancris forcipes*. Cum *Polypis* hanc amissorum forcipum restaurationem communem habent, si quidem de *Polypis* OPPIAN. *Hal. II. v. 244.* narrat, qui postquam pedes proprios tanquam alienas carnes hieme absumserint, suos cum saciarint Dominos, ii rursus crescant, non aliter ac in Lacertis cauda, de qua ex OLAI MAGNI *Hist. sept. l. XXI. cap. 21.* MAJOL. *Canic. Colloq. IX.p.360.*

Et Polypis.

§. II. Ratissimum in Homine, partes præcipuè spermaticas resectas Naturæ beneficio regeneratas; quanquam interdum singulari Naturæ robore id effectum fuerit. Sic VENAS incisas aut amputatas non restitui posse, uno ferè omnes ore confirmant. Cum *Galeno* tamen *l.14. Meth.Med.* D. PET. *à CASTRO in Mss. Obs.* vidit, venas aliquando sensibiliter regeneratas, quanquam non tàm similes iis, quæ antè perierunt, sed ut in cavis ulceribus caro. Et notat BE-RE...

Rarum in homine partes renasci.

Venæ renatæ.

RELL. *Cent.* 2. *Obs.* 18. se legisse, *venam* in capite regeneratam, non minus ac Chirothecario, cui Chirurgus Parisiensis le. Juif. trepano cranium aperiens vidit corruptas *membranas cerebri* rursus contra omnium Medicorum opinionem *regeneratas.*

§. III. *Aqueum Oculorum humorem*, si effluat, resarciri vix posse, & visionem omninò extingui affirmat *Andr. LAURENT. l. IV. Anat. c. 16. Quæst. 22.* immò aqueum effusum reparari non posse, statuit *PLATER. Prax. T. I. de funct. læs. pag. 258.* vidit tamen ob vulnera effusum penitùs spatio Temporis *renatum*, recuperato viso *Reald. COLUMB. l. X. Rei Anat.* in puero idem observavit raro Exemplo *GALEN. l. de Caus. Sympt. c. 2.* in puellâ quatuor Annorum *BENIVEN. de morb. caus. c. 74.* in Adolescente 15. Annorum Genevæ 1587. & in Matthæi Barbotti Civis Lausannensis filio 1597. aqueum humorem notavit restitutum *HILDAN. Cent. I. obs. 26.* in adulto quoque Cive Ambergense. *LANG. l. I. Ep. 7. & MARCELL. Donatus l. V. Med. Hist. c. 4. p. 567.* Idem observavit *Franc. PLAZZONUS Prof. Patav.* in puero, cui intra binos Menses *humor aqueus* sponte fuit *reparatus. RHOD. Cent. I. Obs. 82.* quod & in pullis gallinaceis fieri *RIOLAN. Enchir. Anat. l. X. c. 3.* confirmat.

Aqueus oculi humor renatus.

Observatio firmat. Hujus *regenerationis veritatem* comprobavit Anglus quidam Pragæ paucis abhinc Annis apud *Magnif. Dn. MARCUM MARCI à Kronland. Fac. Med. Pragæ Prof. primarium, & RegnI Bohemiæ Physic. Seniorem*, qui lancettâ discidit oculum Anseris, ut totus *humor aqueus* efflueret, mox humorem Crystallinum unà cum vitreo digitis expressit, in foramen de medicâ aquâ aliquid instillavit, & ecce oculus subitò impleri cœpit, & intra quadrantem horæ fuit perfectus, qualis ante. *Idem experimentum* in Agno probavit *Nicol. CABEUS. v. SCHOTT. in Mag. Nat. part. I. l. II. prælus. 1. Art. 7.* affuso pòst succo Chelidonii, quod & Parmæ temporibus Ranutii primi Ducis in duobus caponibus comprobatum, affuso tunc succo Chelidon. & Euphrasiæ, recenset *SCHOTTUS in mirabil. Art. l. II. c. 22. p. 895.*

Nasus amputatus restitutus. §. IV. *Nasum amputatum regenerari* posse, tàm ex propriâ carne, quàm alienâ, invenerunt primi refectores *Petrus BOIANUS & Caspar FALIACOTIUS* Prof. Bonon. fuitque celebris in hac operatione præ reliquis *BRANCA Siculus.* Copiosè de hoc Naturæ artisque in reficiendis naribus connubio egerunt *FALIACOT. in lib. de Custor. Chirurg. Joh. Bapt. CORTESIUS in Miscellan.*

Miscellan. Med. Decad. 3. Gabriel FALLOP. de decorat. c. II. Thom. FIENUS l. XII. Chir. c. 1. & 2. PARÆUS l. XXII. *c. 2.* quod licet periculo non carere, præcipuè si ex alieno corpore, judicet *Paul.* ZACCHIAS *Quæst. Med. Legal. l. V. Tit. 3. Quæst. 3.* §. *5.* ut Equitis Panormitani Exemplo comprobat *Petr.* SERVIUS *p. 551. de Nat. Artisque Miracul.* qui Nasum è famuli carne mutuatum eo mortuo amisit, aliaque Exempla recensentur *à* DIGBÆO *de Pulv. Symp. p. 245.* attamen DEUSING. *Exam. Pulv. Symp. p. DLXXXVIII.* cum *Conringio*, id casu factum fuisse suspicatur, cum multis, cui ex alienâ Carne Nasus restitutus, idem non acciderit. *Strauß. Resp. ad Deusing. de Fœtu Mussip. p. 189.*

§. V. *Dentes Homini regeneratos* præter experientiam Exempla referuntur à Clar. *D. Melch.* SEBISIO *de Dentib. Disp. 2. §. 94.* de Mutiano *PLIN.* l. II. *c. 37.* cui post 104. Annum dentes regeniti: de fœmina, cui post 80. Annum rediere Dentes, *ALEX. BENEDICTUS* l. VI. *de Cur. Morb. c. 1. de* Octogenario *CARD.* l. VIII. *de Varietat. c. 43.* de alio circa Annum ætatis 40. *BAUHIN. l. 3. Th. Anat. c. 78.* de vetulâ post 63. Annum. SENNERT *Prax. l. 2. p. 1. c. 10.* de muliere octogenariâ PARÆUS *Chir. l. 24. c. 19.* Jacobo Dentes regenati.

 cobo

cobo Calatto Dalmatæ, prioribus omnibus amisſis, dentes renati. RHOD. *Cent.* I. *Obſ.* 94 & Deſmondæ Comitiſſam mulierem 140 Annorum, bis, ter, veteres dentes novis ſuccedentibus mutaſſe FRANC. BACO VERULAMIUS *in Sylv. Sylv. Cent.* 8. §. 755. memorant. Alia Exempla apud SCHENCK. *l.* I. *Obſ.* 406. MARCEL. DONAT. *l.* 6. *c.* & BORELL. *Cent.* 2. *Obſ.* 81.

Lingua renata,

§. VI. LINGUAM variolis abſumtam absque loquelæ defectu à gutture eructatam Salmuri obſervavit *Th.* BARTHOLINUS *Cent.* 2, *Hiſt.* 22. ſed quod magis mirum ex *Jacob.* HORSTII oculati teſtis *Comm. in Hipp. de morbis* refert CAMERAR. *Cent.* 6. *memor.* §. 39. in puero Lingvam variolis totam putredine deperditam, integram tamen rurſus de novo ſuccreviſſe, & ad juſtam magnitudinem perveniſſe. De ſerpentibus notat CROLL. *in de Signat.* p. eos Lingvam recuperare amiſſam, à vivis ad uſus magicos in plenilunio erutam, ſi dimiſſi urticam offendere poſſint.

Ungues in tertio articulo renati.

§. VII. UNGVES *in Digitorum Apicibus* Hominibus ſemel deperditos *iterùm renaſci*, novum quidem non eſt (niſi poſt malignas febres, ubi ſi decidant, ungves & dentes nunquam renaſcantur) rarò tamen conſpicitur id fieri in ſecundo & tertio Articulo

ticulo prioribus amputatis, in quibus non semel vidit eos progerminare, non secus, ac debitam acquirere formam, quam in Digitorum apicibus *Nicol.* TULPIUS *l. 4. Obs. rar. c. 55.*

§. VIII. *Carnem Lateris* ferè omnem ablatam & restitutam à Brasiliano Chirurgo *Th. BARTHOL. Cent. 6. H. 59.* & omoplatas cum tota dorsi carne abruptas regeneratas *BORELL. Cent. 3. Obs 20.* attestantur, pariter ut scrotum putridem ablatum & restitutum. *BARTHOL. Cent. 6. H. 69.* — Caro restituta.

§. IX. *Brachia* tamen & *pedes*, cum *Homini amputata*, aut à primo ortu denegata, *non renascantur ut cancris*, secundùm Proverbium: Es wachsen die Hände nicht wie Krebsscheren: ne tamen & in hâc parte Natura Homini Noverca videatur, ideò ob Errorem quasi verecundiâ suffusa, defectum benignâ compensat usurâ, & innatâ dexteritate *Pedum* compensat brachiorum ceu forcipum defectum. Paucula hujus solertiæ subjungenda *Exempla*. De *Thomâ* SCHWEIKERO elegantissimè pedibus scribente, & Halis degente, & Medicus & Poëta POSTHIUS: — Naturæ providentia in hominibus, quod Brachia non renascantur. — Pedum singularis usus. I.

Mira fides! pedibus dextris facit omnia Thomas,
Cui Natura Parens brachia nulla *dedit.*

Nam

Namque bibit pedibus, pedibus *sua fercula sumit,*
Volvit & his Libros, præparat his calamos,
Quin & Litterulas pede *tàm benè pingere novit,*
Artificis superet grammata docta manu.

Ejus scripturam in Aulâ Würtebergicâ vidit *PLATER. l.* III. *Observ. p.556.* & talis quoque unâ cum ipsius Calamis pedibus præparatis, & Icone inter rariora cimelia *Bibliothecæ locupletissimæ Templi Mariæ Magdalenæi in Patriâ meâ Vratislaviâ asservatur.*
2. In Urbe Cretensi mulierem vidit *GYRALDUS in Itinerar. l.* II. *c.* 11. mancam à Nativitate *manibus* carentem, cui *pedes* tàm flexiles, non minus ut subtiliter, quam aliæ acu suere, filo & forfice, tanquam ma-
3. nibus uti sciret. Talem *pedibus* nentem Basileæ vidit *PLATER. l.* III. *Obs. p.* 556. &
4. BAUHIN. *de Hermaphrod. l.* I. *c.* 8. *p.* 87. ta-
5. lem Gandavensem Patavii, aliamque Venetiis nentem *Joh.* RHODIUS *Cent.* 3. *Obs.* 60. Ao. 1629. conspexit, similemque ipsemet
6. breviotis staturæ Ao. 1650. Argentorati in
Observatio Nosocomio strophiola *pedibus* serico artificiosè acu pingentem & elaborata dividen-
7. tem reperi. Salmanticæ suâ ætate Hominem *Brachiis* mutilum notavit *NIERENBERG.*

BERG. *l.* II. *de Nat. miraculos. in Europ. c.* 36. qui *pedibus* manuum præstitit munia: *alium* in Hispaniâ Adolescentem 1577. sine 8.
Brachiis natum, gibbosum, *pedum* Digitis expeditè utentem, in Eborensi Academiâ Literis incumbentem; *aliumque* ab Oppido Degvardâ oriundum Salmanticæ studia tra- 9.
ctantem RODER. *à CASTRO de Morb. Mul. T. l. lib. 3. c. 11. p. 141.* Alterius *Hispani*, qui pe- 10.
dibus arma tractavit, ex *Georg. PICTORII Convival. l. 4.* mentio fit apud consummatissimum Polymathiæ virum *Job. JONSTONUM Thaumatogr. S. 10. c. 5. Artic. 8. pe-* 11.
dibus bibentem, edentem, chartis & telis ludentem, tandem & *pedibus* furta patrantem, & postquam Latronis quoque munus egit, cruci affixum in Galliis *PARÆUS l. 24. c. 6.* 12.
memorat. Venetiis puer sine *brachio* omnia ex terrâ *pedibus* elevavit, & pileo pedibus detecto obvios salutavit. *Th. BARTHOL.* 13.
Cent. 2. H. 44. p. 242. & Petrus Lucernensis Ao. 1624. Romæ pedibus musicalia Instrumenta tractavit. *ZACCHIAS Quæst. Med. Legal. l. 5. Tit. 3. Q. 6. §. 9.* Joh. Kühn 1646. 14.
æt. Anno 45. qui in quâvis *manu* unicum saltem habuit Digitum, totum Catechismum Idiomate Germanico in membranam exaravit, cujus litteræ eleganter satis depictæ tàm minio, quàm atramento asser-
vantur

vantur in *Museo WORMIANO*. *V. WORM.*
15. *l. IV. cap. 12. f. 387.* De Anglâ fœminâ, quæ *brachiis* destituta Hafniæ calamo scriptorio ore apprehenso, vidente *WORMIO*, nomen suum in Chartâ expressit, filum linguâ acui intrusit, & ore omnia peregit, quæ alii manibus. *BARTHOLIN. Cent. 2. Hist. 44.*
16. 17. Manuariam quoque operam vicariis pedibus fecerunt *puella* quædam *Senæ*, *alia Frisica* circa Emdam nata 1596. Pragæ degens
18. 1616. *Theodor. Steis* Viennens. & *Magdalena*
19. *Succa* 1652. Norimbergæ visa. *HARSDOERFER Specul. Histor. H. 52. §. 3.* seq. de quâ Magdalena Rudolph Thuinbrii Succa quoque *BARTHOL. Cent. 3. Hist. 26.*
20. *Hollandus* denique, dum Kynsburgum Lusatiæ transirem 1652. à me visus, qui pedibus aurigam egit in curru, & sclopum quoque emisit. Plura *Exempla* videri poterunt apud *SCALIG. Exerc. 336. WEINRICH. de Monstr. cap. 37. STENGEL. c. 16. de Monstr. §. 9. CAMERAR. Hor. succis. Cent. I. c. 37. ZEILER Ep. Cent. 6. Ep. 100. HARSDOERF. Theatr. Comic. H. 156.* & recentissima nostro seculo in *Italiâ* visa aliquot apud *ZACCHIAM Quæst. Med. Legal. l. 7. T. I. q. 9 §. 6.*

Naturæ providentia in defectu visus.

§. X. *Provida* quoque *Natura*, ut *cæcitatis* noxam compenset, quorum innumera ubique inveniuntur Exempla. Præ reliquis tamen

tamen miraculum ferè Naturæ Sculptor ille Romanus, qui Urbani VIII. tempore ex solo Tactu exactissimè hominum lineamenta ad vivum sculpsit, de quo pluribus *Petr. SERVIUS in de Nat. Artisq; miraculis.* Et de Filiorum suorum *pædagogo Cæco Illustr. DIGBÆUS de Nat. Corp. tr. I c 28. pag. 324.* narrat, qui an sederent, an starent Homines, dignosceret, latrunculis perfectè luderet, jacula ad metam torqueret, & lumen, quod maximè mirandum, toto corpore persentisceret, præcipuè mutationem in cerebro sole ad nos redeunte.

§. XI. Quomodo *Natura provida surditatem aurium* compensarit, Testis esse poterit Simon Dietericus Purmerenti in Hollandiá ex lapsu *surdus* factus, qui teste *TULPIO. l. IV. obs. 18.* aurito & oculato teste, ex solò labiorum motu omnia intellexit, ex concionatoris motu labiorum conciones domi renarravit, & prout colloquentium labia glabra aut pilosa, tenuiora ac crassiora, pro eo vel citiùs, vel tardiùs cœpit eorum mentem. Simile Exemplum de Hispano Fratre natu minore Comitis stabuli Castellæ narrat *DIGBÆUS l. a. p. 324. ab ortu surdo*, ut ne bombardam auribus admotam & explosám perciperet, & linguæ usu privato, quod verborum sonum non audiret, ut

Naturæ providentia in defectu Auditus.

ut illa imitari posset; vivida tamen oculorum acie prædito: hunc Sacerdos invicta patientiâ, rarâ constantiâ, & pertinaci labore eo deduxit (ut testatur Liber Hispanico Idiomate editus, quomodo surdi & muti ad loquelam instituendi) ut sonum oculis perciperet, hoc est, sonorum Differentias, gravesnè, an acuti; inde exactè reddidit vocem ab alio prolatam, quantumvis difficilem, indulgentissima huic Natura. Vidit ipsum *Ill. DIGBÆUS*, cùm in Principis Walliæ Comitatu una in Hispanis degeret, observavitque, si in tenebris fuit constitutus, aut à tergo videret loquentem Hominem, nihil penitus eorum, quæ dicebantur, intellexisse eum.

Quare licet *Gammaris & cancris* Natura benignior videri possit, forcipum perditorum loco alios substituendo per novam generationem; Hominibus tamen illata damna alio, ut allatis Exemplis confirmatum fuit, resarcire solet commodo.

CAPUT

CAPUT XXII.

CANCRORUM MUTATIO ad Lunæ Phases.

§. I.

Miranda passim deprædicatur *lunaris corporis* in hæc inferiora efficacia, & quotidiana Experientia veritatem comprobat. Eleganter *lunæ* vires explicat *Athan. KIRCHER. in Itin. Ecstat. cap. 2. §. 1. in de Mundi Opificio p. 52.* habet tota lunæ compages reconditam quandam proprietatem à DEO Opt. Max. singulari suæ providentiæ Dispositione inditam, quæ ubi sese in corpora humido pollentia diffuderit, mox vehementi quâdam vi illa inflat, dilatat, & mirificè agitat. Hinc radii ejus in superficiem terræ diffusi, omnia inferiora terræ, quæ ex humore prædominante constant, mirificè dilatant, maria agitantur, lacus & flumina inflantur, Oceanus fluxum, & refluxum patitur, humores in corporibus augentur, & dilatantur, & tantò quidem violentius, quantò rectiore radio ferierint terram. Potissima autem Lunæ operatio circa ejusdem Phases diversas. Ita namq;, Lunæ mirandi effectus.

Hh pergit

Cur diversę Lunæ facies? pergit *Idem p. 58.* sapientissimè *Lunæ* diversæ facies conferunt terræ: si enim *Luna* semper eodem virtutis profluvio ferir... terram, terra nimio humore suffocata, non exiguum detrimentum incurreret: hinc di... vinæ Providentiæ dispositione factum... *Luna* nonnisi circa conjunctionis & oppositionis puncta, ubi influxus ejus normalis est, quàm maximè vim suam exerat, non item in quadraturis, aut punctis ejus vid... nis, quia tunc Temporis radius influxivus non nisi obliquè terram ferit. *Et p...* *Luna* eosdem in terrâ effectus producit... virium suarum radios in humidum... ctum dimiserit, illud confestim solet ra... facere, ampliare, dilatare, fœcundare; sed nunc plus, nunc minus, pro situs Lunæ rati... one in suo circulo.

In specie Lunę vis in Æstu marino. §. II. *Perspicua* itaque *operatio* *Lunatæ* ... *potestatis* proditur

1. *In æstu maris.* Licet etenim *ISAG. VOSSIUS de motu mar. passim* omnem vim *Lunæ* adimere velit, alii alias assignent causas, in *Oceano Macro-Microcosmico p. 98. §. 97.* ... legatas; plurimi tamen cum *SCALIG.* ... *CII. Lunam* reciprocantis æstus causam ... tuunt. Fusius hanc *Lunæ* vim in ciendo æ... *stu marino* depingit *JUL. CÆSAR VANI...* *NUS Neapol. in de Admirand. Naturæ Ar...* *canis*

caris dialog. XXI. p. m. 119. seq. Eò inclinat *D. Martin. KERGERUS Phys. Lignicens. Amicus suavissimus*, quando *in Disput. suâ inaugurali MDCXLVIII. Francof. habitâ* rationibus Mathematicis Lunæ potestatem evincit movendi maria. *Lunæ* namque radios in opposita cæli parte ita coire, ut ex illa non minus mare pellatur §. 3. unde dum *Luna* ex oppositis punctis Semith & Nadir mare pellat & minuat, iis quibus vel oriatur vel occidat, mare relabi. §. 4. Inprimis verò *THEODOR. MORETUS Soc. Jes. & Prof. Matheseos Archimedeâ* Scientiâ instructissimus, in erudito *de æstu Maris Tract. c. 4. § 55. Lunam* motricem *maris æstuum* facit, quia

1. §. 56. Intervalla Æstuum marinorum ex adverso adæquatè respondeant intervallis motuum Lunæ.

2. §. 57. Si quid anticipationem, aut postpositionē æstuum faciat, id fieri à Ventis, sive contrariis, sive faventibus.

3. Quia æstus marini menstrui majores, quando Luna suo lumine potentius agit in nostrum globum terra-aqueum in Novilunio & plenilunio.

4. §. 59. Quia *Luna* agit in omnia sublunaria, præsertim viventia. Et quamvis, censente *eod. cap. 7.* non elevet æstus maris vi

fermẽtatrice; fieri id tamen virtûte *Lunæ* luminosâ & Magneticâ *cap. 9. §. 103.* namq; ut inquit *§. 115.* quando maris tumor solito est major, etiam alterna depressio est solito profundior, quod signo est, Æstus moveri magneticè.

Lunæ vis in motu fluviorum.

§. III 2. In *Fluviis*, reliquisque quibusdam *Fontibus lunæ* se prodit virtus. In Comitatu Saros *in Hungaria* ad Eperiensis fines *fontis* Natura singularis, ut *crescente lunâ* augeatur, *deficiente* minuatur, atque adeò *in interlunio* prorsus deficere dicatur tanto omnium consensu, ut *WERNHER.* Arcis Saros Præfecto, qui hæc de *Admir. Hung. aquis p. 73.* annotavit, ne libuerit quidem, an hæc ita se habeant, explorare. De *fonte Westphaliæ* 4. leucis distante à pago Altenbecken, ubi in arenularum tumulo aqua interdiu bis erumpit illam superficiem inundans, rursusque decrescit, *Kircher. Mund. subt. l. V. s. 4. c. 4. f. 282.* ubi quoque de fluxu, & refluxu *Timavi fluvii*, de *fonte in agro Pictaviensi* juxta pagum de la Gonnedenurè, *de alio* propè civitatem Saumur ad ripas Ligeris in pago vulgo de Varins *l. a.* Mirum contra, *in Regno Cambajæ deficiente lunâ fontes* excrescere, *plenâ lunâ* minui contra naturalem motum. *LUD. BARTHEMA. l. I. Itiner. Ind. c. 1.* cujus difficilis ratio est.

causam fortè dari posse censet *MAJOL.Colloq. 13. p. 469.* quòd plena lunâ aquæ intra terræ viscera aliò à majori spiritu retrahantur, deficiente verò non retrahantur.

§. IV. 3. *Luna* vires exserit *in lapidibus*, præcipuè in *selenite* lapide, qui licet durus ac solidus, tamen crescit, & decrescit, *crescente & decrescente lunâ. JONSTON. Admirand. l. 4. c. 16.* qualis gemma Leonis X. Pontif. quâ nil mirabilius censet P. *SERVIUS in de Nat. Artisque mir.* quæ *lunæ* colorem lumenque æmulata albescebat, & splendescebat *crescente lunâ*, *senescente* obscurabatur. Lunæ vis in Lapidibus.

§. V. 4. *Lunæ* mira vis in *vegetabilibus & plantis.* Ut enim *plantæ* quædam ad Solis motum se dirigunt, *Heliotropia* inde dicta, qualia Tragopogon, Chamæleon, Chrysanthemum, Lupinus, Cichorium, Tulipæ, Lilium Persicum, Anemones, Convolvulus, Cyclamen, Scorpiurus, Caltha, Planta in insulâ Philippinâ Quilola Mindanao, de quibus *KIRCHER. de Art. Magnet. p. 642.* item Lotus diebus serenis & nubilatis Solem sequens. *RATTRAY de Symp. p. 28.* Quanquam *LAURENBERG. Horticult. l. I. c. 5. n. 7. p. 67.* disquirat, an Heliotropia Cœlo nubiloso horas ostendant, cùm non tàm ob singularem harum plantarum cum Lunæ vis in vegetabilibus.

Sole consensum sese moveant, sed quò
quo profundius Sol intra Horizontem de-
scendat, eo magis hæ plantæ langvescant,
& quoquo magis redeundo solis splendora-
scendat, vegetiores reddantur, certissimo
indicio copioso frigido humore illas abun-
dare) sic dantur etiam *Plantæ lunares*, q
tristantur quasi Sole præsente, qualis Ir
Viola Peruviana, arbor tristis (de quâ *NIE-
RENB. l. XVI. H. N. c. 19. LAURENB. l.*
c. 6. p. 163. SCHOTT. l. V. Phys. Cur. c.
Syntagm. 4) aliæque plantæ lunares, à *KIR-
CHER. de Magnet. p. 650.* variis descriptio-
nibus exhibitæ. Ut frustrà *SCALIG. Ex.*
170. §. 2. familiares Lunæ flores irridet
Græcorum vanitates appellans, quorum
flores cum lunâ colloquantur. Nam &
omnia bulbosa inter herbas & cucumera
lunæ incrementum & decrementũ servant
accrescendo & decrescendo. *RATTRAI*
Symp. p. 28. sola cæpâ exceptâ, quæ crescente
lunâ decrescit. *ib. p. 26* Unde & Sacerdotes
Ægyptii ajunt apud *AGELL. l. XX. c. 7. Pelu-*
siotas cœpas non edere, quia solum ole-
rum omnium contra *lunæ* aucta atque di-
mna vices minuendi & augendi habeant
contrarias. Observatur Herbarum vig
fructuum pomorumque tumor & succulen-
tia, & alia innumera in Noviluniis & ple-
niluniis

nilunniis, *inquit MORET. de Æst. Mar.* §. 59. p. 23.

§. VI. 5. *In Animalibus lunæ Phases* quoque conspicuæ. Quas non mutationes in ipso *Homine luna* parit? Præter *lunæ effectus*, in prægnantibus à *PLUTARCH. sympos. l.3. qu. 10.* recensitos, *in lunaticis*, de quibus *GUILIELM. ADER. in de Morbis in Evangelio c. IV. p. 22.* ipsa Praxis medica attestatur, Epilepticos *plenilunio* magis torqueri; *LIBAV. T.3. Sing. l. 3. c.18.* Caput gravari humoribus à somno sub lunæ radiis; Maniacos furores cum Lunâ crescere & mutari. De Juvene Halæ in Tyroli recenset *STENGEL. de Monstr. c. 5. §. 6. p. 174.* Patre Judæo nato, Bonaquisto nomine, cui *crescente lunâ* quoddam Taurinum excrevit Caput non sine cornibus, *decrescente* autem detumuit, ut foras prodiret Zonâ arctiore: non minus ac in Juvene Ingolstadii, cui semper luna auctiore altera maxillarum atque labra oris in immensum tumuerunt, *lunâ* autem *lumen amittente*, rediisse clementiorem formam. *Cerebrum* ipsum humanum in morbidis post *quadraturas cum luna augetur* & Catarrhis aggravatur, rursus verba sunt *MORETI de Æst. Mar. c. 4. §. 59. p. 22.* Vidi, pergit, Hominem, cui pars Cranii exemta erat ob vulnus, & lami-

Lunæ vis in animalibus & in homine.

na argētea Emplastro superinducto firma… defendebat piam Matrem ab incurrentib… injuriis, animadverti cum peritissimis Me… dicis & Chirurgis Incrementa cerebri tan… ta, ut *luna nova* ac *plena* protuberaret La… mina amota, & luna *quadrata* dehisceret, quod & in tribus recentissimæ memori… vulneratis meis & aliorum fidelibus ocul… habeo exploratum.

In animalibus terrestribus.

§. VII. *In Animalibus terrestribus luna* efficit, ut filamenta hepatis *glirium* ad nor… mam *Lunæ* luminis crescant & decrescant. *PLIN. l. XI. c. 37.* & *LUCILIUS* apud *AGELL.* *l. 20. c. 7.*

Luna alit Ostrea, & implet Echinos, muri…
bus fibras,
Et pecu addit fibras. -- -- --

Ubi *MOSELLAN. in Not. p. 732.* Echinos … *Plinio cancros* putat vocari, cùm tamen alib… *l. 9. c. 31.* idem genus *à Cancris* distingvat, … pore quod pedibꝰ careat, quorū loco spinas habeat, ut sit ei ingredi, in orbem volutari. Sic oculi *felium* mutantur *ad Lunam*, de quo *NIERENB. l. I. c. 3. Ælurus* gemino lumine diei progressum ostendit, ritu solari protenduntur diluculo, meridie componuntur in perfectum orbem, sub noctem obscuritate hebescunt, iidem cum *Luna* crescunt & decrescunt. *Pelles Zobellinæ* porrectis *Luna crescente* rigescunt crinibus, *decrescente* concidunt

tidunt & langvescunt. *KECKERM. Disput. Physs.3. Corall.2. Corium Lupi* marini s. *Phocæ Luna* radiis expositum monstrat, pilos hujus Animalis ad *Incrementum Lunæ* surrigi, & quod ampliùs, fluxus & refluxus maris leges perfectè servare: *Gonzales Fernandus d' Oviedo in Hist. Univ. Americ. l. 13. cap. 6.* nec non *Olaus M. l. 6. Sept. Hist. c. 6. Lepores crescente Lunâ* ita dicuntur dormiscere somno gravatos, ut neque in foveis, neque in campis ullis latratibus excitari possint, & impelli in cursum aut retia. Inde venatores sæpè *in interluniis* vacuos prædâ rediisse observatum, quod *Luna dormiens* sopiret in foveis timidum gregem, & Cerebrum impleret humoribus somnolentis, quod ipsum etiam darent *plenilunia* Leporibus, nisi Lux nocturna invitaret pavidos ad securiorem pabulationem nocturnam.

§. VIII. 7. *In Aquatilibus & humidis* humidæ *Lunæ* singulare quoque dominium est. *Physam* sive *Orbem* crescere & decrescere cum luce lunari asserit *RATTRAY pag. 31. de Symp. Conchylia Lunâ decrescente* inania sunt, *in plenitudine* prægnantia: ita Galeni verba citat *MERCURIAL. de Morbo Mul. l. 4. c. 1. f. 258. & HORAT. l. 2. Sat. 4 v. 30.*

Lunæ vis in aquatilibus & cancris.

Lubrica nascentes *implent* Conchylia Lunæ.

De iisdem *MANILIUS l. 2. Astronom.*

Sic submersa fretis Concharum *& carcere clausa*

Ad Lunæ *motum variant Animalia Corpus.*

Calculum adjicit *PLIN. l. 2. c. 41.* observatum, lunari potestate *Ostreorum*, *Conchyliorum* & *Concharum* omnia corpora augeri, ac rursus minui. *Idem* cum Experientia asserunt *OPPIAN. l. 5. Hal. v. 589. seq. ISIDOR. l. 12. Orig. c. 6. & EZLERUS Isagog. Phys. Mag. Med. c. 7. de Animal. Lunatic. p. 161* ... itaque *Testaceis*, *sic & crustaceis* (*Gammaris*que nostris) proprium est, ad *decrescentem Lunam*, ut exinanitate & exilitate corporis laborent. *ÆLIAN. l. 9. H. Anim. 6.* Quare, & *Cancri* Autumno & vere pingvescunt, & plenilunio magis, quod *Teste PLIN. l. 9. c.* ... Sidus tepido fulgore mitificet. Propter hanc *Gammarorum mutationem* ad Lunam *Auli*cis eos comparat in *Emblem. Cent. IV. Embl. 51. p. 52. Joachimus CAMERAR.* canens

Crescente adcresco Lunâ, decresco minuta,

Aula num melius pingitur effigies.

Cur cancri mutentur ad Lunam.

§. IX. De hac *Cancrorum mutatione* ad *Lunam* laudatissimus *Theodor. MORETUS* in *de Æstu Mar. cap. 4. §. 59.* Omnia propè sublunaria, præsertim quæ vitam sortita sunt, humoribus augentur & intumescunt Luna

Luna ad plenilunium, & præsertim simul ad meridianum accedente: unde caro *Ostreorum*, *Cancrorum*, & omnium *Conchyliorum*, quin & ossium medulla post *quadraturas cum Lunâ* augetur. Intumescunt autem hæc, non quod Lunâ humores rarefiant semper, & rarefacti intumescant, & turgeant, ut olla lactis igni superposita, sed quod ea, quæ tumida ante erant, accersitis novis humoribus & evocatis augeantur, & mole crescant, ut *luna* non vanidum Symbolum, sed verè Mater generationum & earum obstetrix: nam cùm generatio in viventibus, & accretio & nutritio, & augmentatio humore peragatur, cui favet *luna*; inde *luna* dicta est lucina, quia partum fovet. De *cancrorum mutatione* quoque consensum præbet *SPERLING. Zool. Phys. p. 433. decrescente lunâ* decrescit caro *Gammarorum*; Dominâ enim humorum vigente vigent humores, succumbente succumbunt.

§. X. *Sunt* tamen *quidam*, qui *cancros* & reliqua *crustacea*, non ex motu *lunæ*, sed aliis de causis minui, & augeri statuant, quorum coryphæus *JOH. PICUS MIRANDULÆ Princeps*, qui *lib. 3. contra Astrolog. c. 6. & c. 14.* pluribus deducit, cur *Gammari* diversimodè crescant decrescantque. Nam sic ait *c. VI. f. 315.* Ex lunaribus incremen- An ob alias præter Lunam causas.

tis

tis Echini & alia viventia fiunt plena, ... aliam ob causam, quam quod, utpote ... guine carentia, fœta lunæ lumine uberiori ... sicuti vitalius incalescant, finde meli... concoquant, unde necessario succulentior ... & habitiora fiunt. Non humefacit lu... quia frigida & humida: nam talis hu... tas crescit luna decrescente; sed quia ... briter & vivificè calida, quando sub ... luminis illius illa fiunt corpora humidior... & robustiora, nec aliter humidiora, ... vi caloris, & altricem vim adjuvantis ... quod illi est proprium, evocantis humor... ab intimis ad extrema. *Job. AUBERT...* *Progymnasm. in Fernel. de Abdit. Caus.* ... *p. 62.* postquam retulisset, *Crustacea* & ... *cea* Animalia *lunâ plenâ* pleniora esse ... ipsâ silente *lunâ* videri vacua, de quo ne... ambigere possit, quod res ipsa loquatur ... *subjungit*: quomodo hoc fiat, con... santur multi. Nonnulli id fieri existim... quod per *plenilunii* tempus, quod q... noctu lucidius est, hæc Animalia splen... *lunæ* ac luce illuminatâ, liberius copio... que pascantur, adde quod tunc suos Ho... probè perspectos fugere, & utilia ad vi... suam necessaria persequi tutius possint, ... de pleniora pleno alimento aucta r... Concludit tandem dictus *AUBERTUS*, ...

...tius pleniora fieri, quod tunc noctes propter *lunæ* plenam lucem tepidiores, unde calorem efflagitant hæc exſangvia Animalia *cruſtacea*, quoniam frigori patent, & æſtate, eâdem de causâ, propter calorem vigent. Pòſt *idem Author* probat, plenam lunam calefacere. Unde pòſt *infert*, ſingulis pleniluniis *cancros*, *Gammaros*, & teſtacea *pleniora eſſe*, non quòd ipſis majorem aliquam tùm *luna* ſuppeditet (nihil enim corporibus, in quæ agit, de ſuâ ſubſtantiâ tribuere) ſed quod exſangvium Animalium crudos humores ſuo tepore concoquat, perficiatque, cùm *cruſtata* & teſtacea ab aqua ſuum duntaxat ſumant alimentum. In quo poſteriore membro recedendum ab *Auberto*, ſiquidem non ſolùm aquâ nutriuntur, ſed maximè pamphagos eſſe *cap. XXIV.* oſtendetur.

§. XI. Novus tamen exurgit ſcopulus, *cancros* ad *lunam plenam* augeri, cùm ii, qui in *Indias* Orientales navigarunt, *contrarium* invenerint, *cancros* ſcilicet *marinos* plenos eſſe, ſuccoque dulci turgere, cùm *luna* partitur; contrà verò vacuos, cùm eſt *plena*, ſecus, quàm in Europâ fit, notante *ALDROVANDO de Exſangv. l. 2. c. 17.* Poſt Aldrovandum eandem inſignem Naturæ in cancris inſolentiam obſervavit quoque *NIEREN-*

Diverſa Natura Indiæ cancrorum, qui diverſo modo mutantur.

RENBERG. l. XI. c. 17. Hist. peregr. Orie- tem quidem nutrire maximos *cancros*, lic- insuaves palato, qui tamen non, ut apu- nos, *sub plenilunium* vegetissimi & carn- sissimi sint, verùm contrà *sub plenilunium* macri, *sub novilunium* pleni & carnosi. [...] de aliâ mirâ specie in Hispaniolâ, *Xayba* n- mine, *Idem NIERENBERG. l. XI. c. 12.* iste *cancros lunâ decrescente* esse sapidiores.

Inquiritur in causam diversitatis.

§. XII. Hæc movere *ISACUM VOSSIUM* [...] ut in *de motu Maris & Ventor. c. 16. p.* [...] asserere audeat, non *esse lunam*, aut ejus e- fectum, qui tumorem & pingvedine- ostreis, testaceis & *crustaceis*, ut cum *Lu-* crescant, & decrescant, concilet; sed po- tius provenire *à maris æstu.* In multis Indi- locis, *inquit*, uti ad Cambajam, Bengalam [...] Javam Insulam, & alibi *in novilunio & ple- nilunio* inania sunt pleraque testacea, refe- rentibus id ipsum plurimis oculatis Testi- bus; eadem verò plena sunt in *quadratur-* nempè in prædictis oris nullus comparet æstus, quando *Luna* vel est *nova*, vel *plena* sed demùm 4. aut 5. diebus serius, prout ta- dius citiusve ad ea loca accedit Oceanus. Itaque in sinu Cambajensi & Peguano, cum *Luna* se quadro Aspectu videndam præbet maximè tument maria, eademque subsidere *Lunâ vel plenâ, vel novâ*: unde apparet, non *Lun-*

Lunæ aspectu, sed Adventu æstus saginari ostrea & *crustacea*. Illis etenim non perin- de esse, quo potu inebrientur: respuunt haustus aquæ mortuæ, & jam situ squallen- tis, adventante vero pleno æstu & aquis è medio Oceano affluentibus, totos expan- dunt sinus, donec genitali pastu ad satieta- tem usque reficiantur. Idem hoc *VOSSIUS* experimento probare conatur: si Aquam vivam, *inquit*, captivorum *Cancrorum* & Ostrearum gregibus dederis, prorogabis vi- tam ad plurimos dies; at si stagnante litto- re, & jam labe aliquâ infecta aquam, ut vo- cant, mortuam, iis affuderis, aspérnantur hanc, & tanquam per salivam excernunt, brevique tabescunt. *Hactenus VOSSIUS.*

Itaque ut & hunc nodum Gordium vide- rem solutum, *Ingeniosissimi MORETI* Ma- cariam Alexandrinam expetii *litteris*, qui in *responsoriis* hæc *subjungit:* Dubitantē video, an *hæc de Cancrorum augmento*, an Nieren- bergianæ assentiendum sit? Certè *Nieren- bergius* ipse vix sibi assentitur, cùm fateatur, rem alibi inusitatam se narrare: Monstri er- go hujus *Cancrini* causam non facilè asse- quetur, nisi omnes loci circumstantias ha- beamus perspectas. Forsan enim aquarum impuratarum est eâ in Regione in pleniluniis affluxus, quas *Cancri* isti oderint, ut recusent se

ſe moto tali luto immergere, aut quid al
conſideranti locum occurreret. Nec
ter *Cancros* forſan minor eſt comple
num diverſitas, quàm inter Homines.
rum non alii lætisſimi ſunt tempore plu
etſi plerique alii cum ſerenitate auræ
ſereni capite. Ego, *pergit idem MORET*
multis Annis ab ipsâ usque Adoleſc
ſingulis propemodum *Interluniis* hem
nicus fui per horas 24. alios affligit *Lu*
plena, alios *quadraturæ*, quorum cauſa
interiore humorum abundantium, aut
ficientium, nì fallor, petenda eſt; quem
modum & illud, quòd quidam morbi
qui extingvant infirmum, Lunâ ad Mer
anum aſcendente, alii, qui recedente.
unum fateor, me in Experientiis, quæ ad
cuntur, præſertim ſi curſui communi N
ræ non conſonent, non facilè credere a
nis oculis, & vix ipſe meis, niſi attentisſi
Hæc MORETUS. Cui plenus in eo aſſen
præbendus, varietatem & Circumſtan
ejusdem Loci variare augmenta *cancro*
ut pauſò ſuprà ex *Barthemæ Itin.*
l. I. c. 1. recenſitum fuit, in eodem R
Cambajæ fontes, *deficiente Lunâ* creſc
plenâ Lunâ minui contra naturalem alii
Regionibus motum.

§. X

§. XIII. Varia quoque *Crustatorum* ex parte *marinorum* & *fluviatilium* Natura, ideoque ut licet Æstus marinus aliquam mutationem *marinis* circa *lunæ* Phases, constitutionemque diversam afferat, *cancris* tamen *fluviatilibus*, qui nullum æstum sentiunt, â lunæ plenæ tepore potius, ut ante dictum, quàm aliis de causis plenitudinem accedere, statuendum erit. Unde cancris fluviatilibus augmentum?

CAPUT XXIII.
DE GAMMARORUM & CANCRORUM ætate.

§. I.

Cancris ætatem longam assignat *PLIN. l. 9. c. 31.* & privatim id de locustis asserit *ARIST. l. 5. Hist. An. c. 17.* Animalium ætates longæ.

Apud Zoologos decantatur passim *cornicum ætas*. Ita enim de iisdem *HESIODIS* ex interpretatione *AUSONII IDYLL.* ... *p. 1. seq.* Cornicis.

Ter binos deciesque novem superexit in Annos,
Justa senescentum quos implet vita virorum,

 Hos

Hos novies superet vivendo garrula Cor-
nix,
Et quater egreditur Cornicis secula Cer-
vus,
Alipedem Cervum ter vincit Corvus. ...

Unde & *HORAT. IV. 13, 25.* Lycen annis vetulæ *Cornicis* temporibus parem dixit, ... *OPPIAN. l. 3. Cyn.* Cornices πολυζώας ... ρώνας vocat. Cervus quater cornicum ætates æquat, affirmante *OPPIAN. Cyn.* 2. 291. *seq.* Unde, computante *RITTERSHUS.* ... *Com. p. 65.* Cervus vivit 36. ætates humanas, cùm novem ætates Cornix. Decantata à *JUVEN. S. 14.* Cervina senectus, & *PLIN.* *l. 8. c. 32.* de *Cervo* ab Alex. M. torque donato post centesimum Annum capto *SOLIN.* *c. 21.* qui nullum senii indicium præ se tulit; & *de alio* à Carolo VII. Gall. R. Sylvanecti capto cum torque: hoc me Cæsar donavit. *Alex. GUAGNIN. l. 9. Hist. Gall.* Imm. *SCHOTTUS l. 8. c. 23. Phys. Cur. p. 988.* ... firmat, si cum *cervo* nascente quercus in Sylvâ enascantur, eam præ vetustate collabi ac computrescere, vivo etiamnum *Cervo*, ... putridum ejus truncum ungulis dissipante.

Cervi.

De *Elephantorum* vivacitate narrat *PLIN. l. 8. c. 10. ARIST. 8. H. An. 9. & l.* ... *c. 46. NONNUS l. 26. Dionys.* quòd 200. ... 300. Annos vivant, &, ut vult *OPPIAN.* *Cyn.*

...in. 2. v. 550. quòd instar Cygni instante ...orte Julemum, sive cantionem funeralem ...stituant.

§ II. Quare cum *Animalia* diuturnioris ...itæ sint præ Hominibus, non immeritò ...assim ob hanc prærogativam Authorum ...uerelæ. Omnium loco sit *VIRGIL.* (si is ...uthor Elegiæ *in Mæcenatis Obitum v.* ...3. *seq.*) Homo brevioris vitæ.

Redditur Arboribus florens revirentibus ætas,
Ergò non Homini, quod fuit ante, redit?
Vivacesque magis cervos decet esse pavente.,
Si quorum in torvâ cornua fronte rigent?
Vivere Cornices *multos dicuntur in Annos,*
Cur nos angustâ conditione sumus?

§. III. Verissimum quidem, olim *Patri*...rchas antediluvianos plures Annorum ...ntitias præ nobis attigisse; nullus tamen ...orum millesimum attigit Annum, mystico ...ræ sensu, ne videretur diem vixisse, cùm ...ud DEUM mille Anni sint instar unius ...iei. *Memoratu* etiam dignum, quòd cùm ...psorum ætas ante diluvium pervenerit ad 900. Annos, statim post diluvium, tertia ...orum istorum pars decesserit, nec 600. Antiquorum vivacitas.

Annos excesserit, demta pòst $\frac{1}{2}$ à 900 450. numerum Anni coarctati, porrò 960. $\frac{1}{8}$ part. Moses 120. attigit Ann postquam de 960. ad $1\frac{1}{2}$ ad 70. vel 80 tem Annos humana devoluta fuit Longæva itaque antediluvianorum reipsâ non, ut quidam volunt, Annum triarcharum lunarem saltem, sive Ægy um Annum fuisse, spatium scilicet 36. rum, cujus opinionis absurditatem dem strat Multiscius *JONSTON. de Const Nat. T. H. 5. Art. 1. p. 42.* & *Casp. DORN VIUS in Methusalâ vivace s. de Caus. long vit. Patrum. primigen. p. m. 7.* In pr quidem etiam maximè longævorum mentio, utpote, qui ad 500. 600. 900. mò mille Annos pervenerint; sed, ut re censet *PLIN. l. 7. c. 48.* inscitia Annorum hæc computatio facta fuit, cùm alii ann æstate unum, alterum hyeme determi rint, alii quadripartitis temporibus, Arcades; alii lunæ senio, ut Ægyptii, quâ varia Persarum, Ægyptiorum, bum, Ebræorum &c. Annorum ratio consuli poterit *JOH. L ALAMANNUS prio Libello.* Immò hæc diversa diversor Populorum Annorum computatio no minima causa fuit, ut *ISACUS PAYRER* Gal

Error interdum ob computationem falsam.

In Præ-Adamitis.

Gallus nostro seculo in eum Errorem devolutus fuerit, ut *Præ Adamitas* fuisse finxerit, cujus facti licet ipsum post pœnituerit, edita 1657. Franc. ad Mœn. Epistola revocatoria; tamen & à *D. DANHAUERO, D. MICRÆLIO, Joh. Henr. URSINO, Antonio HULSIO, Joh. PYTHIO, Eusebio ROMANO* aliisque oppugnatoribus exactiorem Annorum computum discere coactus fuit.

§. IV. *Causæ, cur* recentis seculi Homines diutius vixerint, variæ afferuntur, potiores earum recenset *Læl. BISCIOLA Tom. 2. Adv. l. 13. c. 3.* & *Casp. DORNAVIUS in Methusalâ vivace p. 12. & seq.* aliique: quarum, Cur Antiqui vivaciores.

1. *Philosophica ratio*; Antiquis quod concessa fuerit longævitas, ut eâ diuturnitate juvarentur ad plurimarum rerum sapientiam experientiâ colligendam & comparandam, cum pauco temporis impendio tot artes inveniri & excoli non potuissent, immò necessaria longævitas ad Ecclesiam colligendam, Respubl. firmandas, familias dispensandas. Quæ ratio tamen non arridet Clar. *Joh. VESLINGIO, qui Epist. 14. ad Gabr. Naudæum p. 87.* μακροβιότητα in primis illis Mundi incolis, non ad absolutam Dei potestatem, sed naturalibus rebus potius fundatam fuisse. Quis enim crede- I. Ob addiscendas artes.

ret, *inquit*, ob Religionis & Artium cult… longævos fuisse, cum inventis suis in… pauca secula perituri, cum ἀφιλάγαθοι… νήμεεςοι, ἄσπονδοι justa Numinis vindicta… lerentur.

2. Ob temperamentum perfectius.

2. Quod *primis* Hominibus perfecti… *Corporis Temperatura* à DEO indita, non quidem, quòd Adam Gigas fuerit, & omn… primi Homines procerioris staturæ præh… diernis, ex mente *JUVEN. Sat, 15.*

Nam genus hoc vivo jam decrescebat …
mero,
Terra malos Homin's nunc educat atque
pusillos.

Sed intelligendum de totâ primævorum… *temperaturâ*, quæ purior atque sincerior… purgatissimi spermatis in magis prop… quos Liberos, Nepotes, cæterosq; derivab… tur, quàm in eos, qui ab eis, tanquam ram… ex radice, remotiores abessent; inde eorum… caro solidior, quod ex puriore semine. Cre… dibile, *ait VESLING. l. 4.* primos Orbis in… colas perfectioris seminis progeniem fuisse… quippe quod nondum per tot traduc… morborum atrocitas vitiare potuit, qu… rum in infelicem sobolem nimis sæpè cla… indicia expetunt.

3. Ob rerum vicissitudinem.

3. Ut omnium rerum initium & Juve… tus, sic & vitæ tandem Senectutem & in… nati…

...tionem in hujus Orbis complexu esse, & ...ut VESLING l. a. p 87. sacro probat dicto, vestimenti instar omnia inveterascere, non quidem repentè, sed lento passu res creatas ad metam suam fatalem illam viam insistere, idque Zodiaci mutatione adducto exemplo probat, contra JONSTON. de Constant. Nat. Propos. II p. 14. asserentis, mundum ...tione cœli non labi in deterius, aut inclinari.

4. Præstans *Alimenti* proprietas ac Naturæ congruentis humori calore, consumti restaurando ac reponendo, cum nulla ante diluvium terræ afflictiones, terræ concussiones, quæ vim ejus eximiam ad stirpes, fruges, &c. progignẽdas debilitassent, unde ob hanc terræ afflictionem post diluvium multi opinati sunt, Noæ Carnium esum, utpote solidiorem concessum fuisse Cibum. *V.* Petr. *CASTELLAN. de Esu Carn. l. I. c. 1. p.* 7. cùm carnes præ cæteris præstent plurimum alimentum. *Ibid. c. 2. p. 12 seq.* 4. Ob alimentum.

5. *Modestissima victus ratio Antiquorum,* non solùm propter olera saltem comesta (hæc enim vitam prolongare haut potuisse adstruere conatur *Gabr. NAUDÆUS* Eminentiss. Card. Mazarini Bibliothecarius *in discurs. An vita Homin. hodie quàm olim brevior?* ad *Joseph. Mariam Suaresium Vasionensem* 5. Ob temperantiam in cibis.

venſem Epiſcopum p. m. 32.) ſed quòd ſi-
plex, & parcus ipſis cibus, unde nec de-
tentabat vires, nec vitiabat luxuria.
quam alia rerum facies vel *SENECÆ* ſec-
qui ſapienter *Ep. 114. exclamat* : aſpice c-
nas noſtras, & concurſantes coquos
ſtros inter tot ignes. Unum videre p-
ventrem, cui tanto tumultu compara-
cibus. Rectè quoque *SENECA Rhetor. l.*
Contr. in Procem. quicquid avium vol-
quicquid piſcium natat, quicquid feraru-
diſcurrit, noſtris ſepelitur ventribus, q-
nunc ſubitò moriamur? mortibus vivim-

6. Ob temperantiam in Venere.

6. *Acceſſit* vitæ longævitati abſtinen-
à præcoce complexu fœminarũ, quam c-
ſam roboris Germanici aſſignat *TACIT.*
M. Germ. c. 20. §. 4. ſera Juvenum Ven-
de iisdem quoque *STRABO l. 15. CÆS.*
de bell. Gall. l. 6. c. 21. & *KIRCHMAIE*
Not. in Tacit. l. c. 20. p. 285.

7. Ob notitiam rerum aſſumendarum.

7. Profuit primævis omnibus num-
cognita & *abſoluta ſcientia rerum*, quæ n-
cerent, quæ juvarent. Nunc animalia
mnia noſcunt ſibi ſalutaria præter Ho-
nem, *PLIN. l. 27. c. 3.* quamvis plurima H-
mo hodie noſcat, non tamen obſervat p-
pter mala exempla. V. *NEANDER* Th-
colog. p. 57. 58.

8. 15

8. Inhabitarunt Patriarchæ *clima temperatissimum*, & quidem Adam ejusque posteri non longe à Paradiso. 8. Ob clima temperatum.

9. *Astronomicam* rationem adducit GALEOT. MARTIUS *de Doctr. promisc. c. 34.* Planetas pro numero finium, numerum Annorum largiri. ☉m 120. Lunam 108. &c. Annos. 9. Ob rationem Astronomicam.

10. *Theologicam* denique proponit NIERENB. *l. 4. c. 34.* Providentiæ divinæ imputandum vitæ humanæ brevitatem, ut vicinia mortis eos compesceret à peccando. 10. Theologica ratio.

§. V. Hæ sunt potissimæ, quæ adducuntur prioris *longævitatis causæ*. Licet ergò rariora nostris seculis *Longævitatis Exempla*, (unde NAUPÆUS *in Pent. Quæst. Jatrophilolog. Quæst. 2.* & JONSTON. *in de Constant. Nat. Propos. 5. Artic. p 38.* opinantur, nec omnes primævos singulosque tàm diuturnæ vitæ terminos attigisse) quædam tamen passim *adhuc hodie invenire licet*, quæ seculum, hoc est, centum Annorum spatium transeant. De longævis nostro seculo exempla apud LANGIUM *l. I. Ep. 79.* TH. BARTHOLIN. *Cent. V. Hist. 28.* KORNMANN. *de Miracul. vivor. p. 234. seq.* Narrat Elias *Herckmannus* apud MARGGRAV. *Hist. Brasil. l. 8. c. 13.* apud Tapuyias Brasiliæ Populos inveniri senes, qui attingant An- Quidam Recentiorum longævi.

nos 150. 160. immò 200. ita ut illos in F[...] maccis gestare opus sit. De *Anglo Tho[...] Parrè* Salopiâ Ao. 1635. mortuo ætatis [...]

Observatio 152. relatio *in Theatr. Europæi Tom. 3. fol.*[...] & ne peregrina saltem adducantur exe[...] pla, bonâ fide attestari possum, ante 20. [...] Annos *in Patriâ Vratislaviæ urbe* Sene[...] qui salinis venditionibus operam locâta[...] demortuum publica è suggestu Templi p[...] clamatione attestatum fuisse, ipsum *CXI*[...] annos superasse: non minus ante bienni[...] fœmina, Zythopolæ cujusdam mater, m[...] tua, quæ *CIII.* attigerit, & adhuc *Ola*[...] sub ditione Illustris. Principis Ligio-Breg[...] gensis CHRISTIANI, nobilis quædam [...] dna vivit, quæ *CIII.* absolvit annum, cu[...] nati, nepotes, abneptes serio mihi verita[...] attestati sunt.

An vita humana prolongari possit?

§. VI. *An verò arte vita humana pro[...] possit* ad longiores terminos, nova sese [...] ferret indagatio. Fuere qui cum *Ægyp*[...] Philosopho nugati, per artem vitæ temp[...] ad perpetuitatem posse pertrahi, de q[...] *GALEN. l. VI. de Salubr.* Sunt ex Chym[...] quidam, qui id præstare posse glorien[...] non secus ac Chinenses, apud quos, teste [...] *Christoph. ARNOLDO observat. ad ROGE*[...] *de Relig. Ethnic. c. XII. p. 710.* præcipua [...] cta *Laozu*, quæ, quod remediorum op[...] immor[...]

immortalitatem polliceatur, ab iis maximo habetur in pretio. Sed acutisſimus Philoſophus *RENATVS CARTESIUS* inſtabile argumentum præbet, ut credatur ad centeſimum annum poſſe aſcendi. Is etenim cum ante aliquot annos in Svecia, coram Regina Chriſtina, auſus fuiſſet oſtendere, ultra 100. annos quomodo vita prolongari poſſet, ipſe non centum horas ſupervivens triduo à diſſertatione habita elapſo, proprii præcepti immemor, obiit.

§. VII. *Homini* igitur vitæ licet termini anguſtioribus quam olim plerumque circumſcripti cancellis, *Brutis* tamen & *animalibus negat coarctatos fuiſſe vitæ* limites *NIERENBERG. l. IV. c. 34.* nam ſi olim, *inquit*, ut hominum longævior fuiſſet, plus quam ad 10000. annorum protenderetur, ſi ſimili proportione ſuperaret noſtram; nam cum hominum vita hodie vix 90. attingit annum, ad 900. Coturnicis, proh. quanta brutorum fuiſſet, homines cùm nongenteſimum ſuperarent. — Animalibus non decreſcit ætas.

§. VIII. Redeamus denique ad *Gammaros noſtros*, mirari quis poſſet *cur cancris ætas longa ſit*, quia, cenſente *CARDAN.* apud *Scalig. Ex. CCIV. §. 2.* Animalia in aqua degentia ob humidum liquidius diu vivere nequeant? Sed *marinorum longævitas* — Cur cancri longævi.

cru-

cruſtatorum referri poſſet, quod nutrian eo, ex quo conſtant: nam ut vult *KI CHER. Itin. Ecſtat.* marinæ aquæ partic viſcoſiores concurrere ad carnem, craſ res & ſalis copia refertæ ad cruſtam con tuendam & plaſtica ſeminis vi figuram giante cancrorum, adeoque cum hæc *cru ſtacea* poſtea ſalina & balſamica nutrian aqua ipſorum naturæ analoga, haut mir ſi aliquot annorum luſtra egrediantur *Gammaris* verò *fluviatilibus* licet vita, com paratione cum marinis brevior, ſat long tamen, quod, ut conjectura aliquoties ſertum fuit, ſale centrali balſamico ſub hi mem veſcantur.

Si enim cervis tam longa annorum ries, quod ſerpentibus veſcantur (*BA HIN de Lap. Bez. c. VII. p. 35.*) *Sale centr* hieme nutritis, cur non & *Gammaris* vi longa immediatè hoc nutrimento re-ſtauratis.

CAPIT

Caput XXIV.

De Gammarorum Nutrimento.

§. I.

Transeundum nunc erit ad *Gammarorum Nutrimentum.* Perfecta animalia, sanguinea inde dicta, sanguine nutriri in confesso est, qui ex assumto cibo in Chylum ab ipsis conversus est. Imperfectiora tamen, quæ in suo genere perfecta sunt, exsanguia hinc dicta, licet HARVEIUS ut supra *cap. XI. §. 14.* dictum, corde aut analogo quodam cordi prædita affirmet, Sanguine tamen non nutriuntur, sed ut *ADRIAN. SPIGEL l. V. Anat. c. 11.* asserit, ichore nutriuntur, qui per carnes eorum partim canalium ope fertur, partim per inconspicuos meatus transmeat, non secus atque panni particula extrema madefacta aqua per reliquam partem penetrat. Æstate, dum liberè vagantur, pamphaga sunt & omnivora, adeoque & sarcophaga Animalia Gammari, & cancri, non minus ac serpentes latibulis prodeuntes. Cancri non nutriuntur sanguine.

§. II. Sunt qui *Astacos fluv.* etiam *Arenulis Auri* victitare credant, in quibus dam torrentibus & fluviis, ejusmodi aureæ mi- An cancri auri arenulis vescantur.

neræ

neræ corpuſculis imprægnatis, cum Gammarorum ſpecies ſit in Franconia fluvio Wiera, die Goldkrebſe/ ita dicti, q- fundant liquorem auro colore proxim accedentem, ſive quod aureus quaſi ſucc ſoluti butyri inſtar, è ♋. optime flaveſc tium quaſi cerebro deſtillet, ab Apitiis de expetitus, uti è Schvvinfurto atteſta eſt *Excell. Dn. D. Joh. Michael FEHR Col. Curioſ.* Nam & *auri nutrimentum Carpi bus* ſuis adjudicant Peſqueræ incolæ ad nacum lacum, eos puro auro veſci. Ide Lugdunenſes de piſcibus, quos *Houbl Emblons* nominant. Idem Lacus Bourg accolæ, de *piſcibus Lavarets*, quos perpe in foro piſcatorio Lugduni venales habe Idem Laudenſes in Mediolani Ducatu ja dant de piſce *thematulo* auri depaſtione ip pingveſieri. Sed revera, ut reliqui, ſic La denſes in hoc ſui nominis ſunt Lauden potius, quàm Veronenſes, & ſibimet ip Placentini.

An & alia animalia auro poſſint nutriri.

§. III. Nam fucos vendunt cum iisde quibus *Trutta*

Auratæ an auro veſcantur.

Purpureisque SALAR *ſtellatus tergori guttis*

(Salarem enim *Auſon. in moſell. Id. 10. v.* DUBRAV. *de Piſcin. l. V. c. 10. p. 147.* cu trutta eandem conſtituit) *Auro dicitur*

Aurata inde dici, imo quod mireris, asserere audent, truttas istas mirandos & perfectissimos Chymicos agere, ut frigidâ & phlegmaticâ corporis constitutione Aurum (quod tamen peritissimorum artificum saepe conatus eludit) dissolvant, in propriam substantiam convertant, & aureis scintillantibus punctis tergo inditis auri tincturam ab ipsis elaboratam fuisse demonstrare; quin & flavescentem carnem in truttis Salmonatis, Lachsforen / auri solutionem probare, quod in rivulis è montium virginibus limpidissimis & auri ramentis infectis solum auratæ degant. Sed ô Bavia Sabinorum somnia, & otiosorum deliria! Immo inventi paucis abhinc annis in superiore Silesia, Moraviæ ad limites, qui, quod auriferi rivuli auratis scateant, ex pisciculis istis detracta auratarum pelle tincturam Auri & cardiacum remedium sese elaboraturos magnatibus fidem dederint. Hactenus, qui id sine fuco præstitisset, nondum fuit inventus. Si veritati corresponderet, & reliqui pisces, & *cancri auro victitantes* dignissimi ut aureo extraherentur hamo, aut Neronis conchyliata rete, ne quid pompæ deesset. Sed ut rectè lapides metalla nutrire posse negando eleganter D. MOEBIUS *dijudicat in Physiol. pag. CLXIV*.

CLXIV. ſic nec auro piſces *cancrosque*, qu
conſente *FREITAG de Opio. c. IV.* nutri
non fit per partium nutrimenti non alte
appoſitionem, ſed per conversionem om
modam in ſubſtantiam nutriti, ut inde
queretur, auro nutrita intus deprehenſo
ro temporis progreſſu poſſe aurea fieri
ſtruthiocamelos totos ferreos.

Struthiocamelum ferrum devorare impugnatur.

§. IV. Recte enim σιδηρόπεψία ſ. fe
concoctio *ſtruthiocameli* hodie impug
tur, licet *PLIN. l. X. c.1.* miram huic avi t
buat naturam concoquendi ſine dele
vorata, immo *Scalig. Ex. CCXXX.* ferr
concoquere prædicet. Jam olim *ALEX*
DER APHRODISÆUS in præf. probl.
abſurdo habuit σιδηροφαγίαν *ſtruthion*
occultam avis hanc proprietatem non i
meritò alicui videri doctam ignoran
confesſionem; unde & *OPPIAN. cum l*
Cyn. v.482. ſtruthiocameli hiſtoriam rec
ſeat *RITTERSHUS. commen. p.123.* cre
pro fabula hoc habuisſe Oppianum ver
tis ſtudioſisſimum, quare ejus mentio
non fecerit. Atteſtatur *ALDROVAND.*
nithol. l. IX. c. 2. p.593. ſe obſervaſſe Tride
ferri fruſtula à Struthione deglutita,
quæ incocta rurſus excreverit, adeoque
riſimilior ſententia, quam *Job. LANG*
l. I. Ep.12. qui refert, à Struthione numis

horto Ducis Ferrariæ deglutita se vidisse immo & concoqui, quod prius concedit *VOSSIUS l. III. de Idolol. c. 80. p. 1160.* posterius pernegat. Evomunt namque rursus ferrū, attestāte *Henr. ab HEER*, qui dicit, sese Patavii & Venetiis Struthionibus experiundi gratia dedisse obolos, quos illi nec semi-granulo leviores, cum excrementis totidem numero, rediderint. Immo *Th. JORDANUM*, cum Tridenti Romæque *struthionibus* æreas monetas objiceret, Aviarii Præfecti rusticam vix effugisse, qui asseruit, ex earum deglutitione graves eos incurrere morbos. Experientissimus *HARVEI. de Gener. Anim. Ex. VII. p. 72. causam hujus fabulæ* deducit, in struthionibus non minus ac in Cassorare (Ave ex Indiæ or. Java advecta Struthionem æmulante, objecta quævis devorante) *HARV. Ex. V. p. 61.)* quod propter duplicem ventriculum, & propter dentium molarium absentiam Lapides & ferrum devorent, ut iis ceu lapidibus molaribus in ventriculo molere cibaria & pinsere possint, unde & cum sæpe diu in eorum ventriculis permanserint, à continuo eorum motu attrita & lævigata fieri, ut tanquam ciborum nutritioni inepta ejiciant; qua ratione ferrum, argentum & lapillos in ventriculo Struthionis & Cassorare attritos & prope-

modum consumtos se invenisse IDEM
attestatur.

In animalibus auri ramenta.

§. V. Sic concedendum, non raro
malium aliorum quorundam dissecti
in Ventriculis auri grana quidem inve
fuisse, ut de perdicibus refert ZACH
Puteo in clavi med. Spagyr. & ex eo Joh
rol. ROSENBERGIUS *in Rosa Ju*
cap. XXXIII. *p.* 93. in illis quæ capiunt
prope montes coronales Morlachiæ ju
civitatem Segnæ, ubi auriferæ mineræ,
in suis ventriculis auri puri tersissimi ac
pidissimi globulos granis chencritis p
miles, ab ipso Puteano eductos conti
rint; immo Mercatorem Herculem Ca
num in civitate fluminis S. Viti istorum
bulorum ultra ℥ß. collectam quantitat
habuisse: Sed credibile, grana illa à perdi
una cum plantarum granis devorata f
se, ob finem à Harvejo jam monstratum
reliquis digestis cibis cruda hæc reman

De Gallina VVendleriana.

Nec historia *Francisc.* WENDLERI,
dici Gorlic. *de Gallina aurea & argent*
philosophica, ut nutritio ex auro statuar
movere poterit, gallinam scilicet sole in
ingrediente Argenti foliis, sole verò L
nem ingresso auri foliis saginæ additis e
tritam post mactatam auri & argenti lin
ostendisse. Siquidem *Ex.* SENNERT.

...ns. & Dis. Gal. & Chym. c. XIX. p. 430. ...memorat, *WENDLERUM* quidem literis, ...um compellatus fuisset, factum affirmasse, ...ubare tamen nonnihil. Et fusius *IDEM* ...c. *SENNERTUS Ep. VII. Disquis. Epist.* ...*Nov. 1619. ad Döring. scripta* se explicat: ...id de gallina philosophica Wendleri ...tiendum sit, hæreo, optarem me ejus in ...fatione mea mentionem non fecisse. ...i nuper ejus periculum, & sole in can... versante integro mense folia argenti ...gihæ admiscui, sed nihil peculiare in Gal... ...a reperi, ideoque nuper D. Græsio ex Ita... ...reduci negotium dedisse, ut D. Wendle... ...m eo nomine alloqueretur, quod & fecit, ...ad me rescripsit, fassum esse D. Wendle... ...m, se iterum eandem rem tentasse, nec ...men idem deprehendisse. Manet itaque, ...c pisces, nec alia animalia, *nec cancros* ...*revera nutriri.* Qua de causa autem è ...ncris fl. Franconicis liquor velut è vitel... ...ovorum aureus exstillet, supra *in fin.* ...*XV.* dictum fuit.

§. VI. *Gammari* communiter *algam* & ...um, narrantibus id piscatoribus, devo... ...t, quin &, dum splendente luna noctu ...ram petunt, in terra *ex herbis* victum ...itantes, succulentiores fiunt. Et hæc ...firmat Experientia *Excell. D. Joh. Theod.*

Communis cancrorum cibus.

SCHENCKII. qui in eruditissimis *Je*-
me datis literis, à piscatoribus sibi vere
tum esse, non minus *cancros* egredi flu
& *ex graminibus* pascua conquirere,
fundulorum & carpionum, cujus rei
rientiam facere jubent accensis prope
men, quod inhabitant, sarmentis, ad
rum flammam, quo appetitu latere, p
tissimè foraminibus egredientes arre
manu facile corripibiles. Idem *BRUYER*
l. XVIII, de Re Cib. c. 12. p. 756. affirma
audisse multos rusticos narrantes, *Ca*-
vos fluviatiles noctu in terram exire cum
lectationis gratia, tum etiam cibi, quod
stigiis in Littoribus agrisve aut pratis,
suis vicinis relictis, impressis facile
deprehendere. Aliàs *cœno pingui*, tum
minibus etiam aquaticis, paludosis, lacu
bus delectantur, quin & in ventriculis
rum invenire licet muscum virescentem
æstatem. *Carnibus* insuper non abstin
more aliorum aquatilium dentatorum,
de venatores strenui sunt Ranarum
coaxantium, (à quibus tamen captor
non raro captus est,) carne enim ran
inescati facile capiuntur, ut *seq. capite*
bitur. Non semel *cancer* in nassam in
unà cum Lucio, eundem rosisse visus
Squillæ cum Lupo prælium, & cum m

Carnes appetunt.

quin & ostrearum carnis avidissima à
cris appetitio supra descripta est c. XVIII.
in & urgente fame à propria gente non
stinere refert SPERLING. *Zool. Phys. l. V.*
7. p. 431. *Locustæ* pisciculorum venatu vi-
unt, & quicquid ceperunt, forcipe ori ad-
vent, ut reliqui *cancri* pisces majores.
Quin & *Astaci* illi *marini* majores Huma-
m carnem appetunt, & vivos correptos
imunt, lautum inde pabulum sumturi:
jus exempla supra *cap. XV.* adducta fuere.
Quin & Cadavera demortuorum equorum
canum aquis injecta, dicuntur *cancri* flu-
tiles, tanquam vultures magna frequen-
ia aduatare, nec recedere ab his cupediis,
si satis arroserint, unde quidam falsò pu-
int, Astacorum greges circa Cadavera
conspicientes ex Cadaveribus *cancros* pro-
gigni posse. Quin & *saxatiles cancros* ster-
cus quoque comedere *ALDROV.* recenset
exangu. *l. II. c. 1. f. 35.*

§. VII. Ex *marinis* tamen quidam *cancro-*
rum loco stercoris fœtidi odoratissima ve-
scuntur *Ambra*. De Brasilianorum *Aquara*
ua *cancro* marino refert *MARGGRAV.*
l. IV. Hist. Bras. c. 19 f. 184. ipsum *Ambari*
quod ejicitur cupidissimum esse. Sic *Petr.*
BORELL. *observat. med. Phys. cent. IV. obs.*
9. cum adstruere conatus esset, *Ambram*

Cancri marini Ambra nutriuntur.

nil alid esse, quam mel maris inundation
cum favis abreptum (dum melle an agita
tione, an salina maris qualitate, an calor
solis, an antiquitate in aquis soluto, & cer
restante constricta Ambra facta) affirmat
dulcedine mellis allectos non solum. ceta
cea animalia *Ambram* appetere, sed & ean
dem expeti ab Avibus, *cancris*, & aliis pisci
culis, ut & à vulpibus, adeoque cùm sit ali
mentum, è bituminum familia excluden
dum esse. Huc egregiè quadrat locus *JOH.*
FABRI LYNCEI apud Franciscum HER
NANDUM in Histor. Mexicana Romæ in
f. 1651, impressa, quem ex pag. *DLXVI.* de
scriptum transmisit *Dn. D. Joh. Daniel Ma*
jor communis Patriæ, studiorum, & Curio
si Collegii vinculo junctissimus Amicus:
De ambræ generatione: ubi ad supremam il
lam maris regionem ambra emerserit, ejus
dem incolis piscibus præda fit optatissima.
In hanc enim maxima illi copia se accin
gentes irruunt, massam discerpunt, & quili
bet ex tam opiparo sibi cibo particula
abripit, eam tamdiu agitant, donec ad ma
ris Littus, adjuvante ipso undarum reci
procantium motu propellunt. Fieri tamen
non raro solet, ut procellarum æstu & ven
torum propulsu maxima etiam frusta, ante
quam piscibus esca fiant, extra mare pro
ciant

lantur. Ubi autem jam littori vicina aliqua massa reperitur, ibi minorum gentium pisces turmatim congregantur, & quantum volunt possuntque, exsaturantur. Quod ibi in sicco jam collocata, ambra demum firmatur, nec adhuc à prædatoribus tamen cancris Avibusque tuta remanet, quæ tamdiu huic insistunt vorantque, quamdiu à Sole non penitus exsiccatur. Et nisi his subjiceret periculis, jam major hujus copia inveniretur, viliorique pretio divenderetur. Solent verò *CANCRI* illi magis portioni adhærere quæ grysea dicitur.

§. VIII. Extra *Aquas* captivi detenti *cancri* lacte potati sine aqua permultos dies nutriri possunt, quod alii aspersâ cerevisia experiuntur, pauco enim alimento hæc exsangvia indigent. Quomodo extra aquã nutriantur.

§. IX. Tempore latibuli hiberni cancros fluviatiles sale quodam balsamico ex intimioribus terræ naturali instinctu attraho probabiliter, supra *cap. XIX. & XX.* asserui, tum quod eandem cum viperis per hiemem sale centrali nutritis exuendæ crustæ facultatem & juventutem quasi restituendi nanciscantur, tum quod lapilli illorum ex tali sale ob singulares virtutes videantur coagulati. Quam conjecturam cum eodem *Dn. D. Friderico ORTLOBIO Phys.* De Sale centrali.

Namslav. meritissimo communicassem
Responsoriis regessit: quæ de *Gammaris*
ris, illos sale balsamico centrali in ab
terræ cavernis nutriri hieme, illam non
tum naturæ nutritionis plurimis hacte
satis abstrusæ, sed & scrutinio virt
medicamentosæ Gammarorum diff
multum perspicuitatis allaturam, adeo
cum ratione & experientia satis fulta
deatur, plures è doctis ad subscribendu
potius, quam contradicendum invita
ram confido. Mirum autem, quod cru
suas media demum æstate exsuant, per
quot menses jam pamphagi facti Gam
ri, quodque tum demum nec hiemali te
pore, quo sale illo balsamico terræ cop
sius nutriti luxuriant, expetantur ad me
camenta præparanda. *Cui objectioni* sa
fieri possit, quod *Gammari* exsangvia a
malia attrahant quidem hieme *sal cent*
quamvis in parva quantitate, quant
ipsorum saltim refectioni sufficiat: du
verò vere, evocato à calore solis balsa
hoc naturali ad superficiem terræ *Gam*
latibulis exeuntes aliud, novumque qu
re alimentum coguntur, tunc, quod p
carnem dispersum erat, fluidum nutrim
tum Salinum, accedente novo alimen
in se colligitur & coagulatur quasi in la
p

in lapillum, qui æstate toto tempore. ndæ crustæ in nutrimentum cedit, vi- novæ crustæ suppeditat, & balsamicis itibus instruit tum temporis collectum marum. Et hæc de nutrimento can- rum sufficiant.

Caput XXV.
e Captura Cancrorum.

§.I.

Andem, quo modo *crustata* hæc *anima-* lia capiantur, subjungendum erit. In- iosa Hominis industria ad extrahendos arum incolas ex profundissimis Ocea- quam fluviorum & rivorum recessibus, ia excogitavit instrumenta, ut partim partim fraude circumventum Neptu- m pecus prædæ subjiceret. — Variæ Piscationum species.

it etenim *piscatio* alia hamis, filo, vel iculo calamis vel arundinulis alligato, dicitur *Retrabens* seu *Hamotrahonia*; dam vario Retium, Nassarum, Sagena- verriculorum, Plagularum, Tragula- aliorumque Retium apparatu, & dici- *etiaria*; quædam fit sarissis, bidente, nte, & dicitur *Tridentia*; quædam ba- celebratur; quædam fit igne accenso, dicitur *Igniaria*: de quibus Piscationum

 speciebus

speciebus *MART. del RIO Comm. in Sen.* *Hercul. Fur. v. 157.* Sic Brasilienses sagi[...] pisces configunt. *MARGGRAV. l. VIII. H[...]* *Bras. c. 7. f. 272.* & piscantur iidem quo[...] certis cribris Urupema vocatis, quæ fiun[...] arundine urugniboandipia appellata. [...] *AUGEN. BUSBEQUIUS Turcicæ Legati[...]* *Princeps*, dum urgente constantinopol[...] peste in Insulis urbi vicinis secessum fa[...] ret, refert *Epist. IV. p. 301.* modo aperto M[...] te rem gessisse, & in vado pellucidi m[...] trepidantem *cancrum* aut *locustam* fusc[...] confixam in navim rapuisse, reliquis qu[...] piscibus una verriculo seu sagena in[...] struxisse, & *pag. 303.* Pinnas, in quibus [...] nophylaces, perticis ferroque in eum u[...] parato fundo avulsa se cepisse.

Igniaria piscatio.

§. II. *Igniaria* piscatio ignibus acce[...] pro fallendis piscibus ut antiqua, sic [...] quentissima: meminit ejus *OPPIAN. H[...]* *IV. v. 640. & Hal. V. v. 429. & lib. IV. C[...]* *v. 139. OLAUS Magnus lib. XX c. 10.* hac *Igni*[...] *ria piscatione* capitur Cephalus. *CATS* [...] *Emblem. Connub. Embl. 39. p. 79.* quando [...] canit:

Men vint een Visch die Cephal hie[...]
Die niet so lief/ als vier en siet/
Dit weet den Visscher/ en syn maet/
En darrom als hy visschen gaet/

Een Fackel op zyn schuyte set/
Die is hem beter als een net/
Want als den vis verneemt het licht
Set daer op sterlingys zyn gesicht/
En vorder treckt hy sick niet an/
Hoe dattet met hem sal vergaen/
Maer springt in't schip/ eylaes/ syn graf/
Want loopter deerlyck met hem af.

Cancri hodie capi solent igne ad ripam ...so, ad quam prorepunt, *inquit*, *RITERSHVS. Comm. in Cynag. I. p. 136.* dictum de hoc cancros capiendi modo capite praecedenti. *Joachim. CAMERAR. Embl. 53. Cent. IV.* Elicit obscuris *Cancros lux* clara cavernis. Et testatur *NEUCRANZ de Hareng. cap. III. pag. 21.* Truttis *Cancrisque* fallendis nocturnos *ignes* adhiberi sese meminisse, de *Cancris* concedit, de Harengis tamen negat accensis luminibus & ignibus eos ...natare, & sic ad retia allici, ut voluerant *OLAUS. M. Epit. l. XX. & ALDROV. l. XX. de piscibus cap. 10.* hoc enim *igniarium* artificium tanquam ineptum & alienum in Baltico Littore, & Scania non adhiberi, quod absterrerentur potius Harengi, qui & splendore nivis & fulgetri retrocedunt, nec Hollandos adhibere ignem, nisi quod intempesta nocte accendant ignes, ut commonefaciant socios, se ob turbidius mare piscatio-

no

ne destitui, teste *Nicol. TULPIO lit. ad N*
cranz datis.

Piscatio Medicamentaria.

§. III. Alterius *piscationis* meminit *Za*
CHIAS Quæst. Med. Leg. T. II. l. V. tit. 4
3. §. 14. quæ fit per *medicamenta*, & dici
medicata; memorat eandem *OPPIAN. l. II*
Hal. v. 647. fieri Argilla cyclamini per
sta, qua illinantur retia, & in aquam pi
bus in unum coactis objiciantur, vel
RITTERSHUS. Comm. p. 309. addit: po
fieri massa ex recente Pane, caseo vetusto
que olido cyclamine & vino sublimi:
quæ massa piscibus deglutiendis obji
tur. De *eadem. COEL. RHODIG. l. XXI*
c. 21. & recenset *BRUYERIN l. XVIII.*
medicamentum ex calce, vino, caseo ve
& sebo arietino, quo Lugdunenses pisce
rivulis & Fluviis capiant. Hanc *medica*
norunt quoque Brasiliani, qui pisces i
briant, ut quasi mortui superfluitent cu
foliis Japicay, vel cum Timbopotiana
cum Tinguy, vel cum fructu cururu ape,
corticibus arboris Ande. *MARGGR.*
l. VIII. Hist. Bras. c. 7.

Ingeniosii modus capiendi pisces.

§. IV. *Ingeniosum modum excogitavit*
de MANY, Medicus Monspel. *in ms.*
Marquardi SLEGELII: sumitur vas
reum aliquantulum oblongum, imple
♆ viv. quàm arctissimè obturatur *char*

pergamena primum, dein vesica porci-peruncta, ne exspiret quicquam. In me- longitudinis ejusdem vasis perforetur, quam minimo foramine, illi alligetur sica porci, sed ita ut vas flumini immer- possit subnatare, nec fundum petat, innatet, sed medio modo se habeat. Ubi quantulum subnataverit, ad ejus conspe- m & Nidorem accurrent pisces, & tunc ulatim humidi attractiva calx incalescet, cum nequeat exhalare, ipsum vas neces- rio confringit, idque cum strepitu adeo noro & terribili, ut circumstantes pisces oniti aquæ innatent, velut moribundi esca ebrii, & facile capi possint.

§. V. Alii *pisces* extrahunt *per viva animalia* immissa aquis: olim *per delphinos* pisces captos fuisse narrat *Plin. l. IX. c. 8.* & *Ælian. l. II. Anim. c. 8. inquit:* sermo apud Euboeos, piscatores indigenas cum delphinis partiri piscium capturam. Hodie de *Sinensibus* refert *P. MAFFEUS lib. VI. Hist. Ind.* quod prægrandes & domesticos alant *corvos* prædæ assvetos, quorum colla nodo lino ita constringant, ut nequaquam interclusa respiratione, cibos tamen transmittere & deglutire non valeant, qui caveis emissi admirabili solertia sese in aquam immergant, pisciculos minutos ore conceptos,

Piscatio per viva Animalia.

ptos, majores autem roſtro comprehen[...] domum referant. Quod in Europa quid[...] imitantur per *mergos*. Alterius adhuc m[...] minit *Petr. MARTYR. ab Angleria* [...] *Ocean. Dec. I. l. III. p. 38.* circa Jamaica[...] Incolas piſce quodam ipſis *Guaicano* [...] ſpanis *reverſo* dicto, venatorio alios pi[...] capere, non ſecus ac Europæi canibus [...] licis per æquora campi lepores inſectent[...] Deſcribit illum, Anguillæ grandiori p[...] milem, cui in capite pellis tenacisſima [...] modum magnæ crumenæ, vinctum ten[...] piſcem funiculo in navis ſponda, & [...] aliquo piſce grandiore ſolutum venat[...] um piſcem emittunt, qui prædam adori[...] & pelle illa crumenaria injectâ adeo [...] ptam prædam tenaciter retinet, ut ſe ex[...] vere nequeat.

Piſcatio eſcaria.

§. VI. Denique *piſcatio* quoque *eſcari*[...] omnium uſitatisſima, *vel per eſcarias mi*[...]*ras*, vel *per appenſa cadavera*.

Eſcariis miſturis annumerari poterit [...] *de VAREMES* celebris medic. Monſpeli[...] ſis, qui paravit globulos pro eſca ex tr[...] & ſem. Cannab. aa. q. pl. in lacte Capr[...] cum melle, thymo, majoran. ad crepat[...] ram, crepatis malax. cum adipe vervec[...] terr. glarea & ol. veſpertil.

Per appenſa cadavera.

Per *appenſa Cadavera uſitatior* & ſe[...]rio[...]

r: nam ut *PLUTARCHUS* Philosoph. rum naturalium peritissimus ait *in de præ.* . *Carminalib.* piscatione per medicata facile quidem & maturè capi pisces; factari tamen & mensæ ineptos reddi. quod pisces vehementer expetant *cancellos* parvos & *Bernardum Eremitam*, piscatores *cancellos* plus faciunt ad alios pisces alliciendos, quam ut eos in cibos assumant, notante *OL. WORMIO l. III. Mus.* quod & *Brasilienses* nosse testatur *MARGGRAV. l. VIII. c. 7.* qui ut pisces habeant capiant, iis applicant vel lumbricos, vel *gammaros, cancellos*, pisciculos.

§. VII. *In Specie itaque Astacos, Locustas, Cancros in mari & fluviis* prædandi & capiendi varia ratio. Locustarum piscatio.

Quomodo trepidantem *cancrum* fuscinam in navim traxerit è *mari BUSBEQ. ex Epist. IV.* jam allegatum fuit,

§. VIII. *Circa Helgolandiam* ad ostia Albis fluvii capiuntur *Astaci marini* retibus ad fundum demissis, quibus insutum cibum avidè venantur *Astaci*, pedibus sese intricant atque hærent. Labente mari ex cavernis quoque erui uncinis ferreis attestatur *SCHOENFELD de pisc. p. XXIV.* Captura astacorum marinorum.

Non dubitandum, per *urinatores* ex ipso Oceani fundo extrahi posse *Astacos* & *cancros* Per Urinatores.

tvos marinos, ad eum modum, qui in In
occidentalis locis ad capiendas marga
aquis se immergunt, & totam horam
aquis naturaliter perdurare dicuntur
(quod obiter subjicere licet ad confir
dam *KIRCHERI. in mundo subterran.*
tentiam *l. VI. Phyto-Zoograph. artic. II.*
pratis & silv. submarin.) in capturâ p
rum se vidisse in maris fundo prata, gra
thymosum gignentia, retulerint; no
P. MARTYRE l. X. Rer. Ocean. dec. III.
313. Talis *Urinator* Siciliæ Colanus
CARDAN. l. XI. de subtil. qui 3. 4. hor
aquis permansit; aut in *Anglia* Vir cra
corporis habitu, de quo *BOYLÆUS* E
rim. Physic. mechan. XLI. p. 460. q
imum Tamesis descendere fundum, s
profundis riparum foraminibus ma
vividosque pisces manibus eruere sol
Et *Nicol. WYNMANNUS in Colymb*
arte natand. p. 169. attestatur, se Tu
novisse sartorem in proximo vico ha
tem, qui præstigiosa Spiritus præter
ram hominis retinendi arte in imos N
ri gurgites sese dejiceret, diu durat
tandem pisces optimos velut delectu
gens præda onustus, longe inferio
emergeret, ore, manibus, inter digito
dum, sub brachiis pisces retinens.

...di piſcandi modum in *Peruana*, ſed ma-
...cum difficultate apud Indos exercita-
...refert *ACOSTA l. III. Hiſt. Ind. cap. XV.*
...tificium, quo diutius ſub aqua vivere
...int, non inconveniens ad capiendos
...es videre licet apud *SCHWENTERUM*
...*recreat. Mathem. Part. XIII. p. 43. &*
...*NMANN. l. a. p. 168.* narrat, eos uti vi-
... commode facto prægrandi ac capaci,
...uod narium orisque Spiritus effundant,
...ci circumpresſim alligatum, lapidem
...aut bolidem manibus ſumere, ut com-
...dius ſubſidant, quamvis periculum in-
...à fractura.

...IX. Mirum, quod de *captura Paguro-* ... *GESNER. Hiſt. aq. f. 121.* refert, eos *mu-* ...capi, dum etenim piſcatores latenter ...mos inflent & tiblis ludant, *Paguros* vo-... *musicæ* concentum exaudientes ſua-...e delinitos asſequi ad littora piſcatores ...terram usque deſcendere, ut facile ca-...poſſint. Mira, *inquam*, ſi non fabula hæc, ...*rorum captura*, cum auribus careant, ...men concentus, & vocem exaudiant, ...quis putet, ipſos analogum auribus mea-... obtinere.

An Paguri capiantur per muſicam?

...ic cum paſtinacam marinam mirifice ...a delectari, & hac ratione facilius ca-... Oppiano recenſitum fuiſſe *GREVIN.*

Ll *de*

de venen l. I. c. 31. narrasset, *subjungit*: ... ab ipso fabulosa scribi videntur, cum ... ejusmodi colligat, non ut quisquam ea ... semper esse existimet; sed ut vitæ ... exemplum proponat, ut hoc loco, deli... causam interitus esse. Quæ sententia & ... *gurorum capturæ* applicari poterit. A... namque ratio quadrupedum, quibus N... ra aures largita est, ut musica delectentu... ut de *Camelis* in Arabia & Persia cum C... vanis iter facientibus, ex propria experi... tia annotavit *OLEARIUS in Schich Sa...* *Roseto Persico l. II. c. 23. p. 58.* Idem attesta... de *Camelis* in Æthiopiâ & Barbariâ ... *LEO descript. Afric. l. IX. c. 30. p. 749.* ... defatigati itinere non urgeantur flag... sed dum servi certas Cantilenas occina... earum svavitate demulsos iter tanta vel... tate prosequi, ut vix illos cursu insequi ... leant. Sic de mulis, quibus ea de ca... nolæ appenduntur, eadem refert *B...* *CELS. Thes. secret. c. LXXVII.*

Gammarorum fluviatilium captura.

§. X. *Gammari & cancri fluviatiles ...* *riis* capiuntur modis: nassas sæpius in... & carceres odore escæ (præcipuè si je... assatum, vel hircinum, vel vitulin... impositum fuerit) sponte ingrediuntu... rapiuntur etiam manibus ex littorum ... vernis.

§. XI. Quin & ex fluviis ad tempus exarescentibus capti fuerunt manibꝰ ex fundo aquarum. Quamvis etenim aqua naturaliter non deficiat, quia (*ut in Oceano Macromicroc.* probatum fuit pluribus) canales subterranei perpetuo aquis repleti, & à maris fundo usque ad ipsos fontes & flumina perpetua cum mari continuatio influxusq; ultra Canales & effluxus perennis & incessabilis; tamen ex terræ motu violentiori, aliisque de causis, immo interdum & supranaturalibus, flumina ad aliquod tempus cursu cessasse observatum fuit. Sic relationes publicæ retulerunt. MDCLXIII. M. Nov. Fluv. Unstrutt prope oppidum Laucha in Thuringia ad 2. mill. usque ad Freiburgum ad tres horas repente aquis destitutum, & exsiccatum fuisse, ut accolæ pisces et cancros manibus ex fundo aquis destituto rapere potuerint, quod ostentum pariter MDCXVII. factum fuisse annotarunt.

Exarescentibus fluviis manu capti.

Communissime odore Escarum capiuntur, unde Concludendum, cum visu sint hebetiori, auditu pene nullo præditi, odoratu tamen & gustu præcellant.

Odore Escarum.

§. XII. Nam & reliqua pleraque animalia odoratu præcellunt hominem, canente OPPIAN. *l. IV. Cyn. v. 65.*

-- -- -- -- Μάλα θήρεσσι πᾶσιν
Ὀξύταται ῥινῶν ὀσφρήσιες. -- -- --

Odoratu cur præcellant animalia?

Valde feris omnibus acerrimi sunt narium olfactus; non quidem quod homini obtusior odoratus ob majorem cerebri humiditatem, ex mente *RITTERSH. Comm. ad l. p. 132.* sed verisimilior ratio *DIGBÆI de Nat. Corp. Tr. I. c. 27. p. 314.* quia homines opplentur crassioribus fortioris cibi vaporibus, qui fumis à ventriculo mensaque continuo emissis impediant, quominus puriores corporum atomi percipiantur, utpote quæ sinceriora nulloque vapore imbuta organa requirant, idque exemplo canum probat, qui minore narium sagacitate pollent, postquam largiore pastu saginantur, & in culinis nidores hauriunt, quam quibus clausis parcior cibus aptusque venaturis præbetur.

Odoratus itaque *animantibus* (de quo etiam *supra c. 18.*) concessus à Natura, ut discernant, quinam cibi illis conveniant, aut qui noxii sint: unde videmus ea, ubi in cibum aliquem ignotum inciderint, qualitates illius gustu explorare, qui raro fallit. Quare & *odoratus gustus* sensum prævenit, inquit *DIGBÆUS l. a.* cum gustu longe sit subtilior, exiguæ, quibus immutatur, atomi, non perinde ac gustus crassiores. Statuit namque

mque *l. a. p.313. gustum & odoratum* im-
ctari ab odorum & saporum exhalatione
ris solidisque à tota substantiæ decisis
tibus, quæ verè materiales sint, & vera
rpora licet admodum exigua. Sic in aquis
Gammari fl. escam odorantur, quam suæ
turæ convenientem naturali instinctu in-
niunt. Odore escarum cancer capitur,
quit *Aristot. lib. IV. Hist. Anim. c. 8. Ranis*
issimum delectari, iisque capi,

Vel pueri norunt, & qui nondum ære la-
vantur. Capiuntur Ranis.

lent ii, qui insidias *cancris* struunt, virgu-
divisis in summitate *ranarum* corpora,
aliqua intestina inserere, ordine invi-
m eas disponere, ut à se invicem distent
ulnarum spatio, juxta gurgites & loca ubi
bitant, inde reticulo circumit piscator,
gas sigillatim elevans, reticulum subji-
s, unde cum *Gammarus* non posit ce-
er se explicare, decidit in reticulum, &
piscator magna cum voluptate 100. 200.
rt domum bene robustos & vivaces &
gnos; parvi enim ad escam sublimem
accedunt. *LIBAV. l. II. BATRACH.*
p.319. schol. ita *Gammarorum* describit
uram: nostri homines, *inquit*, clunium
rum beneficio venantur *gammaros seu*
cancros, idque non sine industria &

ſingulari oblectamento. Explorandum prius eſt, qua ripa & aquis frequentes ſint *Gammari*, dein reticula 40. vel 20, vel circiter diſponenda diverſis locis, ita ut eorum manubrio alligetur ſegmentum ligni, cui hæreant clunes. Ex eo ſuper aqua emineat apex cum charta, vel penna, ut conſpici poſſit invaſio *gammarorum*: non mora advolant hi & cuſpide eſcam invadunt. Venator, ſigno percepto, levat reticula, & *Gammaros* captos ſeligit, mox digreditur ab uno ad proximum & ſic ordine deinceps, nec dum ad extremum pervenire potuit, quin ſuperiora iterum ſint repleta; ut in brevi ſpatio multos *gammaros* nanciſcatur. *Idem l. II. Batrach. c. 10. p. 317. inquit*, ut *cancri* capiuntur *ranis*; ſic *ranæ* capiuntur rurſus *cancris*, quanquam vereor, ſi ita *ranas* capere velimus per carnes *cancrorum*, ne carius & laborioſius ſit conſtitura eſca non admodum expetenda, niſi forſan luſus gratia & experimenti tentandi.

Piſcatores in Danubio carnes alligant navibus & in aquas ſuſpendunt, quibus magna *cancrorum* adhæret multitudo, & facillime ita capti in naves retrahuntur. Plures ſtrophæ & technæ capiendi *cancros* et piſcari poterunt ab iis, quos *Plaut. Rud. A. II. ſ. 2.* hamiatas, conchitas & fures maritimos

mos audet vocare, Piſcatoribus ſcilicet. Hoc ſaltim obſervandum, ut cancri & reliqua cruſtata odore aliarum eſcarum capiuntur; ſic & iidem inſerviunt pro eſca alios quoque piſces irretiendi. De cancellis paulò ante dictum, nec non ranas cancris allici; ſic *per carabos* aſſatos in naſſam pelliciuntur Canthari aliive piſces. *OPPIAN. Hal. III. v. 340.* Sic merulus piſcis, qui excubias agit pro uxoribus, capitur *Squillarum ſive caridum vivarum appenſione*; dum enim opinatur, caridem toro ipſius inimicam adventare, in pugna pro uxore à piſcatore doloſo capitur, *OPPIAN. Hal. IV. v. 220.* & quia labracis ſ. lupi maxima anthiphatia cum *Squillis, OPPIAN. Hal. II. v. 128. Squillis* facile capiuntur.

Et hæc *de Gammarorum captura*, nec non de Naturæ proprietate hujus animalis ſufficiant; nunc ad ſpecialem ipſarum uſum deveniendum erit.

LIBER II.

Consideratio Gammarorum Historico-Medico-Chymica de Usu eorum multivario.

SECTIO I.

USUS GAMMARORUM DIÆTETICUS.

CAPUT I.

Gammari olim ad Luxum expetiti. De Luxuria veterum præcipue circa PISCES.

§. I.

Introitus. CAptis nunc & in Rete variis modis allectis *Gammaris* reliquisque *crustatis*, inspecta ipsarum fabrica, restat ut nunc partim culinæ inferantur,

r, partim officinis Pharmaceuticis com-
dentur & multivarius ipsorum *usus* pe-
ius excutiatur; nam quod de *cancris ma-*
is in specie pronuntiat *Exc. BARTHOL.*
nt. VI. hist. 57. id in specie de *Gammaris*
que nostris dicendum: illustres in Me-
cina *cancri*, illustres etiam in re cibaria.

§. II. Sane illi robur & æs circa pectus
plex fuisse credendum est, qui primus
us cataphractum hunc piscem *Gamma-*
m armis exuere, exossare, & gulæ destina-
adeoque demto cortice nucleum inqui-
t. Sed quo non Culinarum solicitior
a (ut *AMMIAN. MARCELL. l. XXII.*
is utar) devenit? Ut enim Prisci,

Cum pecus & Dominum communis claude-
ret Umbra,

mplici contenti vivebant victu; sic poste-
quorum gulæ angustus orbis, flagitant
motorum littorum pisces, peregrini aëris
ucres, alieni temporis flores, & illis ci-
demum acquiescunt, quos invitæ quo-
mmodo & reluctanti Naturæ hominum
ticula rapuerunt. Nil sapidum nisi quod
mosa naufragiis maria miserint. Quam
estanda Vitellii gula, qui teste *SUETON.*
it. c. XII. Scarorum jecinora, Phasiano-
m & pavonum cerebella, linguas phœni-
pterorum, murænarum lactes à carpathio
que fretoque Hispaniæ per navarchas ac

Mirum, Crustata in cibos fuisse assumta.

Sed non res mira si cōsideretur veterum Luxuria.

triremes petitarum commiscuit? Sic dius Æsopi Tragici filius furiosæ adeo xoriæ Juvenis, ut testimonio *VALER. XIMI l. IX. c. 1.* cantu commendabiles culas immanibus emtas pretiis, in pro ficedulis poneret, quasi cantu p lentes præcellant quoque in mensa aut ut ex *LIPSII Admirand. l. I. c. IV. STAS. de valleq. in Compendio Fac. H p. 269,* refert, nulla alia inductus volu nisi ut in his imitationem Hominis p vocem manderet; qua ratione nostro lo apud nostrates Patrimoniorum de res, ex Tuliparum rarissimo & polyd colore præditarum bulbis decoctis, & sæ illatis insanè ardentis gulæ pruritu gis sibi, quam Erucis aut Pythagorici bis demulceri, an excitari potius, dent. HELIOGABALUS monstrum ræ monstrosis ferculis infamis come canea Camelorum, cristas vivis galli demtas, pavonum & lusciniarum lin exhibuit ingentes dapes extis Mullor fertas & perdicũ ovis & cerebellis p copterorum & turdorum, & capitibu tacorum, phasianorum & pavonum bis mullorum maxima copia. *SPAR in ej. vita*

Veterum §. III. Præcipuus tamen *veterum*

PISCES, quibus *crustata* annumeranda sunt, Luxuria
...lanus *Luxus*, in cœnis illis sumtuosis cen- circa pisces.
...m Equestrem consumentibus (quæ Cœnæ
...iciales dictæ, quod multa extra ordinem
...jecta fuerint fercula. *BISCIOLA T. I.*
...dv. l. IX. c. 14. adeò, ut Asinius Celer
...um mullum 6. mille sestertiis emerit,
quæ ex computatione *LANCELLOTT. in*
...Hogg. Part. I. Diss. 17. p. 191. faciunt 245.
...udi, & Octavius referente *SENEC. Epist.*
...CV. m. mullum ingentis formæ quatuor
...ndo, quinque millibus HS. emerit. Ex
...culo *Ludov. NONNI de Re Cibar. l. III.*
...27. p. 353. Philippici 125. non minus ac Ti-
...erii tempore 3. mulli 30. millibus num-
...um venerint, ut singuli pisces 250. phi-
...ppicis constarent. *Nonn. l. a.* Quæ non sa-
...iditas adjudicata Murænæ à freto Siculo
...cessitæ? *MACROB. l. III. Saturn. c. 15.*
MART. V. Ep. 66. & *COLUMELL. l. VIII.*
...16. quæ non Acipenseri ad Palatinas men-
...as destinato? *MARTIAL. l. XIII. Epigr. 91.*
...quæ non gratia asscripta spacio admirabili
...driaci Rhombi? *JUVEN. Sat.*

Accessit Asotis istis novum gulæ irrita- Qui vivi
...mentum, & ad hunc fastum pervenit venter illati.
delicatorum, ut, referente *SENEC. l. III.*
...Q. c. 18. gustare non potuerint piscem,
...si quem in ipso convivio natantem pal-
pitan-

pitantemque viderint, exclamantes; n
morienti nihil esse formosius. *Et c.*
in cubili natant pisces sub ipsa mensâ
tur, qui statim transferatur in mensam
rum videtur recens mullus, nisi qui in
vivæ manu moritur, vitreis ollis inclu
feruntur, observatur morientium
quem in multas mutationes mors lu
Spiritu vertit; siquidem, ut *PLIN. l.*
17. explicat, mullus expirans versic
quadam & numerosa varietate specta
proceres gulæ narrant, rubentium sq
marum multiplici mutatione pallesce

Et ex remotis Aquis.

Commendabantur Ganeonibus
nulli Pisces, nisi ex longinquis maribus
cti, aut in vicina maria transportati &
si transplantati. Unde, secundum *JU*
sat. V. v. 92. situs

Mullus erit domino quem misit Corsi
quem
Tauromitana rupes. --- ---

Ex ostreis nullæ nisi (*PETRON. Sat.*
crinis Eruta littoribus, aut, ut *MART.*
Ep. 60. stagno saturata Lucrino; quale
die Britannicæ optimæ, veteribus
laudatæ, notante *PLIN. l. IX. c.*
l. XXXII. c. 6. & de helluone Montano
VEN. Sat. IV. v. 140.

Circeis nata forent, an
Lucrinum ad saxum, Rutupinòve edita fundo
Ostrea callebat primo deprendere morsu.
Rutupinum namque in Britannia Cantiorum Urbs. *VOSS. de Idol. l. IV. c. 34. pag.* ... Richboroio *Th. FARNABIO in Not.* *Juv. l. 4.* Eundem ob luxum Octavius Nauticæ præfectus (*PLIN. l. IX. c. 17.* ... optatum è Libertis sub Claudio Tiberio Principe classis præfactum) incredibili ... scaros (piscem ob epar saltem nobi... *PLIN. l. XXXII. c. 8. MART. l. XIII.* ...) in Italiam deportatos circa Ostiam Italiæ littora inusitato exemplo proji... seminavit in mari, addito edicto, si ... quinque annos Scarus captus fuisset, ... in mare projiceretur. *MACROB.* *Sat. c. 16. p. 365.*

IV. Quas non postea elegantias & ... utilitates, usitatas contemnens, excogita... furor in præparatione instituta ab *Offa-* ... *Coquis, Archimagiris*, de quorum variis ... & nominibus *PIGNORIUS de Serv.* ... qui apud lurcones tanto in pretio, ... tempore *PLIN. l. IX. c. 17.* Coci triumphorum pretiis petiti, & cocorum pisces, ... usque mortalis pluris æstimatus, quàm ... petitissimè censum domini mergeret.

Luxus in conquirendis Coquis.

Et,

Et, ut *Livius* ait, coquus vilissimum antiquis mancipium & usu & æstimatione in pretio esse cœpit. Nec coqui solum ... ti, qui fercula doctè componunt (JUV ... VII. quorum ars est servire palato (M ... *l. XIV. Ep. 220.*)

Namque Cocus domini debet ha... gulam,

In ex cogitandis novis ferculis. Quique Apiciana decreta in pernic... censuum, & patrimoniorum excogita... sed & Heliogabalus ipsis convivis ... proposuit, ut jura nova dapibus cond... invenirent, & cujus placuisset comm... ei maximum daretur præmium. Item ... in culinis inter ignes concursantes, ... qui uni ventri tanto tumultu com... cibum, SENEC. *Ep. CXIV.* quantum ... num unus venter exercet, tot pul... rios, coquos, mensarios, farcina... *IDEM Ep. XCV.* Aves piscibus farc... subtili arte contextas intulerunt, au... cum Trojanum (quem *LANCELL*... *II. dissing. XV. p. 186.* bovem putat ... variis animalibus repletum, ut rupto ... quasi ex equo Trojano descenderent ... tes, aut quicquid aliud Asellus Tri... nis (instrumentum scilicet ex ære ... thio, quod instar Asini onusti lancib...

um illatum) furibundo & æstuanti ven- mensis obtulit.

§. V. Et, ne quid sævienti gulæ deficeret, iis figuris *Fercula* apposita fuere. In Tri- cionis sumtuosissima cœna aselli vas repositorium rotundum, apud *PE-* ON. *p. XIX.* Zodiacum repræsentavit signo *CANCRI* coronam, sub Sagit- ii signo *Locustam marinam* exhibuit. NZALES *Comm. ad hunc l.* Astronomi- fectum fuisse interpretatur, quod dum cer exoriatur, Corona in occasum ver- sit tamen ita constituta, ut media Coro- pars supra horizontem emineat. An ve- simul istæ *Coronæ* ex *cancrorum* carne rint confectæ, cum & farcimina quoque læ Lucanicæ coronæ apud *MARTIAL.* XIII *Ex. 35.* (qui Poeta cocus dicitur, anquam, licet festivitatis gratia ad rem linariam pertinentia recensens, propter- consentiente *BARTHIO Adversar. T.I.l.VI.* immerito suo è rosis & pocillationibus larum ad culinam ablegatur,) dubium. Sed de his *Isiciis ex cancris cap. 2.*

Fercula figuris ornata.

Et *ut ad colorem parati Pisces*, adeo ut He- gabalus semper pisces quasi in marina ua conditura Veneta cum colore suo co- s inferret: *SPARTIAN. ej. vit.* sic Luxu- iosissimi isti nepotuli argutis figuris nō so- lum

Piscium fercula colorata.

Figuræ ferculorum obscœnæ.

lum sumtuosissimos exornarunt Co-
viorum missus; sed & obscœnitates i
comederunt, placentæ scilicet genus ad
dendi virilis speciem, & siligineos voca
priapos. MART. l. XIV. Ep. 69. imo & i
ad muliebris ingvinis formam. *GON*
Comm. in Petron. p. 429. Priora dicta C
phia, panes athletarum ad similitudin
virilis membri compositi ex satyrion
similibus, quæ in venerem incitabant
posterioribus in muliebris membri for
COEL. RHODIG. l. IX. c. 16. MART. l. IX
GRANGÆUS Comm. in Juv. Sat. II
p. 58. imo & per obscœnitates biberu
PLIN. l. XXXII. c. 1. ait, poculis in figu
obscœnam pudendi effigiatis, de quibus
VEN. Sat. II. v. 95.

-- *Vitreo bibit ille Priapo.*

Dicebanturque drillopotæ, & phallov
buli, qualium pocillatorum priapum a
hentium icunculas exhibet *PIGNORI*
Servis.

Pisces cum Musica illati.

§. VI. Ne quid stultæ Luxuriæ deess
Pisces cum Tibicine à coronatis min
illati, quasi ad quandam non deliciar
sed Numinis pompam. Egregie de *SE*
LA è crustatis *JUVEN. Sat. V. v. 80.*

Adspice quam longo distendat pector
em,

Quæ fertur Domino SQUILLA, *& quibus undique septa*
Asparagis, qua despiciat convivia cauda,
Cum venit excelsi manibus sublata ministri.
[Pr]æterea *Diribitores seu Scissores* (hodie gli [T]rincianti) seu Carpi à carpendo, qui ad [s]ymphoniam gesticulati lacerarunt obso[n]ia, de quibus *JUVEN. Sat. V. v. 121.*
Saltantem spectas & Chironomanta volanti
Cultello, donec peragat dictata Magistri
Omnia, nec minimo sane discrimine refert,
Quo gestu lepores, & quo Gallina secetur.

§. VII. Quamvis & *Astacos Cancrosque* [n]ostros exossare & rubro spoliare tegumen[t]o simul & opus & labor sit, adeo ut Dorion [a]pud *ATHEN. l. VIII.* in Astaco deprædi[c]et γυμνασίαν (exercitationem dum in exui[t]ione crustæ manus oculique exercentur) [ἡδ]ονὴν (delitias cum comeditur) & θεω[ρί]αν (contemplationem propter ejus fabri[c]am & usum. Quid ergo mirum, *veteres* [a]deo cordato fuisse pectore, adeo æstuante [g]ula & pruriente palato, ut *crustata gamma[ro]s cancrosque* ex pelago & fluviis ad cibum [ar]cessierint, cum & alia longe horribiliora [n]on inopiæ impulsu, sed Luxuriæ instinctu [c]ensis adhibuerint. Non mirum Cancros comedisse, cum & alia magis horrenda Luxuriæ gratia comesta.

OSTREA, ex mente *SENEC. Ep. CVIII.* Ostrea. [no]n cibos, sed oblectamenta quæsiverunt,

ad edendum saturos cogentia, quod g-
sima edacibus, & se ultra quam capi-
farcientibus, facilè descensura, facilè
tura, imo quarum *Ostrearum* caro iner-
ma cœno saginata, limosam gravitat-
Garum visceribus inferat. Quam avidè *Garum*
ciorum (liquamen ex salitorum scom-
rum muria in Africa confectum, no-
midantes salsa tabe præcordia uri,
culinæ usibus destinarunt. Cui nunc
cessit ex Cyprinorum ovariis sale con-
in massam coactis fumoque induratis
lii genus à Græcis & Italis magnoper-
Cui succes- petitum *Botarche* dictum, corrupti ex
sit Botar- corum ὠὰ τάριχα, hoc est ova salita. *J.*
che. *VEL. de Gener. Anim. Ex. III. p. 46.*
Cephalorum sive mugilum ovis, quæ
nis folliculis circumcisa parte sumin-
centibus cephalis eximuntur paratis;
de Piscib. c. XLII. p. 142. pariter ut ex
rionum ovis salitis *Cauiaro* sapone-
grum referens. *Jouius l. a.* de quibus
mentis *PANCIROLL. & Salmuth*
vent. cap. XXV. p. 717. & LANG. l. I.
Ranæ. Nonne *Ranæ* detracta cute eviscer-
abjectis interaneis cum capite & pe-
minoribus, servatis duntaxat armis,
coxis, ubi musculosa caro est candida,
bum assumuntur, & in sartagine frixa

F. s. s. s. in olla fictili vitreata & primum ultimum stratum sit sacchari, facta ex pa operculo indatur furno, post panis extractionem, coq. ad sufficientiam, id tertia vice sive immissione in furnum acc post

℞. hujus farin. coctæ ℥ij.
Juris ♋. *vel testud. nemoral.* ℥iij.
pro Ptisana.

Hordeatum Astiarii. Cum Ptisanis convenit *HORDEATUM* cum *Cancris*, quod ex *Blasio ASTIARIO* l. de *febrib.* describit *HORSTIUS Decad.* 1. q. *Therap. probl.* 10. *f.* ℞. *Cancros fluv.* evellantur iis Cortices & extrema ab iis, luantur cum aq. frigida, cinere & ⊖ tribus vicibus

...bus, & plus, donec removeatur áb iis ...r gravis, dein laventur iterum cum aq. ...ida sola, post conterantur, & coq. cum ...hord. excortic. Dosis istius aquæ cola- ...expressæ ℔. ß. Matthæus *CURTIUS* ...us Medicus doctissimus, recensente ...ORESTO *l. IV. de Febrib. obs. 5. schol.* ...hordeatum ♋ sumit hord. mundi ℥j.

Cancror excortic. ℥iij.

Aquæ ℔. jv. Curtii.

...d *Ptisanas* recenseri poterit *LAC Can-*...*um J. Petr. LOTICHII l. IV. c. 4. obs. 9.* ...a. ℞. *Cancros fluv. viv. & rec. n. Xij.* ...caprill. rec. emulct. q. s. stent ad emi-...iam digiti transversi in infus. per 6. ...post contunde in mortario lapideo, ... per linteum facta edulcoretur Sac-...o. albiss. q. s. ad gratiam, adde man. ...ss. perlat. S. Krebsmilch. de quo biben-... ad atrophiam manè & ante vesperam, ...alisque diebus, ne rancescat, renovan-...ec Emulsio. *SENNERT. de Febr. l 2.* ...ros in Lacte caprino coctos, contundit ...em, per setaceum trajicit, & addito La-...aprino vel amygdalin. & s. q. sacchar. ... ad spissitudinem. *Benedict. VICTO-*...S *Faventinus in Empiric. Rationali de* ...ib. c. *XIX. p. 573.* Assumit *Caudas* ♋. *fl.* ...dit *in lacte* vaccino per 6. hor. dein

Lac Cancrinum Lotichii.

Sennerti.

In lacte eodem concoquit hujusmodi
das, addit Lac amygdal. dulc. Emulſ.
papav. ſemin. comm. frigid. aā. ℥ß. &
ſaccharo q. ſ. parat condimentum.

Contuſum Carthuſianorum.

His annumeretur *CONTUSUM Car-*
ſianorum PLATER. T. II. Prax. p.
caudis ♋. fluv. hord. amygd. & ſacch.
paratum.

In forma teſtudinati liquidi.

Poſſent etiam *Cancri* cum gallinæ
carne parati exhiberi, qua ratione *Te-*
natum in forma liquida Hiſpanos para-
cet *D. Petr. â CASTRO in mss. Praxi.*
ſtudin, abſciſis capitibus & reliquis
mitatibus ſuſpenduntur per 6. hor. ſpa-
donec totus ſanguis optimè & gutt-
excoletur, dein teſtis exſpoliant (*can-*
ſangues ſaltem excorticandi, & cauda
cipesque ſumendi, exenteratas pro-
vant, dein in decoct. hord. p. ij. Aq.
p. ij. carnes elixant, ita ut fere ab o
ſeparetur. His factis ſumunt carnes,
tim inciſas terunt in mortario marm
cum piſtillo ligneo, donec per ſetac
poſſint transmitti, addunt inter teren
aliquid aquæ Roſarum. Poſt in pr
habent ſeparatim gallinæ tenuioris c
diorem pulpam ſimili arte præp. & p
taceum transmiſſam. Singularum car
gallinæ & teſtudinis (♋) Rᶜ. p. æq.

ndo optimè incorporant. Hanc pa-
m ad uſum ſervant, & cum uti volunt,
olvunt ℥j in jure optimo gallinæ ad lu-
um.

3. *AQUÆ Refectivæ ex cancris* deſtillatæ, Aquæ Refectivæ.
ibus in hecticis inter cibos medicinales
mum locum adſcribit *aquis cancrorum*,
undum Aq. ex Limaciis, tertium ex te-
dine nemorali *P. FOREST. l.IV. obſ. 5.*
& quartum locum demum diverſis ge-
ribus Lactis. Nam, *inquit Idem l. n.* li-
de *cancris* nihil dixerit Galenus, Dio-
rides tamen refert, dococtum *cancrorum*
idis conferre, & ii ſunt apud præſtantio-
medicos in uſu, cum ſint frigidi & hu-
di, & ideo hecticis conveniunt, & his qui
hiſin habent, ob proprietatem quan-
m, quam habent cum pulmone, ut dice-
Matth. CURTIUS Medicus ſuo tempore
diſſimus. Sic & *PLATER. T. III. Prax.*
io. in genere ad reſtaurationem & hu-
ctationem corporis *Aquas* ex cochlear.
reſtr. Teſtudinum, Ranar. & *cancrorum*
rne exſtillatas tanquam appropriatas
mmendat.

rantur illæ *Aquæ Reſtaurantes* variis
odis.

Aut enim *Aq. cancror. fluviatil.* fiunt Horſt.
m Rore Majali deſtill. (qui ſummum

Hecticis est refrigerium) vel per se a
adustionis nota destill. quando scil. c
contusi linteo raro includuntur, & in
dia cucurbita suspensi destill. in MB. r
capellâ vacua, donec substantia exucc
maneat. *HORST. Probl. dec. 1. quæst. 1.*

Pansæ. *AQUA CANCRORUM PANSÆ de*
rog. vit. part. IV, c. 35. ℞. *cancros f*
XXX. suffocentur in lact. capr. cyat
tunde in mortario, adde conserv. Rosa
ß. post destill. in MB. serveturque aqu
Hujus cyathum unum hecticus & ph
cus manè & vesperi bibat super com
do morsul. aliquem roborantem.

Plateri. *AQUA CANCRORUM PLATERI T*
II. Prax. p. 224.

℞. Juris Capon. bene coct. de pulp
ipsius carne mensur. j. adde C
testudin. nemoral.
Cancrorum
Ranar. aã. p. j.
Conserv. Rosar. . Borrag.
Bugloß. Scabios
Violar. aã ℥j.
Spec. Diamarg. frig.
Diatragac. fr. aã. ʒj.
Cinnam. ʒij. destill. s. a. Aq.

In qua Aurum & alia inutilia omitte
Rectè hæc Platerus addit omittenda c

mbic. non ascendant, suffragante
ntia & authoritate *SENNERT. In-*
Part. III. l. 3. c. 5 f. PRIMEROS.
de Error. Medic. c. 9.
m *Aquam Instaurativam* Idem **PLA-** **Alia Platc-**
T. III. Prax. p. 551. describit : **ri.**
Carn. capi, gallinæve musculos. ad
sternum, diligenter abrasæ ℔. j.
Pullor. Columbar. vel perdic.
pro lubitu
Cochlear. terrestr. è testis exemtar.
n. xij.
Caudar. cancrorum abruptar. n. XX.
. in Aq. ℔. vj. donec omnia absu-
rdein Jus residuum cum carne in-
tur in alembic. addendo simul pul-
ctam ex
dull. panis ℔. ß.
Amygd. dulc. quartar. j
Nucleor. pineor. ℥ij.
Semin. melon. ℥ ß
Papav. alb. ℥j. contund. & mace-
rentur cum lacte.
de Passular. Ficuum aā quart. j.
Rad. Consol. Maj. Liquirit. aā. ℥iß.
Ireos helen. aā. ℥ß.
Fol. tussilag. Plantag. rec. aā, m. j.
Flor. cordial. aā. p. j.
Thur. pulv. ʒij.

Suc-

Succin. ʒiß.
Mell. vel facchar. ℥ij. deſtill. A
uſu.

Bartoleti. *Aqua Antiphthifica Franc. BARTOL*
Encycloped. in part. Hyg. deſcribitur
℞. Sangu. Suill. ℔. ij.
Carn. Cancror. fluv. ℔. jv.
Sacchar. fin. alb. ℔. j.
F. ſ. a. maceratio & deſtillatio.

Aqua impinguans D. Schneideri. Sanguinem porcinum & alii in p
commendant Practici. Qualis *Aqu*
guans D. Conrad. Victor. SCHNEID
Prof. Witteb. ex
Sanguin. porcin. ℔. iij.
Teſtudin. Ranar aã. n. XXV.
Pulmon. vitul. n. ij.
Rad. conſolid. maj. rec. ℥viij. d
per veſic.
Cui fortè non incongruè caudæ
adderentur.

Aqua de Teſtudinibus Romani. *Aqua de Teſtudinibus D. Romani* ce
Germani Medici noſtro ævo *cancr*
pit, qui aſſumit
Cochlear à teſt. ablut. n. C. eviſcer
in aq. pur. menſ. V. ad juſtam
tiem, dein piſtentur & priori b
reddantur,
adde Pulmon. vitul. minutiſſ. incl
Cancror. fluv. à teſt. liberat. n. XX

Medull. pan. silig. rec. calent. ℔. ij.
Rad. alth. virid. ℔. jß.
tussilag. virid. ℥ij.
consolid. maj. ℔. ß.
minor. s. prunell. ℥ij.
Fol. scabios. pulmonar.
alchimill. aã. m. iij.
Sem. 4. frig. maj. aã. ℥jv.
F. Emuls. cum aq. tussilag. addatur
... incis. m. omnia & destill. in MB.
...m *ad phthisin & ulcera pulmonum* ...ebus, Conserv. & seminibus parat ...CETAN. *Pharmacop. General. c. IX.* ...260. quibus *addit Pulverem cancror.* & cum Aq. veron. Scabios. Bugloss. ... Symphit. maj. macerat. destill. ... aquæ addendo — Aq. phthisica Quercetani.

Tinct. Corallor.
Magist. perlar. aã ℥iij.
Lact. ♀. ℥ß.

... *AQUA ad Phthisin Avo meo ma-* ...n, D. *Danieli BUCRETIO Sereniss. Ar-* ...*Austriæ CAROLI Episcopi Vratislavi-* ...*hiatro & Physico Reip. Vratisl. fami-* ...*e fuit:* — D. Bucretii.

...ccor. Veron.	Heder. terr.
Plantag.	Pulmonar. maculos.
Agrimon.	Scabios. aã. ℥viij.

...d. Consolid. major. concis. & contus. ℥iv. Limac.

Limac. è ſuis conchis extr. &
n. XII.
Caudar. ♋. fluviat. n. XV.
Hepat. vitul. in fruſta minuta
n. ij.
Lact. caprill. gallon. ij.
Digere per triduum in MB. dein de
hac aqua exhibe 3. vel 4. hauſtus tab
guli hauſtus edulcorandi ſaccharo

Aqua Antihectica Schraderi.

AQUA Antihectica D. Joh. SCHRO in Pharmacop. Edit. III. l. II. c. 38.

℞. Herb. heder. terr. hyſſop.
rotell. Centaur.
adianth. ſcabioſ.
Cichor. pimpinell.
Quinquefol. Acetoſ.
Epatic. Pulmon
m. j.
Flor. borrag. bugloſſ.
papav. rhæad. roſar. ãã
Rad. Cichor. Enul. ãã
Pimpinell. ℥j.
Cancror. fluv. contuſ. n. XXV.

Et cum lacte caprino infunde & de MB. quæ ad cochl. ij. ſumta hectica tibus mirè prodeſt acrimoniam obtundendo, adeoque nutritionem dando. *ALIA Aqua Hectica* apud *SCHROEDER. l. a.*

Herb. pimpinell. millefol.
Epatic. ſtell. agrimon.
veron. Naſturt. aq. aã. m. j.
Sem. 4. frig. maj. aã ℥ß.
Flor. borrag. bugloſs.
Cichor. Roſar. aã. p. j.
Rad. Cichór. Enul.
Pimpinell. aã. ℨvj.
Cancror. fluv. n. xiij.
Limac. n. xvj.
Sangvin. vituli nigr. ℔. j.
Pulmon. vituli ℔. ß.
Aq. Epatic. ℔. j.
Lact. caprin. q. ſ. F. Infuſ. & deſtill. in MB.

...ica quoque *Aqua Antiphthiſica Magi*... Rever. *Patr. F. SICLI Capucini, alias* ...ALLI *dicti Sereniſs. Ducis Mantuæ* ...tri, quam ex ſecretioribus ejus *Re*...ss. deſcribere placet. Aq. Antiphthiſica P. Cavalli.

Aq. Violar. ℔. iij.
è flor. & fol. ſalv.
Seri lact. caprin per ſucc. Limon. depurat. aã. ℔. jß.
Pulmon. vituſ. n. jv.
Hepat. eorund. n ij.
Carn. capon, juven. cum oſſibus contuſ. n, ij.

Hepat.

Hepat. gallinar. n. Xij.
Pulmon. vulp. rec. vel præp. n. ij.
Inde omnia minutim & destill. Aq. s. a. s
NB. Huic aquæ post adde
Sanguin. porcell. dimidii anni ℔. ii
Lact. Asinin.
Caprill. aã. ℔. ij.
Succor. depurat. farfar. pulmonar
latifol.
heder. terr. scabios. aã. ℔. j.
Fol. pulmonar. primæ Matthiol.
Gallicæ
Auricul. mur.
Botryos aã. m. jv.
Caudar. Cancror. fluv. n. XXX.
Limac. è suis test. extract. n. XX.
Flor. Rosar rubr.
Hord. cum cortic. aã. p. vj.
Flor. viol. Borrag. aã. p. jv.
Pomor. dulc. Appior. n. Xij.
citr. matur.
aurant. aã. n. j. ℔. j.
Rad. Consolid. maj. alth. aã.
Liquirit. Chin. decoct. minutim i
cis. aã. ℥jv.
Santal. rubr. ℥iij
Micæ pan. albiss. ℔. jß.
Pineor. mund. rec. Pistac. virid. aã. ℥
Medullæ Nuc. Indic. ℥jv. Sp

Spec. Diamarg. frig. Diamarg. cal. aã. ʒß.
Croc. or. ℈ij.
unde hæc in ſupra dicta Aq. magiſtr. &
f. ſ. a. Doſ. ʒij. ad jv. cum gutt. ij. ol. 🜍.
campan. & cum ʒß. Juleb. roſat. aut
ʒij. ſacchari c. pulv. 3. vel 4. hor. ante
ndium.

ltimo his Aquis ſubjungenda *Aqua* leptica *Dn. D. DANIELIS WIDHOLZI* ſici. *Auguſt.* meritisſimi, quam (referen- us filio *Joh. Ulrico WIDHOLZIO Phyſ.* ayrenſi *in Litt.* ante aliquot annos transmisſis) in frequentisſimo habuit in hecticis, phthiſicis, à morbo ema- in omni virium imbecillitate, quia ha- m nutriendi, conſolidandi, corrobo- di, quin & infantibus præbuerit maxi- utilitatem, ſi offeratur in inappeten- yſenteria, diarrhœa, cum in his affe- nihil comedant, hæc aqua ipſis nutri- & medicamenti locum ſuppeditet. Cochl. aliquot mane & veſperi in- is. Aq. Analeptica D. VVidholzi.

Deſcriptio talis eſt.

Capon. dimid. nigr. medio diſſect. coq. in ſ. q. brodii Carn. bubul. non ſalit. donec carnes ab osſibus ſeparen- tur, contunde & exprime, poſt
Hujus brodii ℔. jv. in hoc brodio de- coq.

Cremor. hord. excortic. ℥jß.
Oryz. ℥i.
In colat. coq. Limac. eviſcerat. n. LX.
rum coq. ad cremor.
adde Capon. alter. part.
Pulmon. vitul. nigr. calent. n. j.
Medull. pan. albiſs. calent. ℔. ij.
Caudar. Cancror. fluv. n. XXV.
Herb. Pulmonar. Pimpinell. ſang
ſorb.
Veron. Hyſſop.
Agrimon. Salv. nobil.
Flor. Anthos Borrag.
Bugloſs. Roſar.
Violar. aã. m. ß.
Pinear. mundat. Piſtac. aridor. aã
Cortic. Citr. Lign. Aloes aã. ℥ß.
Cinnam. ℥iß.
Vin. alb. groſſi
Succ. Scabioſ. Heder. terr. aã. me
inciſ. & cont. macerentur, & F. deſtil
NB. Uſus talis eſſe poterit:
℞. Aq. Analeptic. hujus ℥vj.
Cinnam. ℥vi.
Conf. Alcherm. ℥i.
Solut. Margarit. ℈i.
Corallor. ʒß.
Ocular. ♋. ℈ii.

Ambr. gryſ. gr. iii cum ſp. roſ. ſol.
Confect. man. Chriſt. perlat. ℥vi.
eſtatur prædictus *D. Widholzius Junior*,
entem ſuum aliquot phthiſicos hujus
æ efficaciâ perſanaſſe feliciter.
oterunt prædictæ *Aquæ Inſtaurantes* in
hiſi & Hectica utilisſimum præbere ve-
lum duorum *Remediorum Poteriano-*
conſumtionem corporis impediendo-
dicatorum. *Primum* vocatur *Antihe-*
m POTERII, quod ænigmaticè de-
bit *Cent. III. Curat. 83.* baſis, *inquit*, illius
tella ſignata Regis, cui benigna ♃ præ-
a adveniens, Balneo maris medio, pura
mica Naturæ fit, ut ſic depurata & opti-
defecata hominem ſibi reddat benevo-
non eum vexando, ſed amica ſocietate
ſaturando, conſopitis videlicet male-
aſpectibus, ſummam pacem vitalibus
ibus tradendo. Doſ. hujus pulv. ad
uam non raro in Praxi in principio
i ipſemet ſalutarem attuliſſe operam
tus ſum. *Alterum* remedium eſt *Dulce-*
uminis, quam & *primum Ens Aluminis*
ur, & *Mannam Aluminis*, in qua præpa-
ne *POTER. Pharmacop. c. VII. pag. 126.*
um conſiſtere ſtatuit in putrefactione
coctione, quod alumen duplicem poſ-
ſubſtantiam, unâ, quæ frigori expoſi-

Antihecticum Poterii.

Dulcedo Aluminis Poterii.

ta coaguletur;alteram,quæ solo calore d
setur,adstringens admodum & parum a
da, prior vero acida & dulcedinis p
ceps. Tectè à *Potero* describitur *l. 4.* co
pendiosiori via alii ita procedunt: 1. fiat
puratio. ℞. Alumen sacchar.aut roch. so
in Aq. pluv. coq. in alemb.donec spum
exhibeat (quod fit saltem ab alum
Sacchar. non rochæ) spuma cum co
leari ligneo separanda, rursus coq.
Inter coq. adde ⁂ tunc Alumen dep
⊖ suum in superficiem instar spumæ co
leæ, quæ rejicienda, filtra solut. & de
matum Alumen, infunde in vas ligne
ut crystallisetur. 2. Cohobatio ejus & fixa
℞ purificat. hujus Alumin. ℔ jß. destill
XX phlegma, lentissimo △ usque ad sicci
tem, cavendo ne Spir. ascendant; fed
alumen. saltem terra alba fiat, quam
prægna proprio phlegmate & cohob
Separatio Terræ adstringentis per filtr
philosophicum. Sumatur ☠ ♀.ex quo o
⊖♀ extractum, hoc reverbera in crucib
aperto △ per mediam horam, ut fiat te
porosa absque omni salino sapore. H
terram tartaream philosophicam inde fil
chartaceo, rursus supra terram aliam p
chartam bibulam, in quam Aluminos
terram proprio phlegmate solutam filt

acida terra aluminis attrahitur ab ignea
rea filtri, & saltem dulcis terra transit fil-
m cum phlegmate proprio, quam rur-
coagula per destill. abstrahendo phleg.
repete solut. hujus cum proprio phleg-
e, & filtrationem per terram ♀. rursus
iam & reverberatam tertia vice, sic Alu-
n deponit per ▽ à phlegmate omnem
am adstrictoriam & crystallisatur pri-
n *Ens Aluminis* in frigore instar Saccha-
uod ex sapore cognoscitur, & summum
bratur *Antihecticum*. Cujus usus talis:
℞. Aq. *Analeptic*. ℥ii.
Cordial. citrat. ℥j.
Essent. perlar. ℈ß.
Ocul. ♋. ℈ß.
Mann. Alumin. ʒß. m.
℞. Mannæ ♄ni nitrati
Margarit. præparat. aā. ʒii.
Primi Entis Alumin. ʒß.
Elect. Resumtiv. Nicol. ℥iii. cum Juleb. rosat.
mistura, de quà exhibendum in Aqua
leptica.
SYRUPI ex cancris ad phthisin. paran- Syrupus Antiphthisic9 Neandri.
tque famosiores sequentes
SYRUP. Anthiphthisicus Joh. NEAN-
Medici Bremani in Tabacolog p. 114.

℞, *Carn.* ♋ *fluviat.*
Limac. in aq. peti coct. aã. q. s.
Pinear mundat.
Amygd. dulc. Papul.
semin. 4. frig. maj. aã. ℥ß.
Fol. Tabac. m. i.
Herb. hyssop. m. ß.
Sem. fœnic.
Rad. liquirit. aã. ℥ii.
Coq. in aq. pluv. & adjecto sacchar
Syrup.

Pulverini. 2. *SYRUPUS de cancris Joh. Hieron.* *PULVERINI Prof. Neapolitani* in de *rand. morb. c. XLIII. p. 441.*

℞. sem. 4. frig. maj.
papav. portulac.
lactuc. malv. aã. ℥ß.
Fl. violar.
Sebesten. Jujub.
Hord. mund. Passul. enucleat. aã.
Hera. capill ♀. hyssop. sicc.
Gran. myrtillor. aã. ʒiß.

Decoq. in aq. hord. in qua decoct. fuer *cancri fluv. loti* prius Aq. cineris pedibu eorum capitibus abscissis, dein facta co adde Sacchar. alb. q. s. capiat æger ℥ii. ℥ß. aq. capill. ♀. qui Author quoque ad bem commendat Syrup. de Cervone s.

...tibus, de qua analogia serpentum & cancrorum sæpius jam dictum fuit.

...RUPUS *Antibecticus RIVERII.* Riverii.

℞. Testudin. lacustr. aut fluv. in frusta dissect. ℔. ii.
Cancror. fluv. vivor. confract. ℔. iß.
Sem. 4. frig. maj. aã. ℥i.
Limac. per medium sector. m. ij.
Succ. veronic. maris
melon. aã. ℔. i.
Vini alb. ℔. vi.
Succ. Nicotian. ℔. iß.
Uvar. Corinthiac. s. passul. q.s.

...gere in vitro per 3. d. post destill. è cineri..., & ex liquore destill. & Saccharicand. ...iv. F. syrup. dos. ℥i. paulo ante pastum, ...dendo usus tempore
Lactis ♀.
perlar. aã. g. vii. m. & exhibe,

3. *SYRUP. de Cancris OSWALDI GREMS* Grembs. ...lisburg. in *Arbor. Hom. l. I. c. 1. sect. 9.* §. 57.

℞. *Cancror. fluviat. n. XL.*
Testudin. n. iv.

...rnes eviscerentur ab ossibꝰ, bullient cum ...salis farfarini, dein abluantur vino albo ...onec mollescãt, dein abluantur Aq. Rosar. ...tunc Aq. adde Herb. Capill. ♀. Polytrich.
Cichor. Endiv.
Hepatic. borrag.
bugloss.

buglosſ. Fumar.
Ceterach. aã. m. ii.
beton. meliſſ, aã. m. ß.
Sem. papav. lactuc. aã. ℥i.
bulliant ſ. a. F. Colat. adde Sacchar. F. Syr
qui ſumatur cum Aq. Limacum vel An
leptica.

Lohoh Rondeletii. Præter hæc Remedia Liquida *ex Can*
parantur quoque Medicamenta

2. In forma media inter Liquida & ſo
da, qualia ſunt Lohoh & Electuaria. *Lo*
Cancrorum RONDELET. in de medicam
Intern. p. 1014.

℞. Conſerv. Roſar. antiq.
ſymphit. aã. ℥i.
Gumm. tragac. & arab. leviter tor
fact.
Ciner. ♋ *fluviat vel marin. ante & p*
uſtionem lotor. in aq. roſar. aã. ℥
Corall. rubr. Bol. armen.
Terr. ſigillat. aã. ʒi.
ſem. papav. alb. Plantag. aã. ℥iß.
Cum Syr. de Roſ. ſicc. F. Lohoh.

Deutſchländeri. *Lohoh de cancris* aliud *à D. Jona Deutſ*
ländero Reg. Maj. Polon. Medico, & *Præſ*
Frauſtadienſi, Collega curioſo præproperè n
mis viventium numero erepto commun
catum.

℞. *Cancros fluv. aliquot, inebrientur* lact
capri

caprino, post coq. in aq. hordei, post laventur carnes lixivio calido, secundum quater aqua calida dulci, tertium demum aq. frigida, sume hanc ℞. carnem;

de Pector. capon. coct.
Amygd. dulc. mundat. aã. ℥ii.
Pistacior. ℥i.
Lact. bubul. ℥iii.
Saccharic. alb. penid. aã. ℥iß.
Sem. papav. alb. ℨij.
s & fructus minutissimè pistentur & lentum F. Lohoh.

ELECTUARIIS celebre
ELECTUARIUM ad Phthisin Barthelom. MONTAGNANÆ Antidotar. c. XIX. §. 8. Elect. Montagnan.

Caudar. cancror. fluv. præparat. ℔. ß.
Sem. Endiv. Acetos.
Scariol. lactuc. aã. ℨiß.
Pinear. mundatar. ℥ii.
Sacchar. secund. decoct. ℥iv.
Mell. violac. q. s. F. Elect.

ELECTUARIUM ad Hecticam Joh. HEURNII de Febrib. c. V. p. 23. Heurnii.

Carn. Cancror. fluv. Testudin.
Cochlear. Capon. aã. p. æq.

ex Aq. adde Ol. Amygd. dulc. rec. ℥iii. à coctione fiat Colat. Colat.

℞. ℔. ij. adde Amygd. dulc. ℔. i.
Sacchar. alb. ℥iii.

Coq. ſimul ad conſiſt. mellis, dein add[e]
ſcriptas carnes tuſas, adde
Camphor. ʒi.
Raſur. ebor. ʒii. m. pro Electu[ar.]
Mane ſumatur ℥i nutricatui ſtudet, fa[c.]
hæret partibus, nec à ſqualido calore d[iss.]
patur.

ELECTUARIUM Antiphthiſicum Fr[...]

Bartoleti. *BARTOLETI in Encyclopædia:*

℞. Pulmon. vulp. rec. præparat. & [...]
cat. ℥ii.
Pulv. teſtar. cancror. fluv. ℥iß.
Succ. Liquirit.
Radic. pulmonar. rec. aã. ℥i.
ſem. fœnic. ʒx.
Sacchar. alb. fin. ℥viii.
Mell. alb. deſpumati ℔. i. m[.]
Elect.

3. *Denique in forma ſicciore* varia [...]
cris *Remedia Antiphthiſica*. Potiora ſun[t]

Paſta Regalis ex canc. 1. *PASTA REGALIS QUERCET.* in [...]
tet. c. XIII. p. 79.

℞. Pulp. Capon. aſſi
perdic. aſſat.
Carn. teſtudin. nemor.
Cancror fluviat. in vino albo i[...]
& in aq. hord. decoct[...] P[...]
℥iv.

Pinear. rec. mundat. in aq. Rof. tepida per 4. hor. infufar. ℥iii.
Amygd. dulc. excortic.
Semin. 4. frig. maj. mundat. aã. ℥ii.
Penidior. ℥ß.
...ntur omnia fortiter in mortario, dein ...eraceum cum aq. Rof. trajiciantur; adde
Sacchar. albisf. in Aq. tuffilag. & rof. fol. ℔. i.
Saccharicand. ℥ii.
Gumm. tragacanth. ℥iii.
...q. ad △ lentum ad convenientem glu...ionem, cum refrigefcere cœperint adde
Margarit. præp.
Corallor. præp. aã. ℥ß.
...ua compofitione paftæ pro lubitu for...dæ, & iterum coq. ad fufficientem us...decoctionem & exficcationem.

MARTIUS Panis PLATERI Tom. II. ...p. 224. Martius Panis.

Pulp. Capon.
Coxar. Ranar.
Caudar. Cancror. fluv. coct. in aq. portulac. & rofar. aã. quart. ß.
...unde optimè, & adde
Amygdal. dulc. mundat. ℥ii.
Nucleor. pinear.
Piftacior. prius in lacte macerat. aã. ℥iß
...m. cucurbit. mundat. ℥ß.

Amyli

Amyli ℥ii.
Sacchar. alb. quart. i.
Margarit. contuſ. ʒß.

Irrorentur cum pauca Aq. Cinnam. F. f
cum lacte & vitell. ovor. n. ii. coq. in
bano.

Pineolata. 3. *PINEOLATA HARTMANN.* P
Chym. p. CLV.

℞. *Carn.* teſtudin.
Cancror. aã. ℥i.
Nuc. pinear. in aq. Roſ. macerat.
Spec. diamargar.
diatrag. fr. aã. ʒi.
Flor. 🜍.
Rad. Ireos aã. ʒß.
Sacchar. in Aq. capillor. ♀. ſol.
F. Pineolata.

Convenit cum *Pineolata RONDELE*
quam recenſet *l. II. Prax. c. 12. p. 351.* &
manentibus pineis integris in forma pi
lati parat, quod ſi addantur Amygd.
tuſ. *F. Torta*; magis tamen Pineolatam
dat, quod, dum pulv. decoq. in furno, hu
ditas amittatur.

Placentæ. 4. *PLACENTÆ, PANDALIA.*
TER. T. II. Prax. p. 225.

℞. *Pulp.* Coxar. Ranar.
Cancror. fluv. aã. quart. ß.
Coq. in aq. portulac. & hord. mundi,

Sem. 4. frig. maj. rec. mundat. aā. ℥i.
papav. alb. ʒii.
Passular. enucleatar.
Sebesten. aā. ℥i.
his pulpis permisce
sec. Elect. Resumtiv.
Diatragac. frig.
Diapenid. aā. ʒiß.
Nucleor. pin.
Pistacior. aā. ℥ß.
Sacchar. penid.
candi aā. ℥ii.
infusione gumm. tragac. in aq. Ros.
F. Placentæ.

GLOBULI vel tesseræ incrustæ auri ex caudis cancror. fluv. ex carne pas-cum sem. melon. parantur à *VALLE-LA l. V. Observ. Med. c. 6. f. 222.* Globuli;

PASTILLI PULVERINI Med. Nea- l. de Curand. morb. c. XLIII. p. 442. Pastilli.
Carn ♋. fluv. optime præparat.
Ranar. Aquatil.
Testudin. & Limac. s. a. præparat.
singul. p. æq.
in Aq. Endiv. & capill. ♀. ad suffic.
decocti ℞. ℔. i.
de semin. 4. com. ℥i.
Malv. lactuc.
Papav. aā. ʒii. cum sacchara albiss.
F. pastill.

7. MOR-

Morſuli Ponæ. 7. *MORSULI* ſubſtantificè *humectan*[tes] *Franciſc. PONÆ Medic. Veron. in Medic*[...] *Anima ſ. Praxi Rationali*:

℞. Pulp. capon. thoracic. coſtæ.
Caudar. Concror. fluv. aã. ℥iv.
ſem. 4. frig. major. ℥i.
Ambr. griſ. gr. iij.
Sacchar. finiſs. ℥vi. F. Morſul.

Mynſichthi. *Alii morſuli Refectivi de cancris recenſ*[...] *à Mynſich. Armam. ſ. VIII. p. 172.*

℞. *Carn. cancror. fl. in aq. pectoral. co*[...]
℥ii.
Conſerv. Roſar. Damaſc. ℥iß.
Pinear. mundat. piſtac. virid.
Amygd. dulc. aã. in aq. ſcabioſ.
♀. macerat. ℥i.
Sacchar. albiſs. in aq. pulm. vitul.
℥xvi. m.

adde in f. ſyr. maſtichic. ℥ii.
Lact. 🜂. ʒii.
Margarit. trochiſcot.
Ol. n. moſchat. expreſs. aã. ʒi.
Balſ. 🜂. aniſat. ℈i. m. F. morſ. doſ.
ad ℥ß.

Liddelii. Confectionem quoque in *Morſulos ex ca*[...] ♋. præparat. cum pulp. capon. in aq. [...] elixa habet *Duncanus LIDDELIUS de* [...] *brib. l. I. c. 12. p. 122.*

Notat tamen *RONDELET.* in de m[...]

int. 1019. carnis miſtionem in Morſulis adeo convenientem eſſe, quoniam nimin furno exſiccetur, corrigi tamen ſi in fruſta ſcindatur, & cum jure pa-

BOLI impaſtati ad eum modum, quo ordinata à Hiſpanis parari docet *Caſtro* us. Praxi. — Globuli D. Caſtri.

Carnes ♋. fluv. in aq. bord. elix. ℔. ß.
Farin. hord. optimæ quart. i.
Amygd. dulc. & pinear. rec. aã. ℥i.
Sem. melon.
cucurbit. rec. aã. ℥ß.

na minutisſimè inciſa macerentur in coct. carn. ♋. contuſæ carnes miſceantur farina, dein omnia excipiantur prædi jure, addendo Sacchar. alb. ℥iv. F. paſta qua formentur Boli ad inſtar pineolati in furno tepidiore coquãtur, addi poteinte coct. margarit. aq. roſ. præparat. ʒii.

ut ſequenti modo ex præſcriptione *præ*. D. CASTRI: — Aliò modo.

mixtur. carn. ex carne ♋. in decoct. bord. & aq. Cichor. coct. & gallinar. carn. per ſetac. transmiſſar. ℥iii.
ea uniantur ſem. 4. frig. maj. ʒß. ℞.
ta ſeorſim.
Spec. diatrag. fr. diamarg. fr.
dia papav. aã. ʒi.

Gumm.

Gumm. tragac. pulverif. ʒß. m. ser-
orsim

Dein ℞. Sacchar. albiss. ℥viii. dissolv-
℥iv. aq. Cichor. & ℥v. Aq. Endiv. &
aq. Rosar. lento △. coq. ad consisten-
solidam tanquam pro Tabulis, extrah-
△. m. carnes fortiter agitando in gy-
donec perfectè misceatur in unam co-
cum vides sacchar. alb. fieri, tunc se-
agitando misce pulv. prædictos, quibu-
ne commixtis, antequam indurescat, si-
los vel Tabellas divide.

pulv. Haly correctus. 9. *PULVIS Antiphthisicus HALY à*
LESCO commendatus, *Cancros* quiden
cundum ejus descriptionem non rec-
correctiorem tamen *pro Officin. Vrat-*
ordinavit *D. Michaël DOERINGIUS*
Reip. Patriæ meritissimus, quæ ex i-
schedis mss.

℞. Sem. papav. alb. ʒiiß.
Cucumer. melon.
Cucurbit. Citrull.
Cydonior. omnium excortic. aa.
portulac. alth.
malv. bombac. aã. ℈iv.
Flor. 🜍 ter ♎t. ʒii.
Gumm. arabic. Tragac.
Amyl. Succ. liquirit.
Ciner. Cancror. fluv. aã. ʒi.

Sacchari c. albiss. ad pondus omnium.
F.pulv.s. a.

0. *Magisterium ex Carne Cancrorum*, Magister. ex carne canc.
...um modum, quo Hispani parant magi-
...um Testudinum, notante *D. CASTRO*
...*Prax.* ℞. *Carn.* ♋. leviter coct. ℔i. in-
...e ⊖ prunell. ex ⦶ & ⊖ beton. aã. ℥iß,
...mè contunde carnes in mortario lapi-
...donec Sal undique commisceatur, de-
...sicca supra fornacem in hypocausto
...erato calore, iterum contunde, immit-
...elicano cum Aq. scabios. pulmonar.
...ag. & botryos Sp. ⊕ acidule reddita,
...s. ut supernatet digitis 4. Stent carnes
...licano in tepore balnei diebus 24. ad-
... Essent. Citri Castri ℥iß. dein extra-
...& beneficio ol. ♀. ⥱tur caro in pulv.
...a in aq. viol. aut Rosar. Demta aqua
...nclinationem lavetur pulvis iterum
...cabios. & botryos, & suaviter siccetur
...pocausto, tunc
... *Magister. hujus Carn. Cancror.* ℥iv.
margarit.
smaragd. aã. ʒi.
Carn. Papagalli siccat.
Cord. & pulmon. anat. silv. siccat. aã.
ʒii.
...vis in phthisi præstans, nisi sit despe-
...os. ʒß. ʒi. per multos dies hor. 4. an-

te prandium cum ℥ii Aq. antiphth. vel [...] limac. aut ♋. Non suppetente carne p[...] ci propter raritatē, substitui poterit d[...] quantitas pulv. cord. & pulmon. anat[...]

Externa Remedia è ♋. Præter *Interna Remedia ex Cancris* [...] Phthisi & Hectica non minus Utiliter [...] *cri* propter humectationem & refriger[...] nem Externè adhibentur. Magni nom[...] & summæ Experientiæ Medico - Chym[...]

Ungv. Rehfeldi. Erfurtensis *Dn. D. REHFELDIUS in Re[...] Morbor. mss. ad Hecticam* pro inunctio[...] spinæ laudat *Linimentum*, quod

℞. Ol. avellan. vel amygd. dulc.
Mucilag. sem. Cydonior. *Succo* [...] *cror. fluv. colat. extract.* aā. ℥i.
Lact. Muliebr.
Butyr. rec. aq. viol. lot. aā. ℥ß. m. ag[...]
adde Ceræ alb. ℥iß.
Camphor
Essent. ♄ni aā ℈ß. m.

Ungv. de Cassia. *D. BEZA Medicus Argentoratens.* pauci[...] hinc annis sat celebris seq. usus ungv. [...] *Cassia* dicta *ad Hecticam*, quod

℞. Pulp. Cassiæ fistular. ℥iii.
Butyr. insulf. ℥Iß.
Axung. gallin. Medull. crur. vitul[...] ℥v.
Ungv. Resumtiv. Filii Zacch. aā. ℥[...] papaverin. aā. ℥vi.

Mucil[...]

Mucilag. sem. psyll. cydonior.
alth. aq. Ros. extr. aã. ʒiß.
Juris pingv. capon. castrat.
Lact. muliebr. aã. ℥iiß.
Succ. semperviv. ℥ß.
Cancror. fluv. ℥i.
Aq. album. ovor. agitat. ℥ii.
Farin. hord. ℥i.
Pulv. Rosar. Santal.
Coriandr. præparat. Corall. rubr.
præparat. aã. ʒi. m. & cum
Lact. & decoct. hord. F. Linim. s. a.

VI. In Hœmoptysi.

In Hæmoptysi.

In Sputo cruento & Hæmoptysi non mi- proficuus *Gammarorum & cancrorum*, ut pleraque de Phthisi recensita Re- dia in Sputo cruento adhiberi possint, od præter vim refrig. & turgescentem guinem frænandi, coagulatum cruorem olvendi, simul polleant vi balsamica à edine pulmones præservando & con- dando. Imprimis tamen præcellit *Un- um potabile Rubrum è cancris*, cujus de- ptio infra *cap. VIII.* §. *9.* subjungetur. observationem singularem subnecto *u hujus Butyri cancrini*. Nobiliss. Dn. Rischwitz turmæ Equestris præfectus in a ad Witstockium ante 27. annos glo-

Observatio

bo tormenti ſub ala dextra vulneratus tanto impetu, ut coſtarum ſuperiorum in iſto latere ſimul contuſa fuerit, a tempore per pluſculos annos ſtatis tem ribus ſuccesſit Hæmoptyſis copioſisſim ſæpe pro deſperato relictus fuerit, nih minus hujus cancrini butyri quotidian ſat vegetus vitam protraxit, ut bellicis boribus in nupero Suecico Danico b Vice-Tribunus incumbere potuerit, d contracto in Juttlandia Scorbutico erosis pulmonibus demum Ao. MDCL mense Majo phthiſi ſuccumberet. Is ſ hujus *Butyri* ſaluberrimum uſum tum in ipſo, tum in aliis oretenus commend & exemplum alterius Nobilis phthiſici fecti Dn. de Sigrodt in Diſtrictu Na vienſi degentis adduxit, qui plurimos annos ex hac Medicina firmam ſen operam.

Præter hoc *Unguentum cancrin* *HARTM. in Prax. p. 149. in Sputo ſang* *Magiſter. Oculor. cancri* commendat, collegio Morellian. *mss. Exc. D. Joh.* *chaëlis Eſſent. Oculor.* ♋. cum Eſſ. flor. peric. miſtam in aq. plantag, aut burſ. ſumtam.

Et hæc de *uſu cancrorum & Gam* *rum* in morbis Pectoris ſufficiant.

CAP

CAPUT V.

ammarorum seu Cancrorum Usus specialis in mor- Mediæ Coporis Regionis, quatenus COR primario afficiunt.

enorum mortiferam turmam *Cordi Metropoli Corporis Humani* tum clam ias struere, tum aperto Marte aggredi imis cum experientia Authorum con- est; non minus etiam quod *cancri* ntegro corpore, *tum* lapillorum vere articorum pretioso subsidio suppetias exoptatissimas. Quod *lapidi Bezoar-* apilli Cancrini non solum æquipa- sed & præponantur, supra *l. II. sect.* testimonium adductum fuit. Ob hanc *Bezoarticam*, quam ex balsamo Terræ ali accessisse sæpiuscule commemora- uit, *Lapilli Cancri Cor* maximè robo- dissipando noxias fuligines superent, enorum vim frangant. Ideo cum Remediis, quæ exiccandi & corrobo- facultate prædita sunt, citra alicujus refactionis, vel condensationis exces- ut sunt Unicornu, Rasur. Ebor. C. C.

De Usu Gammarorum in Affectibus cordis.

Lapillorum canc. vis Bezoartica.

Conchylia præp. Margarit. præp. *Lapis B*
zoar, etiam *Oculos Cancri* optimè pro
in Peste notat *Joh. HENNEMANNUS*
sing in Idea Loimod. p. m. LXIII. Is ad
Linimi. c. Ocul. canc. stem commendat ol. seu pinguedinem
Cornu Cervi crudo cum additione *Ocu*
rum Cancri cum vino præparatam, exhi
tam cum aceto theriacali destillato à g
iij. ad v. manè tantum. *ibid. p. XLVIII.*

Extractum Theriacale. Non minus *Extractum Theriacale*
p. XLVI. ℞. Theriac. elect. ℔. j. extrah
cum Aceto Spiritus, donec acetum n
amplius sapiat Theriacam, post extra
destill. per XX. tunc in fundo manet ex
ctum, cui adde ad ʒi *Oculor.* ♋. Unic
Lap. Bezoart. aã. ℈ß. de quo sumend
instar grani tritici, superbibendo coch
unum de Aceto Theriacali.

Acetum. Præscribit quoque *Acetum Bezoart*
verum pro usu interno *IDEM ib. p. XL*

℞. Lapid. Bezoart. ʒi.
Cancri ocul. ℈iiß.
Rubin. præp. ℈i.
Smaragd. Sapphir. præp. aã. ʒß.
Margarit. Corall. alb. præp. aã.
Oss. de Cord. Cerv. ℈ii.
bubul. ℈iiß.
Bol. Armen. Orient. ℈v.
Lign. Aloes præp. ʒß. F. pulv. subtil.
perfunde ol. ⊕ ℈ii.

t in vitro clauſo in loco calido per ali-
ot dies, poſt ſuperfunde Acetum vini ad
inent. latit. duorum digit. extrahe ſpi-
hoc fac aliquoties, donec Acetum non
plius tingatur, poſt iterato ſuperfunde,
ʒß. ſtet in loco calido per aliquot
t, altera poſt vice cum aceto extrahe,
itum, & conjunge extracta, de quibus
ibe cum acet. theriacali gutt. iij. *IDEM* Pulv. Craton. acut.
Hennemannus Chymicus ſuo ævo celeber-
us cum *l. a. p. XLIX.* enarraſſet *Pulv.*
tonis Conterranei ſui ad præſervationem
divitibus probatisſimum ex Margarit.
all. rubr. C.C. uſt, granat. præp. rubin.
p. Raſur. ebor. Unicorn. veri aã. ʒß.
gm. hyacinth. ſmaragd. rubin. præp. aã.
addit; vellem ego his addi oſſis de cor-
ervi, de corde bubulo, *de Ocul. Cancri*
apid. Bez. aã. ℈ß. Camphor. gr. i. tunc
præſtantioris efficaciæ. Ab *Eodem* Cum Oculis canc.
ntur *MORSULI* ad *peſtem* ſeq. l. a. p. LI. Morſuli.

℞. Unicorn. veri ʒi.
Corall. rubr. præp. *M*argar. præp. aã. ʒii.
Oſſ. de Corde Cervi. Lap. Bezoartic.
Oculor. *Cancr. aã.* ʒß.
Emulſ. ſem. citr. cum aq. Roſar. q. ſ.
Succ. limon. aut acetoſ. citr.
Granator. acidor. aã. ʒvi.

Ol. ex cort. citr. g. v.
Conserv. Rosar. acetosell. aã. ℥iii.
s.a. Morsuli.

Potiuncula. Ad *Expulsionem in Peste* potiuncula in *pag. LXXI.* quæ

℞. Extract. Theriac. c. acet. fact. ℈
Unicorn. veri gr. jv.
Lap. Bezoart. gr. iii.
Ocul. ♋. *præp.* gr. vi.
Camphor. gr. ii. cum acet. theriac.
aq. acetos. F. potio.

Mistura externa. Tandem & *Oculos Cancri IDEM HER-MANN. p. LXVI.* in Peste externe adhi- *mixturâ* obducendum corium in forma usitata cordiali cum sindone rubro du- cato:

℞. Cortic. Citr. limon. recent. ãa. ℥i. co- tusis adde
Cons. fl. borrag. ℥iii.
Rosar. ℥i.
C c. ust. præp. *Oculor. Cancr. præpar.*
aã. ℥iß.
Corall. rubr. Rasur. Ebor. aã. ℈iii.
Margarit. præp. ℈i.
Fragm. lapid. pretios. præp. aã. ℈ß.
Bol. armen. Orient. Terr. Lemn.
℈iv.
Electuar. camphorat. Kegleri ℥ß.

Suc-

Succ. Limon. depurati q. s. F. Mixt. liquidiusc. pro usu externo.

...et Usum in Peste *Oculorum Cancri*, et in *Febribus malignis* commodissimè re... Alexipharmacis adjunguntur. *Excell.* ...ndr. *Knœffelii Archiatri* R. Polon. & ...*Pulvis ad Febres malignas* non infimæ ...fuit sequens ab ipso crebra experienta ...probatus: In febribus Malignis. Pulv. Knœffelii.

...♁, alb. fix. diaphoret. ℥iii.
Bezoart. mineral. ʒi.
☉r. ʒ ʃ.
Magist. Corall. Margarit. aã. ℈i.
Hyacinth. Ebor. aã. ʒß.
C.C. præparat. ℈ii.
Oculor. cancr. ʒi.
Apicum C.C. philos. præparat. ℈ii.
Lap. Bezoart ʒ ʃ.
Terr. sigillat. ʒi.
Baccar. herb. Parid. ʒiii. Dos. ℈i.

...congeneres sunt *Pulveres Bezoartici* ...*nnerti, D. Döringii & D. Rumbaums* ...*slaviensium*, qui singuli prostant *in* ...*nis Vratislaviensibus* creberrimi usus, ...oribus malignis, variolis, morbillis, ...i morbis, qui diaphorisi opus habent.

...LVIS BEZOARTICUS *Excell.* SENNERTI. Pulv. Bezoartic. Sennerti.

℞. C. C.ſ. uſt.præparat. ʒix.
Ocul. cancr.præparat. Terr.ſigill.
Succin. alb. præparat. Margarit.
parat.
Corall. rubr. præparat. aã. ʒii.
Oſs. de Cord. Cerv. vel C.C. uſt.
ſucco ſcord. præparat.
Hyacinth. præparat. ſmaragd.
parat.
Rubin. præparat. aã. ʒi.
Lap. Bezoart. or. veri ʒii.
Fol. ☉. n. xxiv. m. doſ. ℈i.

Doringi. *Pulvis* Bezoarticus *DOERINGII.* phyſ. tisl. Polychreſtus dictus, vulgo das Pulver

℞. C.c. uſt. præparat. *Ocul. cancr. p- rat. aã.* ʒiß.
ſuccin. alb. præparat. Corall.
præparat. aã. ʒi.
Margarit. præparat. Cran. hum.
parat. aã. ℈ii.
Smaragd. præparat. Sapphir.
parat.
Hyacinth. præparat. Rubin. præp.
Unicorn. veri aã. ℈i.
Fol. ☉.
☽. aã. n. iii. m. F. pulv.

Refert laudatus *Dn. D.* DOERINGII *mss. ejus Obſervat. penes* me ſervatis

1616. primum præscripsisset hunc pul-
pro familia Dn. Abrahami Seileri
arii Vratislav. illumque eximiè con-
sse expertus, illum non solum familiis
quoq; præscripsisse, ut haberent reme-
domesticum pluribus usibus & præser-
repentinis affectibus aptum; sed & po-
pro communi usu Officinarum Phar-
euticarum ordinasse.

enique Doct. C. RUMBAUMS Pulv. articus componitur ex — Rumbaumi.

uccin. alb. præparat. ℥iiiß.
Corall. rubr. præparat. ℥iiß.
Margarit, or. præparat, ʒiß.
Zedoar. xylal.
Been alb. aã. ʒi.
Oculor. cancr. C.C. præparat. aã. ʒiß.
Smaragd. Hyacinth. præparat. aã. ʒiß.
Corall. alb. præparat. oss. de cord. Cerv. aã. ℈ii.
Lapid. bez. or. ℈ß.
Unicorn. veri ʒ[illegible].
Cinnam. acut. ʒiß.
Fol. ☉. & ☽. n. viii. F. pulv. subtilisf.

entur *Oculi cancri* Extracto *seu Magiste-*
TRI D. Petri à CASTRO, quod seq. pa-
methodo: — Magisterium Citri D. Castri.

Succ. acid. Citr. depurat. ℥iv.
Theriac. ℥i.

Mithri-

Mithridat. ℥ii.
Theriac. Smaragdin. (quam desc
Castro de Colostro cap. II. p. 11
Boli armen. Or.
Terr. Sigillat.
Nocerens. Medic. aā. ℨiii. (de c
terræ virtutibus medicinal. a
Annibal. Camillus tr. del Bag
Nocera nell' umbria)
Spec. Elect. de Gemm.
Rad. Angelic. Scorzoner.
Tormentill. Anthor.
Contrayer. Dictamn. alb.
Baccar. Laur. aā. ℥.
Magister. Margarit. *Oculor. Can*
Pulv. viperin. Ofs. de cord. cer
Tophi cervicapræ Cocci Maldiv
C.C. philos. præparat. Ebor. præp
Corall. præparat. sem. citr.
Lapid. Bez. Or. Lact. 🜍. aā. ℨii.
Pulveris. immisce 4. Citriis excavatis, ex
cta tantum medulla acidâ, contegantur
operculis & insolentur per 8. vel 10. d. &
in mortario lapideo cum pistillo lig
contundantur, bene contusis affunde
namphæ cum Spir. 🜍 acidam redditam
ut supernatet 4. digitos, extrahe Tinct.
parata aqua alia de novo affundenda &
ties repetenda, donec nihil amplius tin

tunc fortiter exprimenda materia, exprimitur immiſcendum Aquis ex-s & deſtillat. lento △. in MB. ad omni-m exſiccationem remanente in fundo ſſiſſimo magiſterio. Reſiduum ex-onis calcinandum & ſ. a. Sal extra-m quod conjungendum cum dicto terio in cucurbita relicto. Doſ. ℈i.

cell. Dn. *D. Joh. MICHAELIS Decan.* med. *Lipſ. dignisſimi MAGISTERIUM* ale conſiſtit ex *Ocul. canc.* margar. Co-ap. percar. Raſ. Ebor. & C.C. ſ. a. ≂t. iisdem ſpeciebus addito Sp. ⊖. para-quor *CORDIALIS* ad eum modum; oculis cancri liquor nephriticus ad um.

Magiſter. Cordiale D. Michael.

Ejusd. Liq. Cordialis.

II. Præter hanc virtutem cardiacam, præbent oculi cancri in malignis fe-, *Oculi ſ. lapilli cancrini etiam in aliis us adhibiti* ſalutem ſperare jubent. atione id præſtent, ſi quæratur, re-ndum, agere id *vi præcipitatoria*. unt etenim moderni Medico-Chy-febrium naturam in efferveſcentia ſeu fermentatione Sanguinis conſi-quod præter plures alios videre licet *WILLIS. de Febr. c. III. p. 25. ſeq. KER-de Ferment. ſect. III. c. 3. p. 233. ideoque* & felicius curantur febres, ſi, ut *WIL-LIS.*

Uſus ocu-lor. canc. in Febribus.

Ubi agunt vi præcipi-tatoria.

LIS. loquitur. l. a. c. VI. p. 63. sangvi-
fixatio quædam, aut materiæ febrili-
tempore præcipitatio inducatur; & ta-
media paroxyſmi tempore propinan-
inhibendum paroxyſmum febrilem: [i-]
modo habitualis paroxyſmorum con-
do abrumpatur, natura ſe recollige-
teſt, & priſtinum valetudinis ſtatum p-
niſu facilè recuperare. Meritisſimu-
Rep. Medica Senex *D. SENNERTU-*
ſuo tempore (licet Fermentationis d-
na non adeo, ut nunc ad amusſim ex-
ta fuerat) Febrium curam interdu-
præcipitationem peragi atteſtatus eſt,
do in de *Febrib. l. II. c.17. p.255. ita f-*
Dantur Medicamenta, quæ & á Med-
à vulgo nonnunquam uſurpantur, q-
roxyſmos febriles tollunt, & propte-
brilia, πυρετιάγωγα, & ſpecifica Feb-
appellantur, quæ tamen ſudores no-
vent, ſed alio procul dubio modo ill-
ασμα, & per conſequens paroxyſmu-
lunt, qualis Pulv. è Cochlear. teſtis G-
etiam mulierculis dudum notus, im-
è conchis margaritiferis, ſeu matre p-
calcinata à ℈i. ad iv. *Pulvis è Cancris*
silibus uſtis & præcipuè *ex Oculis Can-*
ctis paratus. Quis autem ille mod-
ab Authoribus non explicatur. Ut-

videtur, dicam, talia medicamenta
pitatione quadam vim illam effer-
ndi, & paroxyſmum excitandi in hu-
bus tollere videntur, Cujus rei do-
nta paſſim occurrunt. Ut jam non di-
de eo, quod cereviſiæ aceſcentis vitium
injectâ à vulgo emendatur, & acetum
atem cretâ injecta amittit, ac Sp. ⊕.
S♀. miſtus aciditatem perdit, mani-
n hujus rei argumentum eſt in Ardore
achi, dem Sodt/cum à bilis in ventri-
bullitione vapor quidam & flatus ar-
attollitur, & dolorem ac ardorem in
o ventriculi & œſophago excitat; ad
affectum tollendum ex cretâ medi-
ua, *ex Oculis Cancri*, Bolo armeno,
e, quæ acribus & acutis liquoribus
oniam præcipitatione quadam adi-
uſurpari, vulgo notum eſt. Hæc Sen-
qui ibidem rectè monitum ſubjun-
n febribus talia ſpecifica in principio
atim ſemper exhibenda eſſe, niſi hu-
vitioſi prius tollantur.

TER. T. II. Prax. p. 166. Pulverem ugum parat — Pulvis febrifugus Plateri.

Pulv. Cancror. fluv.
Cran. human. Raſur. Ebor. aã. ℈i.
Cinnamom. ʒß.
Croc. ℈i. F. pulv. Doſ. ʒi. cum vino.

Pulvis

Sennerti. *Pulvis ad Febres* Excell. *D. SENN*[E...]
usitatus Oculos ♋. recipit, qvi para[...]

C. C. ust. præp. ℥ß.
Oss. de Cord. Cerv. ʒiii.
Ferr. sigillat.
Boli Armen. aã. ʒi.
Rad. Angelic. Zedoar. aã. ʒii.
tormentill. pentaphyll. aã. [...]
Herb. acetos. scord.
Card. bened. aã. ℥iß.
sem. citr. excortic. acetos.
aquileg. aã. ʒi
Oculor. cancr. præparat.
Santal. citr. aã. ß.

Radices per 24. hor. macerentur in [...]
scord. post siccentur, & singula seors[...]
verisentur.

Fabri. Non minus celebre fuit *Antifebri*[...]
FABRI Prof. Witteberg. quod

℞. *Pulv.* Cochlear. cum Sp. card. b[...]
parat.
Oculor. ♋. præparat. aã. ʒi.
⊖ absinth. ʒii. m. F. pro dos. ℈ii.

In liquore appropriato vel cochlea[...]
aut cerev. hor. j. ante paroxysmum [...]
ctando sudorem, repetendo tertia vic[...]
missis universalibus.

Usum cancrorum in Febribus vetu[...]
mum fuisse, ex *PLIN. l. XXXII. c. 10.* [...]

qui *cancros* tritos fluv. in ol. & aq. per-
... ante accessiones in febribus prodes-
... bit, aliquos & piper addere, aliquos
... ctos ad Quartas in vino è balneo egres-
... bere suadere in Quartanis. *Idem eod.*
... *post. med. Cancri* in febri, quæ fit cum
... doloribus & oculorum palpitatione
... ribus in vino austero poti prodesse
... tur.

... ia ergo in *malignis febribus* fermenta-
... um venenata qualitate conjungitur,
... nte KERGERO *de Ferment. sect. III.*
... 251. & optimum in cura earumdem
... vatum fuerit præcipitantia cum alexi-
... macis nectere, aut ejusmodi alexiphar-
... eligere, quæ præcipitandi virtute si-
... pollent, ideoque *usu oculorum cancri*
... e scopo *& malignæ qualitati & fer-*
... *tioni* satis fieri poterit.

IV. Præter *febrium malignitatem*, can-
... genere ad omnia venena cordi rui-
... minitantia prædicantur. Testem apel-
... IN. *l. XXXII. c. 5. cancri* fl. *triti, inquit,*
... ex aqua recentes sive cinere asser-
... ntra omnia venenosa prosunt. Ex
... refert *Henr. à BRA l. 1. de medicam.*
... *en. c. 3. p. 26. cancros fl.* coctos aut as-
... comestos contra quælibet venena
... ari; eosdem, si *triti* crudi è lacte po-

Cancri ad venena in genere.

Z z tentur,

tentur, omnium reptilium ictibus vene[...] mederi. Ex *Lonicero IDEM BRA l. a. Ol*[...] salutiferum confici affirmat, si *cancri* in [...] eoquantur, quod haustum iis occurrat [...] difficulter ferunt venenatam potionem [...] venenatorum morsum.

Canceri ad venena in specie Canis rabiosi.

In specie quoque *cancri varia venena* [...] *ficâ* virtute opprimunt.

1. *De veneno canis rabidi* per morsum [...] flicto Panacea cancrina curando *supra l.* [...] *sect. 2. c. 3.* dictum fuit. *PAULUS ÆG*[...] *TA l. V. de Art. Med. c. 3. f. 307. cancror.* [...] in malleolor. vitis candidæ tost. in v[...] æneo cochl. ii. cum rad. gentian. cochl. [...] vino meraco commendat ad morsum ca[...] rabidi; *cancros* in specie Luna recente [...] mendos esse priusquam ad oppositione[...] cum sole pervenerit. *Petr. APONEN*[...] *de Remed. venen. c. LXIII.* Ad morsum [...] nis rabidi *Bezoar.* vocat *cancros fluv.* [...] stos, pulv. & ad ℥iii. exhibitos in potu [...] *IDEM ib. c. LVI.* omnibus Morsibus v[...] natis foras imponi jubet *cancros* tritos. [...] dem commendat *CONSTANTINUS* [...] *CANUS Medicus* post *Hipp.* & Galen. Gr[...] Linguæ doctus, illorumque sedulus Le[...] *l. VII. de Morb. Cognit. c. 13. Cinererem* [...] *crorum* fl. combust. per fistulam cum aq[...] infundendum jubet *ARNOLD. VILL*[...]

N. *l. III. Breviar. c.13.* Cancrorum fluv.
v. pro potu in omnibus morsibus vene-
is approbat *ANTON. CHALMITÆUS*
hir. Chirurg. l. II. c.9. p.101. V. quoque
v. à BRA l. II. de venen. c. 76. p.316. seq.
2. *Contra Aranearum* citrinarum s. *pha-* Phalangiorum.
giorum morsum commendantur Cancri
v. in succum redacti cum Lacte & apii
ine exhibiti. *ÆGINETA l. V. de Art.*
d. c.6. f.309. Paria autoritate *ACTUARII,*
DIOSCORIDIS, & RHASIS confirmat *BRA*
l. de Ven. c.59. p.289. nec solum hominis
ersus phalangium Cancros sumere; sed
Cervos eandem ob causam cancros in-
ere & comedere attestantur *PLIN. VIII.*
ÆLIAN. l. I. H. Var. c.7. ARIST. l. IX.
pariter ut sues Antidotum *à Cancris pe-*
si hyoscyamum sibi exitialem comede-
ÆLIAN. l. a. & supr. l. I. c.18. dictum
de Porcorum à Cancris Medicina.
3. *Cancros* contra *Serpentum ictus* Sole Serpentum.
um Cancri transeunte deprædicat.
IN. l. IX. c.31. & l. XXXII. c.5. de qua
pathia supra quoque *l. I. c.18.* relatum
& quod Cervis etiam comedentibus
entes conveniant Cancri devorati. Un-
concludit *J. Georg. AGRICOLA in præf.*
VI. de Natur. Cervor. Qvod si *cancri*
Cervorum antidotum contra venena

 ser-

ſerpentum, eosdem non minus crudos, (li-
cet absque nauſea vix fieri poſſit) ab ho-
minibus deuoratos conducere. *NICAN-
DER. in Theriac. Cancros* fl. in lacte tritos
cum Nardi ʒi. miſcet contra morſus ſer-
pentum. Et in *ſpeciè OVA Cancrorum* ſer-
pentibus adverſari ex Alberto M. adducit
*BRA de Venen. l. II. c. 27. p. 163. QUER-
TAN. Pharm. Dogm. c. XII. p. 300. Decoct.*
parat ad morſum venenatum ſerpentis in
uſu interno, quod

℞. Rad. gentian. valerian. aã. ʒiß.
Herb. Conſolid. min. rut. ſiec.
puleg. aã. m. i.
Mumiæ
Cancror. calcinator. aã. ℥i. coq. c.
vino

Doſ. ℥ii vel iij. manè per octiduum.

In ſpecie Scytales colubri viperæ.

In ſpecie & privatim contra *Scytales*
angues valere *cancros* aſſerit *PLIN. l. XXX.*
c. 5. contra *colubri* morſum. *SYLV. RA-
TRAY de Sympath. p. XVIII.* & præcipue
adverſus *viperæ* morſum *cancri* non tam
flav. quam marini, tum privatim, tum ad-
jecta pediculari herba conferunt. *ÆGIN.*
l. V. c. 13. f. 311. quamvis & *fluv.* cum lacte
tritos & potatos plagæ adhibendos cum
AETIO ſuadeat *BRA de venen. l. II. c.*
p. 192.

. *Ad Scorpionis ictum cancri* fl. triti cru- Ad venena
...que recentes ex lacte asinino. *DIO* Scorpionum.
R. l. II. c. 10. vel si non adsit, in lacte ca-
..., aut pulv. *cancror.* incinerator. *PLIN.*
XXII. c. 5. Observandum, quod *DIO-*
R. l. a. de cancris refert, eos necare
...piones si terantur & cum ocymo admo- Et quare.
...ur. De quo *mirando consensu & dissen-*
...crorum, Scorpionum & Ocymi supra l. I.
...rca fin. dicta repeti possunt; ubi di-
...probabile ex *cancris scorpiones* genera-
...sse. Si vera ista assertio, credendum,
...os ex similitudine potius scorpionum
...attrahendo, quam alia ratione, scor-
...um ictui mederi, quo modo etiam
...piones proprios curant ictus. *Testimo-*
...usu cancrorum ad scorpionum ictus col-
...RA de venen. l. II. c. 41. p. 221.
Ad venenum leporis marini Pulmones Ad venenum Leporis marini.
...rans celebrantur *cancri à DIOSCOR.*
...10. Avic. 2. tr. 2. c. 150. PLIN. XXXII.
...d eandem virulentiam *cancros* mari-
...qui & in cibo sumi jubet *PLIN. VA-*
...NUS, nec non cum *Aetio BRA l. II.*
p. 248. Refert *GREVIN. l. II. de ven.*
p. 313. eos, qui marinum leporem hau-
... ab omnibus piscibus abstinere, non
...od à pisce infecti sint, sed ob peculia-
...uandam Naturæ dissimilitudinem,

quod ex eo patet, quod à *cancro*, qui ta[...] ipse quoq; piscis est, non abhorrent, & c[...] eum expetere videntur, certissimum sig[...] sit futuræ salutis.

Ad venenum Bufonis. 6. *Veneno Bufonum* seu Rubetarum [...]dentur cancri fl. poti & triti. *PLIN. l. X*[...] *c. 5. WORM. Mus. l. III. c. 9. f.*

Dorycnii. 7. *Contra Dorycnii* seu Solani virus[...] jus *Cancrorum* marinorum deco[...] *PLIN. l. XXXII. c. 5.* pariter ut *cara*[...] *astaci* jus affatim ingurgitandum ex[...] *LANGIO præcipiat BRA de Venen. l. II* *p. 119.* & *Locustæ* marinæ. *ÆGINETæ* *c. 50. f. 326.*

CAPUT VI.

Gammarorum seu C[...]crorum Usus Specialis in [...]bis Infimæ Corporis R[...]gionis.

§. I.

Gammarorum Usus. CONsiderato hactenus *Gammar*[...] usu, quatenus Pulmonibus & Co[...]lem exhibeant operam; descende[...] nunc ulterius ad reliquos Affectus [...] Corporis Regionis, & in eorum [...] inquirendum. Ex iis sunt

VENTRICULI Affectus.

In Affectibus ventriculi.

1. *Ad appetitum excitandum* Romanos nauseanti stomacho *Squillas* è crustatum genere apposuisse, ex *HORATIO II.* 4. v. 58. patet: Ad appetitum excitandum.

Tostis marcentem *Squillis* recreabis & Afra
Potorem Cochleâ. --- --- ---

ntium scorpionum caudam amputavi,
que aculeo in superna indicis digiti par-
vulnusculum mihi ipsi inflixi, experi-
tum hic desumere cupiens, an revera
num suum eodem modo, quo ipse
pio pungendo facit, mihi communica-
ret,

ret: jam enim si quid sinistri accidisset, præsentaneo remedio ipso scorpione co-
so & superposito securus eram; verum n-
nihil præter exiguam rubedinem, lentis
gnitudine, quæ sequenti die disparuit,
contraxi. Quapropter parum abfuit,
in hanc devenerim sententiam, venen-
absolutum nullum dari, sed relatione so-
lummodo habita ad objectum, & eju-
quidem naturam, modumque inficien-
imperscrutabilem nobis ferme esse: cum
sciam, venenosa Animalia, quæ pungen-
do aut mordendo vulnerant, vix nobi-
virus suum inferre, nisi irritata, adeoque
à nobis, vel aliis, vel à seipsis ad iram ca-
provocata fuerint. Id sæpe in felibus,
bus, & gallis gallinaceis iracundia flag-
tibus contigisse animadverti, ut vul-
tunc infligerent Cacoethea prorsus, &
sanabilia, cum tamen, quando placidè
biscum agunt, & fortè nos saucian-
quicquam detrimenti inde percipiam
Sic in hac ipsa Romæ Urbe pharmaco-
cujusdam famulum intellexi, à capite
ræ jam post tertium diem abscisso, &
sordium quisquilias jacente, cum is
pede prius protrusisset, deinde man-
quoque apprehensum projicere tent-
lethaliter in digito morsum, & effica-

...vix tandem theriacalibus medicamen... sanatum fuisse. Hactenus FABER LYN...US. Vide & Salmuth. Cent. II. obs. 22. Scorpionibus in aqua extinctis absque ...xa assumtis.

Ad L. I. cap. V. §. 2. p. 84.

Locustæ crusta aculeata admodum: unde ...itiam Tiberii Imperatoris notare licet, ...d SUETON. in Tib. c. LX. qui Piscato...am Capreis secretus viveret, grandem ...llum inopinanter offerenti, perfricari ...dem pisce faciem jusserit, & gratulanti ...er pœnas, quod non & locustam, quam ...grandem ceperat, obtulisset, locusta ...que lacerari os imperavit. Locustæ no...a etiam veneficæ inditum fuit seu vene...iorum indici, quæ jussu Neronis Britan...o mortem obtulit veneno. SUET. in ...on. c. XXXIII.

Locustæ aculeatæ sunt.

Ad Lib. I. cap. VIII. §. 2. p. 144.

De vegetabilibus & Animal. prægnantibus.

Recensitum fuit, Pomum commune, nec ...Limonium prægnans visum fuisse. Exc. ...RTHOLIN. Litt. X. April. 1663. ad me ...is Hafniâ, fidem propriam apponit, Li...uium prægnans se vidisse, & ovum gal...eum alio ovo gravidum sibi ostensum ...e in Augusto Museo Serenissimi Daniæ ...gis. Idem observavit acuratissimus

HARVEIUS de Generat. Anim. Ex. …
p. 86. ovum scilicet perexiguum (qu…
Aquapend. centeninum vocat, & à mu…
ribus vulgo gallo asscribitur) crusta te…
intra aliud gallinæ ovum majus, perfect…
& cortice circumcirca obtectum, contin…
illudque ovum Serenissimo Regi Car…
multis aliis coram spectandum præbu…
Idem eodem anno in Limone majore …
secto, Limonem alterum perfectum, …
perexiguum flavo cortice obductum re…
rit, quod crebro in Italia contingere, se…
disse memorat.

Ad L. I. Cap. VIII. § VI. pag. 151.

Figuræ Lapidum. Ad Figuras Lapidum referri poteru…
bina adhuc exempla à GAFFAREL…
observata in Additions aux Chos. inou…
pag. 6. A Pise dans l' Eglise de S. Jean, …
void sur une pierre un vieil Hermite parf…
ctement depeint par la seule NATUR…
mais avec tant de merueille, qu' il semble…
n'y auoir rien oublié de ce qu'il conv…
à un homme de ceste sorte, car il est rep…
sente dans un agreable desert, assis près …
un ruisseau tenant une cloche à sa main, …
à Rauenne dans l' Eglise de S. Vital un …
un Cordelier naturrellement figure sur v…
pierre du couleur cendrée.

887.

cap. VIII. §. IX. p. 159.

Dantur Sub Terra Cornua fossilia, de quibus Casp. BARTHOLIN. L. de Unicorn. c. IX. p. 40. & præcipuè 44. Inveniuntur in variis locis Germaniæ prope Elbingrodam oppidum Comitatus Stolbergensis, prope Heidelbergam, Hildeshemii, in Moravia, Silesia, Saxonia & locis aliis. Ioh. SCHROEDER. Pharm. Med. Chym. l. III. c. 8. f. 360. Sic FREDERIC. van der MYE Medic. Regius Præsidii Bredani in dissert. Medic. phys. de Cornu monocerotis p. 150. annotavit, post inundationes plurium civitatum & pagorum in Belgio Anno. 1421. postmodum A. 1597. à piscatoribus Joh. Adriano uan Crimpen, Adriano Wilhelmo in Slierdrecht, Johanne Matthiæ & Georgio Adriani supra locum vulgo Pietershoek inventum fuisse ingens Cornu, quod arenarum æstus miscuerat. De Unicornu fossili singulari Schediasmate agit Clar. Joh. Laur. BAUSCH Phys. Schwinf. & Præs. Coll. Curios. dignissimus, quod proximis nundinis unâ cum El. D. Joh. Mich. FEHR Anchora Sacra seu Scorzonera Curiosa prodibit. Lapidem prope famosum in Polonia monasterium Czenstochovam, ex Lapide calcario excisum Cornu repræsentans cum rugis & plicis æqualiter

Unicornu fossile.

invicem distantibus, nuper transmisit mi[hi]
Dn. Henricus Sturmius Pharmacop. Op[pa]
vienf. in Superiore Silesia nominatissim[us]
& pulchriores adhuc prope Velunum in e[a]
dem Polonia crebro reperiri Cornua rep[ræ]
sentantes, testatus est.

§. XI. p. 162.

Lapides unius semper figuræ.

Ad lapides eadem semper figura mathe[-]
matica productos recenseri poterunt, q[uos]
laudatus modo STURMIUS αὐτόπτη[ς]
stis per litteras mense Jul. 1665. retuli[t],
dum Juvenis in Transsylvania Princip[i]
gozio inserviisset, post Clausoburgum
Monticulo prope viam vulgo Regiam
ningstrasse dictam rotundos, planosque l[a]
pides invenisse, instar grossorum Bohem[i]
corum in maxima copia; qui facili nego[tio]
potuerint instar nucleorum aperiri, qui[que]
aperti sculpturâ serpentem parvulum r[e]
præsentaverint. Fabulam ab accolis narr[a]
ri, Reg. Hung. Ladislaum olim Tartaros
fugam conjecisse, qui pro facilitanda fug[a]
& impediendis insequentibus Christian[is]
monetas retro projecisse, ne itaque mora[m]
facerent in colligenda moneta Christian[i]
Ladislaum à DEO precibus imperrasse, u[t]
moneta in lapides ibi adhuc reperibil[es]
conversa fuerit.

§. XII.

§. XII. p. 165.

Negat quoque GAFFARELL. l. 2. cap. 5. 4. p. 84. Marina & Conchylia in rupibus inventa ab aquis diluvianis eo apportata esse; j'ay consideré que de puis qu'on en trouue è la crouppe des plus hautes mõtaynes de Coquilles, qu'asseurement c'estoient Gamahes & effet de la Nature, qui ne les produit pas sans quelque dessein. Addit, reprehendisse GOROPIUM Decanum in Nilosp. reprehendo eos, qui statuerint, mare olim Ægyptum & maximam Æthiopiæ partem obruisse, quod ibi tot conchylia reperiantur: sequeretur enim, mare itidem Apennini, Alpium & Pyrenæi quoque juga inundasse, in quibus inveniuntur Conchylia, quod absurdum, nisi intelligatur Diluvium universale, quod nimis longum.

Conchylia in montib9 non sunt reliquiæ diluvii.

§. XIII. p. 171.

Fluviis lapidescendi facultate præditis Hungariæ aquarum mirandarum subjicienda mentio. De iis David FROELICH in memorab. R. Hungariæ Calendario Latino a. 1630. adjectis: In Sepusio, inquit, sunt aquæ lapidescentes non paucæ. Est Rauschenbachi Fons eximius, qui instar piscinæ stagnat, & plurimam aquam reddit, in quam ligna injecta lapide ceu cortice ob-

Fluvii lapidefacientes Hungariæ.

ducantur, item ad pagum D. Johannis, & pagum D. Andreæ, qui dum anguſtius le tent, ſtatim atque paulatim profluxerint, pideſcant, & in tumulos exſurgant. Pro arcem Sepuſienſem, inquit, fons ſcaturit erumpit aquæ bullienti ſimilis, cum ma intus murmure & ſtrepitu, quod adm aure non ſine admiratione auditur; erum autem non foras tantum, & ſub dium, etiam meatus ſub terrâ quærit, & quac que vadit, lapis fit, quanquam qui ſubter nei ſunt ejusmodi lapides pluviis aquis i gatâ humo, & eo madore diutius mane diſſolvantur; qui vero ſub dio naſcun ipſiſſimi ſunt lapides tophi dicti, leni & raritate non diſſimiles pumicibus. H Frőlich. in dicto Calendario Leutſchovia preſſo. Prædictus STURMIUS cognitio rerum naturalium ſat exſtructus itidem dictis Litteris oculatum teſtem ſe ſiſtit rum aquarum, in itinere Tranſylvanico obſervatarum. In Cepuſio, inquit, R ſchenbachi oppidulo $1\frac{1}{2}$ mill. á foro peratorio (Käiſermarct) diſtante, quod unum è 13. oppidis Regno Poloniæ o gnoratis, vidi fontem parvum, in quem jecta ligna lapideo cortice obducuntur aliter ac hieme per glaciem cryſtalliſan

cum parum à ſcaturigine meavit, tota
ſa mutatur in album lapidem ſat durum.
r fons erumpit prope Kirchdraus, quod
dem unum ex prædictis 13. oppidis, haut
ocul à Capitulo Cathedrali in monticulo
idi viæ adjacente, ex lapide inſtar Urnæ
cavatæ, ebullit quaſi igne ſuccenſo agita-
, vix tamen 20. paſſus currit, ubi ſtatim
itus lapideſcat. Tertia ſcaturigo à me
a in montis altioris vertice in territorio
tſchovienſi, cujus nomen pagi adjacen-
memoria excidit. Fontem è Frœlichio
ope arcem Sepuſienſem inveniri non po-
, licet per longum temporis ſpatium ibi
erim, & ſæpius inquiſiverim, nihilomi-
s pulchra axungia Solis in ſciſſuris ru-
um viſa fuit. Hactenus Sturmius. De
ntibus lapideſcentibus vide Henr. ab
EER in Spadacren. c. II. p. 9.

§. *XIII. p. 173.*

Specus Bumanni in Sylva Hercynia men- Specus Baumanniana.
o facta fuit, quæ ſane tot Naturæ miracu-
, onuſta, ut videatur Naturam eandem
i pro domicilio ſecretiore inter denſas
borum Umbras conſtituiſſe, & Sacram
acceſſamque diu latuiſſe. Cum itaque
ar. Dn. D. Joh. Dan. MAJOR. majore
ligentia adumbraverit eandem Specum,
nda diſſertatione impoſterum nobilita-

re & demta nube apertam reddere in-
1. de Sylva Hercynia, 2. plantis, 3. min-
libus ejusdem, 4. de animalibus subter-
neis in specu, 5. de plantis subterraneis
crescentibus, 6. de utcunque mutatis ani-
malibus, aut eorum partibus intra saxe-
parietes, 7. de plantis mutationem aliqua
lapidificam jam passis, 8. de animali-
Integris intra cavernam in Lapid. conv-
sis, 9. de Monetis, Urnis, Patinis fossili-
& suppellectile alia inibi in crypta vel pr-
pe effossis, 10. de ossibus Gigantæis ibi r-
pertis, 11. de sono in crypta, & Echo mul-
plici 12. denique 13. de cataractis mirand-
strepentibus subterraneis in eodem an-
non minus ac 14. de aliis fontibus aq-
dulcis quietis plane; de his & multo plu-
bus cum dissertationem promiserit Cla
D. Major, non potui fulgidissimo Colleg-
Curiosi HESPERO, Phosphorus ego cal-
mum continere, quin paucis lineis lau-
tissimi Collegæ conatibꝰ sequenti carmi-
sterili licet vena poetica, acclamarem:

Quæ nova Naturæ Facies se sistit! ab An-
tri
Baumanni tenebris Lux radiata mi-
cat.
Nox abit, occultæ & cæcâ caligine pre-
Panduntur latebræ, fit reserata Dies.
HESP-

HESPERUS Ingenii diſpellit Lumine Noctes

Lynceus. En cryptæ viſcera clauſa patent!

Quid cerno? 1. Hercyniæ cæduntur robora ſylvæ,
Nudaque conſpicitur nec bene tecta Dryas?
Dumetis ſpiſſis ſeſe exerit herbula pallens,
Admittitque diem Sylva patente ſinu.
Heſperiâ hâc Foſsor confiſus Luce cavernas
Deſcendit gaudens merce latente frui.
Quid? ſub terrenis migrantne Animalia Cellis?
Proxima vel Ditis ſquallida planta Lacu
Irradiata, novâ ſuccreſcit Luce ſepulchris
Baumanni, & cultu ſplendidiore nitet.
Semirigentia Parjetibus ſuſpenſa tholisque
Saxea membra Domum Gorgonis eſſe probant.
Planta hic mutatæ tenerâ lanugine cruſtam
Induit, ut poſthac non queat illa mori.

8. Vivaque quæ quondam fuerant Ani-
lia, cryptæ
Marmoreus cortex implicat, ore
lent.
9. Urna, Moneta, Supellex Saxea Gorg
ædes,
10. Offa Gigantæo robore Busta
cant.
11. Sed quæ vox reboat mugitu rauca b
thro,
12. Verbaque fusa semel multiplica
gemit?
Scilicet indoluit longæva Silenti
rupta
Baumannus Cœli, Lucis & impati
13. Aera conturbat subclausa strepenti
undis
Doris & atratam condere tentat aq
14. Ast alibi est æterna quies, placidis
Nymphis
Somnia, miratur Lumina grata N
Pendula fixa stupet concreto rore,
enta
Murmure dum fracto marmora fa
silent.
HESPERE Teutonicæ dum tot mira
cryptæ
Pandis, in Eoas Hesperiasque d
mus.

Fam

Fama volat, Phœbo Majori Luce coruscas,
PHOSPHORUS emoritur Te radiante LAPIS.

§. XIV. p. 175.

Ligna petre facta.

Ad Ligna petrificata pertinet Lignum petrificatum ex Africa Melitam ad Johan. Franc. Habelam Vice - Cancellarium Ordinis missum, quod apud eundem vidit Exc. BARTHOLIN. Cent. I. Ep. 53. p. 225. De quibus Andr. CÆSALPINUS de metallic. l. II. c. 41. p. 127. Abietes, inquit, in Elbono cum corticibus lapideis inventæ sunt, in quarum scissuris pyrites aureus concretus, & querna trabes lapidea in Hildeshemio; lapidescunt & ossa animalium, testæ ostrearum, reliqua conchylia & animalia integra.

Ad l. I. c. X. §. 7. p. 201.

Cur cancri morbi nomen à cancro?

Quatuor rationibus allegatis, Cur tumor cancrosus ab Animali Cancro nomen habeat, quintam adjungit Horat. GUARGANTUS Med. Venetus in Respons. ad ægritud. p. 253. ab animali sortitum est nomen, quod difficillimè ab iis partibus quas obsederit euelli possit, ut cancer aquaticus animans fortiter forcipe retinet quicquid ceperit.

Ad

De Luce animalium

Ad L. I. c. XI. §. VI. p. 210.

De carne Monſpelii & Patavii lucen[tis] mentio injecta fuit, atteſtatur Exc. J[o.] VESLINGIUS Epiſt. XXXIV. p. 14[.] Animantium corpore, à corde cum cal[ore] Spiritus ſeſe explicat cœleſtis, à quo tam [te]neris in genis, quam reliquo membroru[m] habitu, ſplendorem efflorescere; in rece[n]tius mactatorum pecudum cerebro [e]nuius diſſecto, nitorem aliquem lumi[nis] evidenter ſe oculis uſurpaſſe, quin & cu[m] catuli Hyænæ viventis pericardium diſſ[ecaret,] cor igneo fulgore aliquantiſper m[i]caſſe, mirante id, qui ſectioni adfuit, Aloy[]ſio Cornelio Conſule Veneto. Plura exem[]pla allegata fuerunt Ignis Lambentis nom[i]ne in Ampelograph. l. II. ſ. 7. c. 2. p. 40[] ex occaſione Flammæ in Theatro Anatom[i]co ex ventriculo exeunte in ſectione muli[e]ris Ao. 1597. Piſis, ſectore Joh. Ruſchio Pro[f.] Patavino.

Imaginationis vis.

Ad L. I. c. XI. §. VII. p. 213.

Dictum, Homini Loco manus Chelis [] natas fuiſſe, & novo exemplo l. II. ſect. [] c. IV. §. 14. Imaginationis error comprob[a]tus fuit. Conſimiles hiſtoriæ narrantur [à] PHILIP. SALMUTHO Archiatro Anhal[ti]no de muliere gravida Deſſaviæ peſte labo[]rante

te, cui cum Ranæ inguinibus impositæ
nt ad extrahendum bubonum virus,
llam peperit, cujus minor digitus dextræ
nam exactè repræsentarit. Salmuth. Cent.
bs. 95. & loco absentis manus, quod
vida fele perterrefacta, in puero in Scho-
rtensi felis pes anterior visus fuit. Id.
ll. obs. 15. Alia Illustrissima mures hor-
s molas exclusit mures prorsus repræ-
ntes. Id. c. I. obs. 65. ut felis præcisa
la post feles sine cauda produxit, apud
ÆUM de Nat. Corp. T. I. c. 24. p. 271.
guris impressis corpori ab Imaginatio-
ria adducit BORELL. Cent. III. obs.
se vidisse uvæ figuram in gena viri, soleæ
n marinæ cum squammis suis in tem-
sinistro, in alio Tulipam in femore, in
caryophyllum florem cum majorana,
ro cerasum cerasorum tempore rube-
tem, seipsum gestare morum nigrum in
ore, ut mater ipsius in brachio morum
um mororum tempore augescentem.
BARELL. part. 2. c. V. §. 12. p. 105. de
re sua refert, quæ figuram piscis in tibia
sit tam affabre effictam, ut pictorem ac-
atissimum Natura præstiterit; matrem
ationis tempore piscibus admodum
le delectatam; gnatam vero, cui impres-
b imaginatione hæc effigies, nunquam

piscem

piſcem comedere potuiſſe, niſi ſimul in
acutiſſimum perſenſiſſet dolorem. De
narrat l. a. cui morus figura elevatâ in
te, qui nunquam mora matura aſſumere
tuit, niſi prius macula hæc inſignem
motionem paſſa fuiſſet. Addit denique
aliud adhuc exemplum. L' hoſteſſe
hoſtellerie du bois de Vincenne faux-bourg
S. Michel auoit une Meure à la lieure
rieure, laquelle tout le long de l' an de
roit plate & ſans releuer jus ques au temps
que les meures commencoient à meurir,
pour lors la ſienne venant à rougir, & à
releuer petit à petit, ſuivoit parfaitement
le temps ac la nature des autres, deuenant
eu fin de meſme groſſeur & rougeur que
celles des arbres lors qu' elles ſont meures.
Vidit aliquoties laudatus Dn. STURMIUS
Veluni in Polonia Ancillam, cui in tota
nus ſuperficie Galli Indici caput & collum
protuberante figura & colore rubro à Na-
tura fuerat impreſſum. De Notis his
turalibus, Genitivis & Gentilitiis con-
poterit Meditatio Hiſtorica D. Theodori
pingk Hiſt. Prof. in Acad. Marpurg.
edita.

E Tartaro Figuræ Uvarum.

Ad L. I. c. XIII §. IV. p. 247.

Artificium, quomodo ex ♀o produ-
fuerint Uvæ, deſcribitur in Epiſt. Barth.

...anis Cent. II. Ep. 42. p. 531. Henricus à
...œnichen consanguinitatis vinculo Bar-
...olino devinctus ibi narrat, se vidisse apud
...n. JOELEM de LANGELOT Celsiss.
...incip. Holsatiæ Archiatrum celeberri-
...um, vitrum, cujus parieti adnatum salvo-
...ile, in quo Sale variæ fluminum, planta-
...m, caudicum species accurate repræsenta-
...s quin & sibi monstrasse fermentationem
...artari, in qua fermentatione variæm agni-
...dinis bullæ in isto vase excitatæ Uvarum
...dar, ex quo fermentato spiritus elcitus
...ajoris efficaciæ quam vulgaris. Modus
...lis: ℞. ⊖. ♀. vel potius ♀i calcinati q.
... inde vasi fictili, affunde aq. puræ ℔. j. vel
... supposito △ coctio promovenda, quo
...i perventum fuerit, gradus ignis non ni-
...is fortis, sed mediocris & minor quam
...te observandus, sensimque pulvis, Tarta-
...crudi ollæ fictili subtili manu inspergen-
...us, statimque ubi iste pulvis resolutus fue-
...it, fermentari incipit, & in bullas, uvas,
...varumque racemos exactè referentes, spe-
...taculo satis jucundo, elevari, ubi evanue-
...int bullæ, vel subsidere inceperint, alius
...inspergendus erit pulvis, quamque diu fer-
...mentationis spectaculo frui velis, continu-
...anda erit repetita ista inspersio.

Ad

Lumbricorum regeneratio.

Ad L. I. c. XIII. §. VI. p. 256.

Ad majorem confirmationem Experimenti Digbæani de cancrorum resuscitatione, Litteras ante aliquot menses Londinum misi ad Clar. Johan. OLDENBURGIUM, Illustrissimæ societatis Experimentalis per Germaniam Secretarium; Responsoriæ tamen hactenus ob Bellicas turbas & Pestis flagellum denegata commercia Litteraria plenariam fidem huc usque denegarunt. De Lumbricorum generatione renovativa, (de qua etiam Exc. Dn. Theod. SCHENCKIUS Prof. Jenens. celeberrimus in Litt. annexis) olim perscripsi Dn. D. Valent. Andr. MALLENBROCCIO Physico Hallensi meritissimo, quæ verba inseruit erudito Tract. de Arthrit. vaga c. XIV. §. insolatos scilicet cum Sp. Vin. Spir. ⊕ Lumbricos per totam æstatem, sub primo vere per 9. menses liquore & calore Solis maceratos infusione in aquam frigida vitam & motum recepisse, quod jucundo sane spectaculo accidisse attestari possum.

Serpentes ex Hominis cadavere.

Ad L. I. c. XIII. §. 14. p. 278.

In sepulchris Hominum inveniri Serpentes creberrimè, attestatur SALMUTH Cent. III. obs. 80. cum Magdeburgi moritur Nobilis à Schleinitz/ formosus dictus, p

…ut post triduum à sepultura sandapila aperiretur, omnia serpentibus plena inventa fuerunt.

Ad L. I. c. XIV. §. 3. p. 291. Calculi Humani.

De variis Calculis in Corporis humani variis partibus recensita fuerunt exempla. Addo ex Excell. Joh. DAN. HÖRSTII Observat. Anat. VII. p. 17. cum pronuper aliquot ab obitu horis cadaver INNOCENTII X. Pontif. Roman. exenteraretur, ut …o more balsamo & aromatibus condiretur, in vesicula fellis duo calculi juglandis magnitudine reperti fuerunt. Renes humanos petrefactos in fœmina Viennæ observatos fuisse ex relatione Mich. Textoris narrat SCHENCK. in Lithogenes. p. LXIX. Novum addo exemplum in Silesia pronuper observatum. Vidit Dn. Henr. Sturmius, instituta post mortem ex atrocissimis doloribus sectione, in cadavere Helenæ de CALIN Conjugis Henrici Hartmanni Præfecti montis S. Johannis in Superiore Silesia ante quadriennium Renes, tam dextrum, quam sinistrum penitus petrefactum, in quibus conspicuæ venulæ & arteriæ substantiam Renum prius perreptantes: ponderavit ex his Ren dexter major XI. lotones, qui petrificati Renes nunc asservantur apud Dn. Georgium Eustachium Krause Or-

 din.

din. Super. Silef. ad Conventus Stati[…] Legatum, demortuæ conſangvineum, [...] ditum, fratrem Dietericum à SCAL [...] petrefactos geſtaſſe Renes: ſiquidem, [...] doloribus nephriticis infeſtaretur, lum[...] fornaci admovit, ut prope ſe ureret; no[...] tamen ullum ſenſit calorem præ dolo[...] atrocitate.

Lapilli ex Piſcibus.

Ad l. I. c. XV. §. 17. p. 307.

Ad Lapillos ex Piſcibus referendus Sin[...] dontides Lapis in piſcis Sinodontis ce[...] bro, quem Dentium vocamus, Lapis in[...] tus, figura oblonga, altera parte gibba, [...] didus, ad dolores Colicos utilis. CÆSA[...] PIN. l. II. c. 41. p. 127. de Metallic.

Antipathia cancrorum cum Inſectis.

Ad l. I. cap. XVIII.

De Antipathia Inſectorum & Ani[...] lium cum Cancris notetur obſervatio L[...] RENBERG. in Horticultur. p. CLII[...] capiendas Talpas: Gammarum, inquit[...] Cancrum fluv. ollæ vitreæ incluſum d[...] de in Terram, ſineque putreſcere, illuc [...] ſtinabunt & in ollam decident omnes [...] loci Talpæ.

Cutis capitis reſtituta.

Ad l. I. cap. XXI.

Variæ Humani corporis partes reſtitu[...] recenſitæ fuerunt; addo ex PETRI de[...] MARCHETTIS Medic. Patav. Præcept[...]

In Anatomia quondam celeberrimi Obser-
vat. Rar. XVI. p. 33. puero 7. annorum ex
Pædotrophio orphanorum ab ungvibus
Ursi totam capitis cutem cum pericranio ad
suturam usque lambdoidem discerptam
fuisse, cui tamen post 15. dies caro rubra re-
pullulascere cœpit totum cranium velans,
cutis, aut aliquid analogum productum, &
pili quoque, quod mirum, fruticarunt toto
cicatricis ductu.

Surdos ex motu Labiorum verba perci-
pere, exemplo nautæ cujusdam pagi Vallen-
sis apud Xantones, confirmat BORELL.
Cent. IV. obs. 23. p. 265. qui consuli poterit.

Ad L. I. c. XXIII.

Ætatis humanæ diuturnitas.

Exempla longioris ætatis quædam no-
stro seculo adducta fuere. Mense Julio cur-
rentis anni fœmina in vicino Vratislaviæ
urbi pago, Klettendorf vocato, mortua, quę
superavit CXV. annum; quin & in Libero
Baronatu Plesnensi in superiore Silesia ver-
bi divini ministrum vivere CXX. nuper
ulatus affirmavit testis Nobiliss. Promni-
tius. Num itaque omnium primævorum
vitas diuturnior nostra fuerit, quæstio soluta
est ex dissertatione Gabr. NAUDÆI, pri-
mum Eminentiss. Cardin. Joh. Francisci ex
Comitibus Giudiis à Balneo domestici, post
Card. Mazarini Bibliothecarii; eandem

quæstionē tractat PIERRE MESSIE Gen-
huomme de Seville aux divers. Leçons ca
I. & II. Ebrietas etiam multum decurtat
periodo annorum, censente Jul. Cæs. VA
NINO de Arcan. Nat. dial. XLII
p. 269. 270.

Rosarum fastidium.

Ad LIBRI II. Sect. I. Cap. IV. §. III.

Odorum Rosarum fastidio Illustris fami-
liæ pronuper virgo penitus omnino obdor-
mivit, cum folia rosarum æstivo tempo-
lecto fuerunt aspersa. De qua ex relatio
D. Schœfferi Physici Hallensis D. CHRIS
LANGE Prof. Lips. in Curios. Med. Gym-
nasm, III. §. 6.

Ovorum fastidium.

Cap. IV. §. 9.

Ad comestionem Fragorum pustulas i
corpore fuisse obortas dissidēte Natura: p
riter bullas in corpore Ova solo conta
excitant in homine acerrimo prosequent
odio ova. BORELL. in Epilog. ad Cent. I
Obs. p. 354.

Cancror. Usus ad Pleuritin.

Ad sect. II. cap. IV. §. 2.

Addatur PULVIS PLEURITICUS E
Baltasaris TIMÆI à Guldenklee, Sereni
Elect. Brandenburg. Archiatri in Medic
ment. descript. post Consilia p. 423.

℞. Rasur. dent. apri ℥ß.

Mandibul. Lucii præparat. Oc

Oculor. ♋. præparat.
Taleol. lepor. præparat.
Lap. percar. præparat.
C. C. absque △ calcinat. aã. ʒii. m.

Pulv. alium Pleuriticum describit Zwölf. in Ph. Ref. p. 287. & in Ph. Reg. 858.

Ad cap. IV. §. 5.

Destillatum Antiphthisicum D. TIMÆI Consil. l. II. Cas. 4. p. 86. Cancror. Usus ad Phthisin.

℞. Carn. cancror. fl. leni ebullitione prius decoct. n. XV.
Pulm. & epar. vitul. cum corde
Capon. deplumat. & exenter. n. j.
Medull. pan. tritic. ℥iv.
Hord. mund & contus. ℥iij.
Rad. Tormentill. Farfar.
Symphit. Liquirit.
Alth. aã. ℥i.
Herb. veron. Sanicul.
botryos Scabios.
Alchimill. pyrol. aã. m. ij.
heder. terrestr. m. iij.
Cinnam. acutiss. ℥i.
Lact. caprill. rec. mulct. ℔. vi.
Aq. veronic.
Heder. terr. aã ℔. iv.

mixta destillentur in ≈ ad ℔. vi. quod post destill. servetur seorsim in vitro pro secundario.

PULVIS Antiphthiſicus D. Gregor. HORSTII in de Sanit. Studioſ. tuenda l. II. c. 5. p. 230.

℞. Rad. Conſolid. ʒii.
Alth. ʒi.
Liquirit. ʒiii.
Sem Plantag. ʒi.
hyoſcyam. ʒß.
Gumm. arabac.
Tragac. aã. ʒß.
Oculor. Cãncr. ʒi.
Sacch. roſ. tab. ℥iv. F. pulv. Doſ. ʒi. mane & veſperi.

Ad lib. II. ſect. II. cap. V.

Scite præcipitationis necesſitatem in Febribus per oculos cancri, corallia, cochlearum teſtas commendat Simon. PAULI med. Reg. Hafn. in ſcitisſimo de Febr. malig. tract. p. 92. quod Febris nulla ſine fermentatione aut ebullitione exiſtat. V. etiam PLATERI Quæſt. Therap. XCI. p. 161.

Ad cap. VI. §. 1.

Pulverem Stomachicum cum *Oculis* Cancr. vide apud Zwolff. Ph. Ref. p. 291.

Ad cap. VI. §. 4.

Cancror. Uſus ad Calculum.

Ex oculis cancri Decoct. nephriticum habet Zwolff. Ph. Reg. p. 851. Syrup. nephriticum p, 824. & Eſſ. ut nephrit. p. 897. *Magn.*

Magisterium Lithontripticum ex Ocul. ♋. & asellis describit TIMÆUS l. III. Cons. Cas. 39. p. 177.

Joh. RHENANUS Dissert Chymiatechn. l. III. s. clav. in libr. Parac. c. X. p. 17. describit Spiritum calcis vivæ ex Basilio Valentino. ℞. ♆. q. v. ab ea ♈ ex vino, non adusto vino factum aliquoties per destill. separa ad 9. sc. vices ut calx illa probè sit impregnata. Hujus calcis, accipit part. iij. ⊖ ♀ optimè purgat. p. i. m. adde bol. p. viii. misce denuo & per retort. igne intensissimo Sp. pelle, donec nulli amplius prodeant, accipies Spir. qui omnes Spiritus figere, fixa corpora volatilia reddere & omnes lapides dissolvere potis est. In hoc Spir. ♆. dissolve *Oculos Cancri*, cryståll. flavos, Lapidem Lyncis, & duræ glaciei separatim, conjunge per cohobationem, donec misceantur & solutio clara fiat; erit Medicina parata ad Calculum Renum & vesicæ, podagram, Sciaticam, Stomachi ♀m resolvendum.

Ad cap. VII.

Ad præcavendum abortum Succum Cancrorum commendat Hermann. CORBEIUS l. II. cap. 4. p. 238. si enim semel vel bis in mense succus astaci in vino sumatur, nisi vi externa loco moveatur, nunquam abortum fieri. Canc. Usus ad morbos mulierum.

Ad immoderatum Sanguinis fluorem post partum confert Vinum, in quo suffocati sunt Cancri fluviatiles, ebibitum. V. Roder. à Castro T. 2. l. IV. c. 10. p. 486. HELICIUS de cura gravid. cap. 31. §. 7. CORBEIUS in Gynæcior. l. I. c. I. p. 37. cancros fluv. inquit, in vinum conjectum suffocato, dein vinum id medicum calefacito ac ... tum bibendum dato, & ubi satis sangvinis purgatum videbitur, Cancrum suffocatum comedendum exhibeto.

Post prolapsum Uteri, ut contineatur, CORBEIUS l. a. l. I. c. 6. p. 126. commendat intro sumendum pulverem qui

℞. *Oculorum Cancri*
Rad. Zedoar.
Sem. pastinac. domestic. aã. ℥i.
n. moschat. ℨß. F. pulv. detur ...
cum vino.

Ad cap. VIII. §. 4.

Ad Cancrū morbum.

In Cancero morbo Succum Cancrorum fluv. contusor. cum rosaceo in mortario ... ducto illitum certo conferre attestatur Jo. ZECHIUS Consult. Med. conf. 40. p. 4... Decoctum, in quo Carnes ♋. ebullierint, diu matutinis horis in jusculum redactum & assumtum commendat VESLING. in Epist. XVI. p. 93. V. quoque de Usu Can... in Cancro Libavius ad Schnizer, in ... Hor...

Hornung. Ep. XLIV. p. 118. & p. 150. ubi ...landina compoſitio ex Cinere ♋. com- ...ti, Sole in eo ſigno verſante, cum cinere ...p. & bufon. aã. commixtis.

Ad cap. VIII. §. 9.

Henr. RANZOVIUS in de Conſerv. Va- ...l. c. XXXVIII. p. 113. pulverem conficere docet contra diſſectionem nervi alicujus, ...i à Chirurgo agglutinandus. Recip. ...culos Cancri in ſubtiliſſ. pulv. comminu- ...os in parvo linteolo: hunc pulverem ner- ...is inſpergit, & ſiccis faſciis ex linteo con- ...ctis locum obligat, ne humiditas aliqua ...d nervos penetrare poſſit. Hanc ligatu- ...am per ſpatium 24. hor. intactum relin- ...quit, elapſo prædicto temporis ſpatio Chi- ...rurgus nervum inſpiciat, ipſius congluti- ...nationem exploret, & deinceps vulnus il- ...ud calidis vinculis liget inſtar alterius vul- ...eris recentis, & poſt diem unum ligaturam ...diſſoluat. Ad læſos nervos.

...t hæc pro brevitate temporis Addita- menta Gammarologicam Tractationem claudant.

EPISTOLARUM Clarissimorum Medico-rum ad Authorem

I.

Nobiliß. Excellent. Experientissimi
Dn. D. THOMÆ BARTHOLINI,
Sacr. R. Maj. Dan. & Norvveg. &c.
in Academia Hafnensi Prof. Honora-rii, & Fac. Med. Decani Perpetui,
Ad
D. PHILIPPUM JACOBUM SACHS
à Lewenh. Medic. Vratislav.

Vir Nobilissime & Celeberrime.

OBlatam Amicitiam & am-plissima officia grata mente amplector, daboque operam, ne Tuo favore indignus cen-sear. Perplacet studium Natu-ræ-Curiosorum, quod ex transmissa Epigra-phe mihi innotuit, & bene cœptis perpetui-tatem voveo. Magni Verulamii hoc olim

pit institutum, & nuper in Anglia Clarissi-
orum Virorum Digbæi, Boylæi Villisii,
lissoni, Charletoni curæ & labores eodem
ndunt, quorum ductu Collegium instrui-
ur publicis sumtibus perficiendum. Hisce
perimentis rectius ad Naturæ penetralia
rvenitur, & multa in apertam lucem pro-
ahentur, quæ vel occulta hactenus, vel
lso credita. Si hâc via ad veritatis semi-
m grassamini, immortalem laudem mere-
mini. Experimentis hic opus est pluri-
s, haut fallacibus, quibus Naturam quasi
andâ arte sollicitamus. Opus est quoque
guatum favore & impensis, ut felicius
ncta succedant. Tardius enim, nec tuto
tis, privata industria quicquam perficiet.
n Ampelographia vero Tua, quam in Bi-
liopolio nostro vidi, omne punctum tuli-
i, hocque culta

... largo pubescit vinea fœtu.

lecto eleganti & musteo libro, gatior mihi
sus est flos ille nectareus, quem tuis mani-
us dedit uva pressa, quam hactenus omnia
ineta, etiam cultissima tulerunt, ut rectius
Tu, quàm vinum, coronam merueris. Au-
ges publicum Beneficium novo de Astaco
& Gammaro argumento, quod meditaris,
recteque Ampelographiæ Tuæ subjungis;
quia difficilior Astacorum caro, & ventri-
culo

culo molestior sine vino. Rectè enim [...]
tina l. X. tuend. valet. cancros difficil[...]
concoqui, coctos Asthmaticis & Phthi[...]
prodesse scribit. Non ab igne culin[...]
tantum difficulter coquuntur; sed & a[...]
tero, cujus beneficio ventriculus no[...]
gaudet. Ita *Ægineta l. I. c. 91.* Gammar[...]
guri, Cancri, locustæ, & squillæ conco[...]
ni repugnant; sed alimentum præbent, [...]
ventrem comprimunt, si in aqua dulc[...]
pius decoquantur. Cur tam sint ἐφεκτ[...]
ipse divinabis, & ostendit ante Sethus de[...]
ment. quia Sal deperditur. At remedio[...]
Tua vitis, quæ tenori tenorem addit, ut [...]
quitur *Aretæus l. I. c. 1.* Acut. Alio quo[...]
nomine recte viti cancrum addis. Nam [...]
cancros fluviatiles in sarmentis vitis a[...]
cremari suadet *Dioscorid. l. VII. c. 3.* ad [...]
num morsus, quanquam in sola pat[...]
æris rubri *Galen. l. XI.* de simpl. med. pr[...]
ceptoris Æschrionis authoritate affert[...]
Quicquid sit, quia ad Canum morsus ca[...]
crorum cinis confert, etiam recentior[...]
observatione, de quo videndus *Rhodius* [...]
ster in Scribon. Comp. 171. Tu certe, [...]
Sachsi, ab invidentium morsu securum [...]
præstabis non cineribus, sed cancris i[...]
erudita tua penna reviviscentibus. Et q[...]
id argumentum tractas, quæso pressius [...] exa[...]

amen voca Antipathiam, quæ eſt inter
mmaros & ſues. Noſtrorum enim ex-
ientia obſervati ſunt mortui, quando-
nque ſues currum, quo vehuntur gam-
ari, pertranſierint. Cætera quæ de gene-
hoc dici poſſunt, non tango, partim
od à Te accurato labore hæc aliaque
pectamus, partim quod à *Geſnero*, *Aldro-*
ndo, *Nierenbergio*, *Rondeletio*, *Jonſtono*,
henveldio, *Wormio* noſtro petantur re-
us. Unum alterumque adjungo, ne tuæ
icisſimæ petitioni videar deeſſe. Ex in-
ma tunica Chelarum Gammari Colmeti-
m inſigne digitis contrita confici, nuper
monuit Dn. *Mœnichenius* noſter ex Italia
ux. Cur vero pleraque hæc Cancrorum
era, quæ nigricant externâ cruſta, quan-
coquuntur, rubicunda evadant, difficile
ctu eſt. Tibi forſan Naturæ Amico Cauſa
otefcet. Nonnulli gammari tandem
oque omnem ruborem deponentes, al-
antes fiunt. Monſtroſas Chelas habeo
as, altera major Aſtaci obtuſa eſt lato fi-
pilisque obſito, cujus pars media rubet,
dia nigricat. Gammari altera prorſus
candicat, cujus una chelæ pars bifurca-
ernitur. Rubent vero cruſtæ magis, ſi in
ua ſalſa coquantur, vel in cerevifia: un-
in aquæ ſalſæ defectu aniculæ feruntur

in

in lotio coquere squillas, ut rubicundiores
evadant & elegantiores. An ad illustr
colorem sal aliquid conferat, Naturæ
riosus curiosè inquiret. Nec indign
erit Tuo perspicaci Ingenio, si nos doc
an Cancelli illi, qui in Conchis reperiun
ibi reapse generentur, tanquam in pro
domicilio; an nudi nascantur, purpuras
& turbines è suis Conchis pellant, ut eas
habitent. Plerique credunt alienas ca
inhabitare, quod & subtilissimus Car
admittit l. VII. de Rer. Var. c. 38. decep
authoritate *Rondeletii*, ante quem *Plin.*
c.3. de Pinnothere refert, solertiam illi e
inanium ostrearum testis se condere, & c
accreverit, migrare in capaciores. Vix
ducor ego, ut id credam: singulare enim
Gammari genus, ab aliis diversum, q
conchis carent; cauda enim mollis est
certum indicium præbet, in conchis su
genitum esse. Nec visi hi cancelli sine Co
chis suis. Neque injuriam hanc ipsis affict
admiserit *Plinius*, ut aliarum Concharu
incolas devorent, quippe ob exilitate
ipse Pinnotheres injuriæ est obnoxius. Im
nunquam, quod ego viderim, in majori
observati Conchis. Varia Insecta in Co
chis nascuntur, ut mirum non sit, Cancelli
sui generis his innasci: Conchas duorum
gene

...herum possideo, in quibus Cancelli singu-
...res latent: Una turbinata, ex qua eminent
...ncelli pedes quatuor exiles cum duabus
...helis, sed iis parvis; altera elegans vario-
...colore nitens ex genere cochlearum
...bilicatarum, cujus ingressum una sola
...ncelli chelis obstruit, adeo lata, ut supe-
...videatur universam corpusculi molem,
...tamen sublata, reliqui pedunculi, intus
...diti comparent. De aliâ quoque fabu-
...judicium Tuum acclamo. *Plinio* enim
...X. c. 31. narrante, Cancrorum corpus,
...exanimati sunt, transfigurari in Scor-
...nes narrabatur in sicco, quod ita *Ovid.*
...V. *Met. fab. 30.* describit:

Concava littoreo si demas brachia Can-
cro,
Cætera supponas terræ; de parte sepulta
Scorpius exibit, caudâque minabitur
uncâ.

...nc metamorphosin sine examine, quasi
...am admisit quoque *Mouffetus* l. II. Insect.
...o. rationemque superaddit *Licetus* l. 3.
...pont. viv. ortu c. 55. sed ego pro fabula
...to, & Plinii candorem laudo, quod
...incertam ex narratis retulerit. Can-
...rum apud nos ingens copia, putrescunt
...nunquam & in sterquiliniis abjiciun-
...; nunquam tamen exinde visi scorpiones
enasci,

enaſci, quos etiam prorſus ignorat re
noſtra ſeptentrionalis. Rarò res putre
in ſimilem ſpeciem commutatur. N
quam ex humano cadavere putrido ſ
homo emergit ; ſed ignobiliora in
Apes ex vitulis, ex Equis crabrones, ex
lo locuſtæ, ſcarabæi ex aſino, ex medulla hu
mana angues. Paguri autem ſpecies
utraque, de quâ loquimur. Niſi hîc
metempſychoſim eſſe exiſtimemus, de
BORELL. Cent. IV. obſ. 34. qua ex cine
bus ſuis cancer reſurgit tumque ſali id
ſcribendum, quo vegetabilia iterum repr
ſentari poſſunt. Valde tamen dubito,
ceſſurum de caneris experimentum,
modum operandi nobis apertius indica
Vitium enim eſt plerorumque ſcriptor
arcana revelantium, ut amplisſimis pro
ſis mancas deſcriptiones ornent, ſicque
ctores ſpe vanâ lactent. Nolim tamen
Borello hæc ſuſpicari, quem ſatis aper
deprehendi; ſed eâ fide hanc transmuta
nem retulit, qua accepit. Tantum au
abeſt, in noxium Scorpii animalculum
tridus cancer convertatur, ut non ſolum
ventriculo concoctione velut putreſ
ſalutare nutrimentum corpori noſtro
gerat; ſed hyſitia ſua palato grata inde
ſet & formet gulæ magiſter *Apitius* l. II.

Culin. c. 1. singulare vero est, quod de Paguris fluviat. narrat *Simeon Sethi* Lit. II. 8. Ulceribus pulmonum prodesse, vesicæ verò obesse. Pro pulmonibus facilis ratio occurrit, qua gammari asthmati & phthisi medentur. At quid de vesica dicendum? forsan caro crassior segnius lotium inficit, viasque urinæ obstruit. Alioquin Oculi Gammarini, particulæ illæ cancrorum optimæ, calculum potenter movent, urinæque ductus aperiunt. Ut hoc addam, illi iidem oculi, aceto impositi eodem modo sicut lapis stellaris circumrotantur. Tu rerum harum abditas scrutare causas, publicum doces, & me, quem Tibi Amicum optasti, amare perge. Vale Vir Eruditissime, & Publico diu vive. Scripsi HAFNIÆ XVI. Aug. MDCLXII.

T. T.

THOMAS BARTHOLINUS.

II.

Vir Nobilissime & Celeberrime.

Quanquam prolixis Litteris non ita pridem Tibi fuerim molestus, non peccabo tamen in cœptæ Amicitiæ Leges, si scribendi officium repetam: De præclaro instituto Tuo optimè Reip. Medic. ominor. De Gammaris nostris pluscula annotavi,

Tuæque, mi SACHSI, Censuræ subji
quia id argumentum tractas. Exinde Ga
marus mihi ab amico oblatus in con
turbinata spithaman ferè longa delitesc
quem inter rariora reposui, vel eo nomi
quod ejus magnitudinis plures non vid
rim, & meam conjecturam abunde stab
liat, quam ad Te perscripsi. Ampelog
phia Tua sitim meam excitavit & seda
adeo omnia complectitur, quæ alii spar
tradiderunt. Perge, Vir Magne, orbem Li
teratum erudire & exornare præclaris scri
ptis, quæ sint ad Nominis Tui celebritate
& gloriam Collegii Naturæ-Curiosoru
cui major splendor accedet, si in Experie
tis faciendis desudaverit, quibus Nat
quasi astu quodam ex antro & spelunca e
citur. Sed me monitore non indiget Ill
stre Collegium, cui tot immortales Ani
nomina sua dederunt. Ego precor, ut

--- Sit hujus

Precium cursus, aurea pellis.

Scripta nostra, quæ expetis, tanti non su
ut ad vos deferantur, & pleraque jam per
runt, nescio an suo merito. Forsan ple
que carere posset Resp. Litteraria sine
detrimento. De morbis Reipubl. Disse
tionem Oratoriam mitto, ut Tuum desi
rium expleam. Solum illud exemplar

perest mihi, nec plura optarem. Aliud enim egi, cum id agerem. Vale & amare me perge Tuo Nomini clarissimo addictissimum. Raptim HAFNIÆ IV. Mart. MDCLXIII.

T. T.
THOMAS BARTHOLINUS.

III.

Vir Nobilissime & Celeberrime.

Mitto Epigrammata bina extemporanea in laudem Gammarologiæ Tuæ & Collegii Illustris, idque ut Tibi gratificer, & monstrem, quanti Te, Tuumque Collegium faciam, ad majora officia semper paratissimus. De cancro Tuo præclarum Commentarium expectamus, ùt circa difficilia problemata porro erudiamur, quibus enodandis parem Te *in laboriosa & eruditissima Viti vinifera* monstrasti. Jam igitur, quia summo Tuo merito & felici omine *Phosphori* nomen in Collegio Illustri meruisti, Gammarum publico Bono profer, & quod Luna solet, quando plena est, vacuum eruditione plenus imple, ut etiam hâc accessione Rempubl. Litterariam augeas.

Terra illa Oris, cujus spem facis, inter mea numerabitur. Habeo ejus aliqua ultra ex Hungaria nobis allata, quæ cum

Tuis conferam. Equam gravidam ... gravida ante ex Nierenbergio obser... ram; sed nescivi an propria, vel aliena ... id narretur, cum pauca alioquin suæ N... rali Historiæ ex propria experientia ... ferat. Limonium prægnans ipse vid... vum gallinaceum alio ovo gravidum ... stravit mihi in Augusto suo Museo Sere... simus Rex noster. Quod de Equa Nie... bergius narrat, de muribus produnt ... Veteres, Aristot. Plinius. Ælianus, ... probabili aliquâ ratione defendit vel ... sat Magnus Licetus. Quicquid sit, mu... sunt, quæ vel ignoramus, vel quanquam ... gnita, sine ratione scimus. Tu interim ... Excellent. Vale, & Naturæ Arcana pro... rili scrutare, meque, quod facis, consta... simè ama. HAFNIÆ X. April. MDC...

T. T.

THOMAS BARTHOLIN...

IV.

Responsoria ob Dedicatione...

OCEANI Macro-Microcosmici.

Nobiliss. & Celeberrime Vir.

NImia Tua est Humanitas, quod me ... merentem Oceano Amoris Tui & ... voris plenissimè inundes. Legi sane O... Tui tantū littus, ne, si Oceano tantæ E...

tionis me comitterem, à submersione mihi esset periculum. Verbo dicam, admiratus sum Ingenium Tuum, & diffusam Lectionem, quæ ita feliciter jungis, ut saluberrimæ exinde Aquæ ad Rempubl. Litterariam effluant. Neque de tantæ Eruditionis scripto judicandi licentiam, quam concedis mihi, sumere ausus sum, applausu contentus & gratiarum actione, quas Tibi debeo maximas pro affectu ingenti, qui ubique in Oceano Tuo elucet, quem si satis laudare præsumerem, plus non agerem, quam si Aquam Oceano infunderem. Vela tua, quæ pro Reipubl. Medicæ incremento in vasto Eruditionis Oceano expandis, bonis ominibus prosequor, Tibique prudentissimo Gubernatori, Tuæque Gloriæ & Famæ magnæ magna incrementa, imo vellus aureum ex merito precor. Vale vir summe, & mihi porro, quod strenue facis, favere perge. Raptim ex prędio meo Hagested MDCLXIV. Aug.

T. T.

THOMAS BARTHOLINUS.

V.

Ex Nobilisſimi, Excellentisſimi, Expe-
rientisſimi

Dn. JOH. DANIELIS HORST[II]
Judicio de Chirurgia Infuſoria M[a]-
riana, 1665. Francof. edito. *Pag.*
84. ſeq.

DUm hæc ſcribo, *inquit Excell. Hor[st.]* de 🜍, accipio Litteras longe gra[tiſſi]mas à Nobiliſſ. Dn. SACHSIO, in q[ui]bus inter alia quærit, an Color coctorum [can]corum Sali, an 🜍. aſſcribendus ſit, at[que] concludit, 🜍i aſſignandum eſſe, quod [par]tes 🜍eæ, ubi aquea humiditas, quæ rub[rum] colorem distemperaverit, per coction[em] evaporaverit, in Superficiem cruſtæ ev[ehan]tur. Neſcio ego quid dicam! Hoc ſcio[, me] ſæpius vidi, cancros ad thermas Bert[rich]nas captos, non rubeſcere coctura, in q[uibus] forſan plus 🜍. quam in aliis. Diffici[le] eſt colorationum dare cauſas. In ſal[ibus] rubedinem latere quoque teſtantur m[ulta] & variæ operationes Chymicæ, ex chym[ia] autem colorum naturam addiſcere op[erae pretium] licet, inde veteribus operatio in vera [Alchy]mia, dicitur Colorum quatuor excit[atio] Paracelſus hinc profitetur, Colores o[mnes] provenire à 🜍 & ⊖ natura; Iſaacus [Hol]l[andus]

Hollandus tres constituit colores varios, qui secundum ignis regimen & 🜍 naturalis in materia motum se essentialiter prębent in corpore, videlicet niger, albꝰ, ruber. Nicolaꝰ autem Flamellus rubrum colorem in specie deducit ab Igne seu 🜍e. Robertus Fluddus à 🜍e omnes colores oriri probat in Anat. Panis & Tritici, quod Tritici sal volatile, primo fuerit album, soli expositum acquisiverit colorem Jacinthi, postea Rubini, denique ob multitudinem 🜍 ⊙ris attracti, granati, paulo post, ante Colorum Annulum, carbonem allegat. Nigredo, ait, est in carbone non accenso, inde arguens formæ 🜍eæ absentiam seu occultationem in Sale Centrali; quare more Chaos confusi omnia ibi sunt tenebris obruta. At si parum in flammam accendatur, cœruleum affert colorem, in quo est multum nigredinis seu fumi nigri & parum flammæ; at si plus flammæ croceæ adsit, & minus fumi nigri, vel si fumus sit aliquantulum subtilior, quam in cæruleo, viridis color erit: at si æqualis fuerit carbonis nigri cum △e 🜍eo corpori ipsius adhærentium rubeus producetur color; ubi verò flammæ pars tenuior est in aëre, ibi flavus proveniet color; albedinem vero in aëre illustrato invenimus. Sed,

ut dixi, multæ Tincturæ, multi colores dan-
tur, quorum color rubeus videtur proveni-
re à sale potius, quam à 🜍, adeo quidem, ut
multi etiam Tinct. ☿. credant plus haurire
rubedinis à 🜕 sale, quam ipso 🜍 ☿ ☉.
Crystalli rubicundi ☉ à materia 🜔na pa-
rantur. Tinctura ♂, quæ fit per acet. ☿.
affusum illis crystallis, 🜔i plus debet quam
🜍i. Ita Cinnabris ex ♆ & ☿..t. parata idem
probare videtur, ut & Tinct. ♂ per Liquor.
🜕. adornata. Color Amethystinus Tal.
ab Ignis tortura ortus, non redolet 🜍.
🜕lum ex ♀ per Spir. 🜕 paratum si destill.
fumos dat rubentes: minium ✱co mixtum
in igne rubedinem amittit; multa item cor-
pora sunt, quæ destituuntur 🜍e, cum in nul-
lum 🜍 possint reduci. Si autem 🜍 esset
principium hypostaticum, ex eo omnia cor-
pora construerentur, & in id quoque resol-
verentur. Hactenus Dn. D. HORSTIUS
pro respons. Litterar. de Colore
Astacorum.

VI.

VI.

Nobilisſ. Amplisſimi, Excellentisſimi & Experientisſimi

Dn. JOHANN. THEODORI SCHENCKII,

Med. D. & Theoretices in Jenenſi Academia Prof. Publici epiſtola

ad

D. PHILIPPUM JACOB. SACHS à Levvenheimb, Medic. Vratislav.

Vir Celeberrime.

Ruborem mihi excuſſerunt ultimæ eruditisſimarum Tuarum, quas credas velim magni apud me ponderis fuiſſe. Pridem allectus ſolida medicarum rerum peritia tua, optavi, ut in tuos amplexus ruere aliquando copia daretur, quam video largisſimam à teipſo ſuggeri, quo minus de ſingulari iſto tuo in me affectu dubitare locus reliquus ſit. Utinam verò eſſet ea virium mearum ratio, quæ expectationi tanti de Re Medica Viri bene meritisſimi ſufficeret! Quod enim laudis vel meriti alicujus ſpeciem in me habet, Eruditisſimorum ſymbolis unicè acceptum fero, hincque παντὰ πα-

ων, quod de me sentis, tibi defero, & oro
ut me inter amicos benéque de te sentien-
tes collocatum serves.

Opusculum de serpente petrefacto, [s]i
dissertationem mavis epistolicam, appri[mè]
commendo. Non vidi quod asteriscum d[e-]
sideraret. Nec poterat alia methodo, [hæc]
historia examinari dilucidarique. *Ana[lo-]*
giam oceani & cordis satis accuratè de[pi-]
ctam à te, *Curiosis* placere audio. Non
præter rem fuisset, intimius in *causas hu[jus]*
motus ejusque æstus, si tempus dedisset, in-
quisivisse. Ejus in *Historia de Humoribus ge-*
nerali, generalem feci mentionem, exclu[so]
tùm loco & tempore, faciam tamen, cùm
ad specialem descendero; ibi, ut in *ocea[no,]*
ita & in *sanguine diversosque multiplices*
motus ad *ejus*, tum *totius microcosmi*, conser-
vationem necessarios dari per causas dilu[ci-]
dabo. Arrisit maximè mihi, *quod aëris u[sum]*
ad motum huncce producas commendesque.
Is sane est, *qui, si non ipsa vita, vitæ tamen*
instrumentum proximum est. Si aerem [...]
ri, si eundem sanguini ademeris, cada[ver]
utrumque erit. Tamdiu vitam in ægro [su-]
perstitem habebis, quamdiu aërem non [...]
nitus is exhalaverit, ad aëris temperiem [vi-]
tæ modus variat. Sed nolo paradoxum
hoc classica destitutum authoritate prop[a-]
[lare.]

tur. Ad *Astacorum anatomen* te monente transeo. Digna ea est curioso, dignissima Practico. Antiquissimus est gambarorum usus in Medicina, decantatus Græcorum testimoniis, experientia mortalium judice suffragante.

Quæris ex me: *an astacis marinis & locustis ut fluviatilibus, lapilli insint?* Memini, cum *Patavii* viverem, Venetiis venales apportatos fuisse, quos illi idiomate vernaculo *panocchie* vocant, an quod tumoribus istis oblongis in inguinibus, bubones qui dicuntur, obortis figura respondeant, an quod iisdem pro remedio sint. Nam ad ulcera & abscessus cancrorum caro πάγχρηστος. Constant crustâ molli tenerâ, quæ coctura non multùm indurescit, totum corpus παγκρεατικὸν ferme, sicque more tenellorum fluviatilium unà cum crusta comeduntur. carnem habent, sapidã mollem, tenerãque. Elegantis figuræ corpus oblongũ, cõmodè expressum ære apud *Guil. Rondeletium* sub *squillæ, mantis* nomine. Nullum ne vestigium quidem lapidescentis materiæ deprehendere potui, nec ex his, quos oculos cancri vulgo vocamus, erui, incolæ, piscatores, tùm coqui petenti mihi affirmavere. Quin, quod mentem horum confirmare videtur, in nullo marinorum genere contineri lapides

des istos, oculi testantur, quorum ideo pre-
tium pluris istic æstimatur, cùm minor eo-
rundem, loco velut minus habili, sit pro-
ventus. Antequam autem progredior, ne-
silere possum *circumforaneorum* impostu-
ram de *coronis serpentum alborum*, quas
plebejis obtrudunt. Siquidem nihil aliud
sunt, quam *chelæ squillæ* istius marinæ, quæ
dentatæ ab uno latere inferiore, semifalca-
tæ, ebore quovis nitidiores, lævioresque.
Has affabre ea parte, qua dearticulatæ fue-
runt, committunt, capsulisque osseis ligne-
isque decenter inferunt, quas ad primum
conspectum jurares αὐτόματον potius et
ebore cornibus cervorum haut absimili
combinatas. *Tale vidi* in foro *Florentiæ*, una
cum commentitio dracone, quem ex *Ra-
ja* pisce formari citatus affirmat *Rondele-
tius*.

Cæterùm *quonam victu utantur astaci*, si
quæris, existimo *cæno pingui*, tum *gramini-
bus* etiam aquaticis, paludosis, lacustribus;
tametsi non negem *carnibus* delectari, ani-
malque prædam hanc, aliorum aquatilium
dentatorum more, ex carnibus insectari:
hinc excoriatis ranarum carnibus, inque
aquam frustillo ligneo immissis capi eos
constat. Invenire etiam in ventriculis eo-
rum mucum virescentem sub æstatem licet.
Quia

Quin, quod à piscatoribus mihi verè relatum est, non minus cancros egredi flumina, & ex graminibus pascua conquirere more fundulorum, carpionum. Ejus rei experientiam facere jubent accensis prope flumen, quod inhabitant, sarmentis, ad quorum flammam, quo appetitu me latet, promtissimè foraminibus egredientes, arrepunt, manu facile prensibiles.

Ipsos lapillos quod spectat, dubium non leve unus ex amicis mihi injecit, *an in astacorum fluviatilium utroque sexu reperiantur?* Feci periculum, & in fœmellis isto tempore cum ova suscepére, forasque subtus caudam alunt, nullos deprehendi. *An locus generationis sit in capite*, quo præsentes offendimus, *& utrum illuc continuo persistent*, dubitare me fecit, quod *viderim* istiusmodi lapillum *in ventriculo*, qui sensim diminui conspiciebatur; in capite vero istius animalculi nullus. Ejus causa collocutus cum Collega b. m. *D. Mœbio*, qui id idem observaverat, ratus, eum generari in capite, sed generatum facili via descendere in ventriculum, illicoque resolvi, maximè tùm temporis, quo priorem sive veterem crustam decedere Natura institerit, ad novi subsequentis solidiorem consistentiam; præstare solutam hujus petræ substantiam id idem crustæ

crustæ in cancris, quod cortici ovorum ex-
teriori excrementum illud in gallinis ster-
coreum album cretaceum, quod ex renibus
eorum descendit, cum ad oviarii fundi par-
tem decliviorem, ampliioremque iisdem
allinitur *Gu. Harveji* de judicio. Λιθον-
τριπτικὸν sane resolutivumque ♀eæ con-
paginis liquor lapidum horum infallibile
audit, ut putem, ad crustaceas istas cancro-
rum vestes annosas (nec enim omni anno
statim atque adoleverunt spoliantur) men-
struum hoc emolliendas, subjectaque ab
ὑποδέρμιδι liberandas efficacissimum ope-
rari. Plura annecterem, nisi epistolii limites
pausam adderent. Præter enim quæ Spagy-
rica hic occurrunt, *quis sanguis, quis motus
ejus in sinum cordis, quale musculorum arti-
ficium, quantâque celeritate nunc ante, nunc
retro iter peragant*, quanta illis insit fortitu-
do, tecum Physico-Historico prosequerer.
Sed satis hâc vice. Tuum erit, Celeberrime
SACHSI, eligere, quid scopo tuo infer-
viat. Vale, annumque, redeunte ad nos
Apolline, novum multiplici litterarum
tuarum fœtura salvus sospesque nobilita.
Jenæ III. Calend. Jan. MDCLXV. Celeb.
Nom. Tui

Observ.

Johan. Theodor. SCHENCK, D.
Vli

VII.

Alia Ejusdem Excell.

Dn. D. SCHENCKII epistola ad Authorem Gammarologiæ.

Vir Celeberrime.

Adeo te dignari litteras meas, & responsoriis prosequi jucundissimis, affectui tuo in me propenso singulari imputo. Non merentur levicula ista, quæ properanti mihi in mentẽ veniebant, applausum, multo minus, ut Doctorum asteriscis inserantur, quæ tamen fuisse à te *Gammarologia* scripto, uti revera testor, nitidissimo doctissimoque inserta deprehendo. Cum insigni delectatione, quot pagellarum erat, perlegi, miratus magnitudinem laboris, & felicitatem operis ipsius, quæ sane applausum merentur utroque pollice. Mihi non licet singularibus ejusmodi evolvendis manum addere & mentem, qui in informanda juventute totus contabesco, quæ non nisi brevissimo argumento δύσκολα Artis enodari sibi optat, nec optat modo, sed etiam opus habet, ne illotis, quod dicitur, manibus rem ipsam aggrediatur. Ideo rectè cum *C. Hoffmanno* in pistrinum & ad metallũ hoc damnatus sum, quodque in ejusmodi laboris perdo,

do, succisivarum horarum furtiva med-
tio appellari meretur. Ubi itaque ad p
tum non omnia fuerint, hisce impedim
tis debebitur, non voluntati & viribus;
vides quibus compedibus vinctæ sint.
rea non desistam, dummodo per otium
valetudinem fieri poterit, ut tùm in h
tùm aliis, quæ sentio & cogito, intell
Cæterùm occurrére nonnulla, quæ cir
sententias authorum quorundam alleg
rum *Gammarologiam legenti* mihi in m
tem venerunt, quæ lubuit adnotata lim
tissimo tuo judicio offerre.

Ad l. I. c. II. §. 3. p. 19. De *testiculis castoris* hoc αὐτόπτης quo
dam notavi, dum *à consiliis* eram *L. B.*
Shönburg in Rochelsburg: ibi enim ad Mo
dam fluv. littora incolunt, salicibus pro
ctu utuntur, rarò fructibus arborum, raris
mè piscibus. Captum à piscatore aliqu
do *castorem memini 40.* ℔. *pinguem*, cu
carnes, præcipuè armorum assatorum, in
epulas primarias mensæ imponebantur.
Notavi *glandulosos ad inguina testes inter*
sitos, quibus pinguedine obsitis duæ vesic
testium figurâ assidebant, liquoris pingu
oleosi penetrantissimi, ejusdemque odor
cujus etiam portionem asservo. Ideo ra
invenire licet adenas sine pinguedine in
gni stipatas, & propterea corruptioni pro

hus subjectas. Hunc oleosum liquorem, ad solem factum cohobio, existimavi viribus præstantiorem oleo per ignem ex pingui profecto.

De *salamandra* quæ scribit *Cl. BARTHOLINUS*, vera se habent. Eandem mihi myropola Romanus unà cum aliis vitro asservatam ostendit mortuam, & exserentem lingvam satis longam, qua muscas injectas venatur. Non ergo ex igne vivit, sed animalibus insectis, quæ ignis etiam vim eludunt, ceu videre est in culicibus & aliis istius farinæ, quos fornacibus metallorum fusoriis flammeis insidere, eosque perrepere citra noxam, observavi. Ad l. I. c. II. §. 2. p. 16.

Avem paradisiacam in κειμηλίῳ *Florentino M. Ducis Hetruriæ* observavi, tum *Romæ* quoque, *pedes habebat brevissimos, satis fortes, ungvibus incurvis nonnihil, collum strictius, corpus latum*, una cum filamentis duobus chordæ ad instar ad alas retrorsum fluentibus satis longis, quibus ad arborum frondes eam firmari referebatur, color propemodum variegatus, similis *avi halcyoni*, vel nostratibus *picis aquaticis*, Eyß-Vogel oder Wasser-Spechte/ quas alit littus *Salanum*.

Vipera theriacalis duorum habetur generum *coloris cinereo-atrescentis* & *ex luteo rubescen-* Ad §. 7. p. 23

 bescen-

bescentis, posterius genus venenosissimum esse dicunt, quod flagris exceptum, uti solent qui carnem viperinam trochiscatam conficiunt, oculos rutilantes & igneos benè demonstrat. Utrumque *in montibus Euganeis capitur. Patavii* in pharmacopolio ad D. Francisc. vitro inclusum genus utrumque vidi. Nigricans illa fœtus *plures, dissuerat illæso nec perforato ventre.* Detruncata capita ad biduum & triduum se movent. Forsitan nota *T. Excell.* erit tragicus ille casus, qui eodem in pharmacopolio olim accidit. Pharmacopola Antistes, *Macope* nomine, Germanis advenis ostensurus, quod dentes, quibus morderent, *motu articulari* moverentur, tum quod isto sub motu ex vesicula annexa de liquore citrino una aliquid emitteretur, detruncatum caput digitis apprehendit; os autem diducturus à vipera mordente digitum persensit sauciari, unde perterritus statim deligat digitum, cucurbitas admovet, theriacam assumit, in lecto se componit, sudat; verum re infectâ symptomata augentur, lipothymiæ & convulsiones succedunt, eumque è medio tollunt.

Vide Append. Gammarol. ad l. I, c. 3. §. 20. p. 62.

Experimentum in cane institutum comprobavit sine communicatione liquoris, in simul profusi morsus minus fuisse lethales hujus feræ. Ideo dente prius canis caudam vu-

vulneravére, deinde venenosũ liquoré cani hauriendum dedere, nil inde mali separatim persensit. Admoto autem ejusmodi capite, quamprimum sauciatum se persensit, cæpit ejulare, cursitare, intumescere incepit, & tandem convulsus obiit, certissimo argumento, *spiritum vitalem feræ istius esse agens primarium*, à quo fermentum exhibetur, & communicatum vulneribus demum exserit. *Helmontii* itaque placita non sunt prorsus de nihilo.

Gammari in conchis spectantur, *quod Venetiis sæpius vidi*. Singulare genus habetur conchæ, quod *pinna marina* vocatur, palmæ altitudine, oblongũ est, ad latera alga plumosa stipatum, quâ hinc inde sub undis marinis se agitat & transfertur; Effracta in angulorum uno gammarum, interdum *squillam*, ostendit vivum, qui gubernator est naviculæ hujus. Algâ hâc singulariter utuntur in usum medicum plebeji, sed ad quos affectus, amplius recordari nequeo. Ad c. V. §. 12 p. 100.

Sciscitaris: *an insecta respirent?* Si simul desideras, scarabæos prunis candentibus admove, & videbis flammam lucidam ampliari, abdominis etiam motum, qui thoracis insequitur; eum satis visui esse obvium, ipse nosti. Ad c. VII. §. 13. p. 139.

V.* App. Gammarol. ad l.I. c. 13. §.6.p. 256.

Animalia in latebris terrarum pari respirare, ab istis colligo etiam anima quæ durissimis parietibus saxorum in vivere deprehenduntur, vita autem & ratio pari passu ambulant. Hoc autem rissimum, respirationem variare, & ut que pro varietate ejusmodi animali Vides pisces, si piscina glacie obduci suffocari defectu aëris frigidioris, cuju ganum sunt bronchæ.

Reductionem viventium ex putrido & rupto verosimilem reputo. Cùm aliq do ☿ *lumbricatum* pararem, evocat ritu massa putrida relicta in phiala duobus annis, factum autem, ut forte tuna sub æstatem vitrum removerem, *vavi in superficie massæ tubulos albes plurimos*, hos stylo separatos *vermicul* cognovi, affuso iterum ☿ vermino istud principium vitale evanuit. παρέργως hic meminisse, *Spiritum Balsamum & Q. Ess. rerum semper dici posse*, cujus virtus sit calori nostro a ga, principioque vitali amica, ut Chi docent, cùm tollat vitam, & balsamu talem destruat.

Ad c. VIII. De *Aquarum concretione in lapid lutum*, vera sunt quæ ex Authoribus profers. Lusus & metamorphosis tali

...m spectatur, etiam in vicinia nostra, ad scaturientes aquas fontanas, der Fürstenbrunn genandt/ ibi sub initium æstatis aqua ista ...m suum lutosum stipitibus agglutinat, proque vario atomorum positu, figuræ, diversarum rerum ideas repræsentantes, consurgunt. Lapis etiam scissilis albus habetur, qui figuras arbusculorum elegantissimas, penna quasi & atramento depictas exhibere solet.

Aquas in tophos, etiamsi limpidissimæ sint, *concrescere*, cum in terram decidunt, caverna montis prope *Waltershusam* Thuringiæ ad sylvam oppidulum testatur, cujus mentionem feci *in Disputat. de Terra sigillata Jenæ MDC LXIV. mense Augusto habita.*

Quercum petrefactam aluit per plures annos arx ista in Misnia celeberrima Electoralis *Augustoburgum* dicta, de cujus trunci residua mole frustula habeo & asservo, quæ marmore duriora, & ad sigilla sculpenda aptissima sunt.

Sententiam Medici istius de *vermiculis gluten depascentibus*, *unde cornua decidant cervo*, non satis probatam deprehendo: nulli spectantur ad ista loca; hoc certò credas.

Quæ de *fixatione salium volatilium per fixa* sparguntur, speciem veri habent. Fixum

à volatili specie non differt. De hoc pro-
blemate tamen fusius aliquando invicem
colloquemur.

Ad c.XI. *Carnis agninæ noctu lucentis* elegan-
mam Historiam adnotatam invenies
Hieron. Fabric. ab Aquap. in lib. cui ti-
de musculorum artificio.

De *lumine cancri* ascititio *vera b...*
si politura cortex subjiciatur. Im...
tuto, referam quid forte acciderit.
puer quidam jussus in culinam
nocte media, ut inde ollam peteret, in-
nebras auté ambulans videret in angu-
cere omnia, prunorum candentium
terrefact9 revertitur, refertq; , se anim-
tisse lucentem angulum culinæ & co-
tem. Domina accurrens admiratur
tans thesaurum ibi reconditum, jube-
que ut puer appropinquaret angulo,
conculcat crustas cancri, ridente an-
exclamante, *esse forsitan crustas can-*
sub cœnâ comestorum.

Ad c.XI. *Anatomen oculorum cancri* institu-
qui ante aliquot dies vestem veterem
fuerat, mediæ magnitudinis. Adhib-
croscopium, deprehendique in posti-
parte, qua radici capitis conterminatur
ba eam duriuscula & rotunda medul-
pleri. Nigrum illud in oculo extern-

lius esse, ita ut se transfigi permiserit. Nares distingui nequeunt à processu isto sive spina, quæ utrumque oculum interjacet, quam licet ossis Ethmoidei vicarium appellare. In aquatilibus haut infrequens est, sensus, gustus, & olfactus organa conjungi, quo minus ita distingui possint. Pedes cancro sunt pro remigiis, ubi celeri cursu opus est, magis ut se agglomerare possint, & contra fluctus aquarum firmare corpus. Natare etiam attracta cauda & pedibus immotis observamus, cum in dolium projiciuntur.

De Plantarum palingenesia ex destillata aqua non usque dubito. Existimo ex simplici fluviatili prodire plantas. Historiam addidi *Historiæ generali de Humoribus.* Aqua est menstruum earum commune & naturale plantarum & animalium, *Sacra Pagina* attestante, *Helmontio* & ipsa rerum experientia matre. Ad c. XIII.

Quæ *de muscis & culicibus* ex *Agricola* refers, quod in fornacibus medias inter flammas volitare conspiciantur, hoc ego testor αὐτόπτης in tumbis cadaverum sepultorum, in locis frigidis terræ & siccis. Cum ante annos aliquot, ubi *Chemnitii Mysorum* praxin exercerem, à Quæstore loci istius rogarer, ut inspicerem cadaver rustici cujusdã à nobili quodam sclopeto trajectum, &

 quod

quod octo dies inter terræ viscera deli[...]rat, operculo ablato tumba scatebat c[...]bus & muscis minutissimis, quamvis [...]lam planè putredinis notam de se spir[...] corpus, atq; operculum satis arctè tum[...] concluderet, quod ipsum etiam tanq[...] insolitum mirabantur loci incolæ.

Ad c. XIV. Extraxi sub Anatome publica è *cyst[...] fellis* cujusdam fœminæ *lapidem crust[...] & angulosum*, figura sphærica, quantitat[...] nucis avellanæ minoris: hic effractus [...] star crystallor. ♀ splendebat, & adhuc [...]ter rariora mea asservatur.

Copiam cancrorum crusta nigricanti[...] alit Marchia Brandenburgensis magnæ [...] quantitatis. In flumine *Unstrut* dicto [...]tur minores molles per totum anni decur[...]sum.

Ad c. XVII. *An color cancrorum à subjecta tellu[...]*

℞. habere suum à natura, sed mutari om[...]nò à telluris & littoris diversitate, cujus [...]colæ sunt. Videmus & hominũ colores al[...]rari pro locorum varietate, affirmante *Hip[...] l. de Aq. Loc. & Aere.* Cyprinus piscis [...] stagnis paludosis nigrescit & lutescit, [...] fluviatilibus albescit. Ita distinguunt[...] Truttæ, ita Salmones. Hujus ratione de [...]poris bonitate ferunt una cum piscatoribu[s] coqui judicium.

Quo[...]

Quomodo fiat, quod, dum cancri coquuntur, membrana interius dorſum incingens & caput rubeſcat, atro rubente extrinſecè permanente cruſta, ceu fit in illis, quæ in *Ilmo* fluvio capiuntur. Cur non in vivis? cur non in mortuis? Cur non ſi aceto etiam aſpergantur? An potentia lateat tantum, nec in quavis ſpecie coctione factâ ſe prodat? an immaturum in quibusdam principium hujus tincturæ? An in exſiccato color eminentior, quia atomi congregatæ ſunt? An in mortuis evanuere luminis ſuſtentatores ſalia volatilia? Pira coctione albeſcunt, quædam rubeſcunt, poma non rubeſcunt, & ſi à natura rubent, perit coctione color.

Metamorphoſin colorum, & humorum & liquorum diverſorum ex diverſa miſtione probare volunt *Fermentationum Patroni.* Feci periculum in bile bubula, quam cum aquis ſalſis, acidis variorum liquorum miſcui, mutationes obortæ variæ, ſed tractu temporis colores, qui virides erant, albi evaſerunt. De hoc problemate plura ſcribam, ubi *in ſucci pancreatici uſum* ulterius inquiſivero, qui magnificè, ut noſti à quibusdam extollitur. *Corallia rubra* magis nitent ab oleis non corrodentibus; lucidum enim lucido additur. Exemplum ſi vis, corallia Ad c.XVI.

rubra coloris obſoleti oleo amygd. inunge & perfunde, colorem priſtinum aſſument.

De 🜔*e*, quod dici debeat colorum principium genuinum, multa garriunt Arcaniſtæ. Sanè, quid ſit 🜔, valde dubium eſt. *Si ſalinas partes volatiles* (de fixis nil dicam) *ab eo ſeparaveris, nil præter cineres remanebit in* 🜔*e*. Si ſaligni ſubtraxeris, neque colorabitur, ut ita loquar, neque flammas dabit aut comburet. Ignis ſ. 🜔 quicquid facit, ſalis beneficio facit. Sale accenduntur carbones. Putrida ob penuriam ſalis parum 🜔is fundunt.

Si quæritas, *qua ratione inferat colorem?* reſpondeo, *quatenus materiam præbet, quæ lumini tranſitum permittit, omnes mutationes admittit, tam ab interno quam externo agente*: Ita ſal ♃ calcinatione varios colores, itidem ſuperantes, offert, qui facilè ab humido pereunt, pororum theſin vel anguſtando vel ampliando.

Aſtaci carnes omnis generis, etiam *humanas appetunt*. Putridis ob fœtorem, qui ita cito ab aquis non disſipatur, magis alliciuntur. Cum Venetiis eſſem, ſub receſſum maris vidi marinos piſcatorum in canalibus hinc inde currentium nudis pedibus adhæſiſſe.

ſiſſe; adeo carnium appetens eſt totum genus cancrorum.

Ex luto ſub hyeme vivere ignobili victu, melioris defectu approbo, dummodo pingue & oleoſum fuerit.

Sententiam *Alberti* de cauſa depoſitionis C. C. Venatorum experientia refutat.

Serpentum caro pulchritudinem conciliat: ea nutriti pulli gallinacei Italis lautum ferculum præſtant lue gallica, fœda ſcabie laborantibus. Novi nobilem Patavinum divitem virum, qui tota æſtate victitabat carne pullorum carne viperina nutritorum, & res bene ceſſit.

De *depoſitione cornuum cervinorum* ſententiam probo ſuffragantibus venatoribus. Deponunt cornua, quia humore ſpoliati ſunt ſeminali nimiùm, & viribus exhauſti ſub autumnum, tum ob victus defectum ſub hieme admodum ignobilem, tùm frigoris inclementiam.

Hiſtoriam decorticationis cuticulæ raram in *Vitzthumio generali Locũtenenti Saxonico* conſpexit Nobiliſſimus *Rolfinckius* noſter, cujus hiſtoriã credo practicis ſuis operibus inſeret.

De fragis, à quorum denegato uſu mulierem peperiſſe filium fragis ſimilem tumorem in capite gerentem, *exemplum* produxi *in hiſtoria de humoribus*.

An

An cancro mortuo musca insidens, insidendi postea vultum hominis aut manus inficiat, & cancrum aliave ulcera maligna inducat? Resp. omnino, cum utrumque vitalibus nostris principiis adversetur, præprimis ubi corpus cacochymicum extiterit.

De viribus lunæ luminis legere poteris *Helmont. de ortu formarum*, approbabis. Viola noctiflora, nigra vulgo dicta, silente luna fortiorem odorem noctu spargit. Strumas ad motum lunæ decrescentis vidi diminui in binis ægrotantibus *Norinbergæ* in Hospitali.

Lapillus ex cancro colore diversus à reliquis.

Cancrum fluv. sive astacum vivum mediocrem dissecui, in cujus *ventriculo liquor* erat *aqueus*, lentus, ex viridi nigricans, graminis mutati colorem & odorem referens, præsente *Andrea Thymio* Medic. Licentiato, *nunc temporis Halæ Suevorum Practico.* Mitto tibi lapillum in istius astaci ventriculo inventum, cum vivus dissecaretur. Crusta sensim indurescere observabatur. Erat autem ex illis, qui veterem vestem deposuerat. Hic & quantitate, & colore alium se monstrat, iterum enim diminui videtur externa parte elatiore, coloris nigricantioris, aut instar Lapid. Bezoartici. Repertus mense Julio Jenæ MDCLXV. Tandem *cur astaci* in universum *noceant*

Stoma-

stomacho, & fœtorem concilient? An quia & ipsi carnem facilè putrescibilem habent; an ob impurum sal volatile, quod plerumque digestum fœtet? Pluribus, Nobilissime SACHSI, molestus non ero, saltem ut meum candorem & affectum ulterius volenti Tibi declarare, hæc facta sunt; in aliis quoque voluntas mea Tibi non deerit. DEUS Reipubl. universæ Te diu sustentet superstitem. Iterum vale, Cursim 7. Jul. MDCLXV.

Exc. Nom. T.

addictissimus

Joh. Theodor. SCHENCK D.

VII.

VII.

Nobiliss. Ampl. Exc. & Experientissimi Viri

Dn. Doct. NICOLAI WITT, Sacr. Reg. Maj. Sueciæ Archiatri & Physici Rigensis epistola ad D. PHILIP. JACOB. SACHS à Levvenh. Medic. Vratislav.

Nobilissime, Clarissime, & Experientissime Domine, Amice desideratissime.

Literæ tuæ eò gratiùs mihi advenére, quò magis insperatæ. Agnosco & exosculor Adfectum tuum, quem etiam peregrino & ignoto, licet tale nihil merenti, offers per literas tuas, amoris & Gratiarum conciliatrices. Equidem ab illo tempore, quo tuam Ampelographiam, doctam, Juppiter, & laboriosam, legi (legi autem illam jam à triennio, & quidem ἀδιαπνευςὶ) totus in amorem Tui, & commercium literarum tecum commutandarum ferebar, quod desiderium meum etiam Patrueli, ni fallor, tuo TOBIÆ SACHSIO, ante Annum hîc coràm indicavi, cui tanquam Proxenetæ & Para-

paratio, ingentes gratias debeo, & simul gaudium illud ex Literarum tuarum lectione perceptum. Prævenisti me tuis Literis, non prævenies Adfectu & Officiis in excolendâ hâc literarum Amicitiâ. Cujus indicium erit hoc Carmen, Gammarologiæ tuæ, quandoquidem ita vis, præfigendum, quod licet invitis Musis, non tamen invito, qui id dictabat, Affectu conscriptum. Oceanum tuum Macro-microcosmicum, nondum ad nos Bibliopolæ adtulére, aliàs illum jam lectione devorassem. Perge ita Naturam, & omnes Naturæ Curiosos, (inter quos etiam Nomen profiteor meum, licet vestri Collegii expers, licet Vos sequar passibus non æquis.) demereri: sic enim agendo omnium doctorum favorem, & Orchestræ literariæ applausus mereberis. Proposuisti in tuis Literis tres Quæstiones de Gammaris: ad quas resolvendas tantùm eruditionis & Ingenii, quantùm obsequii, adferre possem! Quæ de luce innatâ, Testis Cancrorum in tenebris splendescente, & de causâ mutati coloris subfusci in rubrum, enucleanda proponis, talia sunt, quæ etiam Lyncis & aquilinis oculis tenebras offundant, nedum meis ad lucis colorumque naturam percipiendam caligantibus. Agnósces sanè mecum, lucis colorumque naturam in intimo

intimo Naturæ recessu reconditam, aut in Democriti puteo defossam latere; adeò Lux ipsa tenebras oculatissimis etiam ingeniis parit. Vereor etiam, ne de Coloribus, tanquam verè cœcus, licet videns, judicem. Sed tamen jacienda est alea, etiam cum periculo eruditionis quantulæcunque, modò obsequii gloria mihi relicta sit.

De Luce Concreata.

Quod igitur attinet Quæstionem de luce Cancrorum in tenebris effulgente, certum est, testas cancrorum vulgò si dictorum non habere lucem ullam innatam, nec illam fundere in tenebris, nisi priùs ad certum & determinatum putredinis gradum pervenerint, ultra quem si provecti fuerint statim lucem illam amittunt. Nec saltem Testæ Gammarorum talem de se luculam spargunt; sed etiam pleraque in certo gradu putrescentia, sive ab animalibus, sive plantis desumta. Constat ex variis à me hinc inde collectis Experimentis, plerorumque piscium marinorum capita, ossa, squamas, humores, carnes in tenebris abjecta effulgere, ubi ad determinatum putredinis gradum pervenerint. Præsertim de humore Pholadum & pulmonum marinorum, mira narrat Athanas. Kircher. l. de luce & umbrâ *l. I. part. 1. c. 7.* ubi tamen hanc lucem ex innato principio, absque prævià putredi-

ne, illorum humoribus, inesse, statuere videtur. Egregia quoque circa hanc putridorum lucem experimenta à seipso facta congessit FRANC. BACO Verulamius in Sylvâ Sylvar. *Cent. IV. Experimento 352.* Ne quid dicam de variis Historiis rerum noctu lucentium σποράδην à variis traditis, aut de Auctoribus, qui singularibus Libris hanc Materiam tractarunt, inter quos est Thom. Bartholin. in de Luce animantium admirandâ, & Ezechiel (seu Petrus) à Castro, in Libro de Igne lambente, Veronæ edito, Ao. 1642.

Si peripatetico gladio hic nodus plusquam Gordius secandus foret, dicerem, causam hujus splendoris in tenebris emicantis esse, quod, dùm partes misti per putredinem in Elementa resolvuntur, ignea misti portio in centro corporis demersa ad ambitum, seu Peripheriam diffundatur, ubi glutinoso humori implexa hærens fulgorem illum in tenebris fundat. Sed minimè satisfaciet hæc ratio Curiosis, id est, Tui similibus Naturæ scrutatoribus, qui causas rerum naturalium non ab Elementis illis quatuor putatitiis, hactenus nondum demonstratis, sed potiùs à motu & figurâ partium insensibilium arcessendas putant, inter quos eminent Renatus Cartesius, Petr. Gassendus,

Renelm. Digbæus, Thom. Hobbes, aliique. Ego cum Cartesio, illo Naturæ genio facio, qui causam hujus lucis reddit part. IV. Princip. Philos. Art: 90, 91, ubi statuit, globulos secundi Elementi debiliter ob peculiarem partium situm à primo Elemento impelli, unde non nisi lux debilis, quæ ad majoris lucis Adventum evanescat, oriri potest. Sed de Gammaris noctu splendentibus jucundam ex Leonis Allatii Epistolâ Historiam adfert Fortunius Licetus, in de Litheosphoro, seu lapide Bononiensi, *c. 33.*

De Colore Cancrorum

De causa mutati coloris Testarum subfusci in rubrum, noto in genere, omnium colorum causam pendere à variâ insensibilium corporis illuminati partium textura & figura, unde lumen ad illas appulsum varias modificationes accipit, h. e. variè reflectitur, refringitur, dissipatur aut unitur, vel variè cum umbrâ permiscetur. In specie vero, quòd color Testarum elixatarum in rubrum mutetur, accidit hoc ideò, quia particularum fuscum colorem constituentium situs atque figuræ propter novum à calore superinductum motum aliam atque aliam texturam accipiunt, unde Lumen appellens ita modificatur, ut radii ejus in oculum nostrum admissi in retinâ tunicâ colorem talem, quem rubrum vocamus, exhibeant.

beant. Hæc omnia latiùs explicare, aut suis demonstrationibus roborare, non est nostri instituti, neque hujus loci: quia tota de Luce & Coloribus Doctrina hùc esset advocanda, quæ non Epistolæ, sed justo volumini materiam præberet. Confirmat has de Coloribus Hypotheses quam plurimi Experimentis, maximâ cum industriâ & ingenio peractis, Illustris Vir Robert. BOILE (qui omnibus Naturæ Consultis, Tibique illorum Chorago ob edita eximia scripta jam satis notus est) in Tractatu de Coloribus, quem Anglicâ Lingvâ nuper conscripsit.

An autem Cancri maris Balthici lapillos instar Astacorum fluviatilium gerant, nihil Experientiâ destitutus adserere possum: Nam in his maris Balthici oris nulli cancri visuntur aut capiuntur: Licet Stephan. SCHOENEVELDIUS in suâ Ichthyologiâ p. 30. asserat, illos frequentiores esse in sinubus maris Balthici, quàm in Oceano Germanico, in quo tamen apud Hilliglandiam capiantur Balthicis majores. An cancris maris Balthici insint Lapilli?

Usus Gammarorum in morbis curandis mihi hactenus nullus fuit, præterquam quòd illorum lapillis simpliciter præparatis (rejecto ob rationes Tibi non ignotas magisterio) frequenter uti soleo in ardore &

ὀξυρεγμία stomachi: instar enim Cretæ aut Corallorum humorem acidum in stomacho acore suo exspoliat. Usus aliquos horum lapillorum hactenus non ita notos, aut ab aliis non descriptos indicant HELMONT. & POTERIUS, Chymici: ut taceam de aliis Auctoribus, quos Tu, horum sacrorum Curiosus ruspator, unà cum pulvisculo omnes excussisti: aliàs γλαῦκας ἐις Ἀθήνας: aut Sus Minervam docere videretur.

De Collegiis seu Academiis circa naturalẽ scientiam.

Sed, ut præter hæc qualiacunque responsa ad tuas Quæstiones aliquid ex meo penu depromam, placet nonnihil tecum de variis Collegiis seu Academiis, (ut Itali hodie eas vocant, quorumque amplum satis Catalogum in doctissima Ampelographiæ tuæ præfatione texis) colloqui, atque nonnullas quæ mihi hinc inde lecta & collecta, addere. Circa Delphinatus Galliæ confinia institutum fuit hoc nostro seculo *Collegium Rosianum*, sic dictum à quodam Rosio, cui parem

Collegium Rosianum.

Ingenio sub Sole non audivit, nec vidit Petrus MORMIUS, Theolog. & Med. Doctor, licet varia Europæ, Asiæ & Africæ Climata Scientiæ acquirendæ causâ peragrârit, ut testatur in Libello tribus philyris constanti impresso Leidæ Ao. 1630. in 12. Cujus Titulus alicui salivam movere possit, dignus pro-

proptèr quem vadimonium deſeratur: Talis autem eſt, ARCANA totius Naturæ ſecretisſima, nec hactenus unquam detecta, à Collegió Roſiano in lucem produntur opera Petri Mormii, Doctoris Medici. Et certè ſi Collegium Roſianum, & hic MORMIUS, qui ejus membrum fuit, ea omnia, quæ ibidem recenſentur, præſtare potueruni, Titulus ille non eſt à vero alienus, aut nimis hyperbolicus. Nuper quoque Londini à Rege Carolo II. quum avito Regno reſtitutus eſſet, fundata fuit *SOCIETAS REGALIS* dicta, cujus ſcopus eſt, ſcientiam naturalem per Experimenta varia excolere ad uſús humanos, tàm medicos, quàm mechanicos & morales: Unde nuper ſuprà laudatus ROBERT. BOYLE ſcripſit Librum Anglicanâ Linguâ, de uſu experimentalis Philoſophiæ. Hæc SOCIETAS, cujus membrum eſt dictus BOILE, Experimentis adoritur Naturam, & veram philoſophandi methodum, quæ ſcilicet ex motu & figurâ Corpuſculorum omnia Naturæ Phænomena explicat, ſequitur, innixa etiam in Naturæ ſcrutinio fundamentis à Magno illo Verulamio poſitis. De hujus Societatis inſtituto & ſcopo expectatur Liber propediem edendus, & quædam habet Caſp. Schottus Soc. Jeſ, in Technicâ ſuâ curiosâ *l. XI. c. X. p. 862.*

Collegium experimentale Anglicum.

Habeo plurima illius Societatis Experimenta Manu scripta, curiosa admodum & summâ fidelitate peracta, nuper Londino mihi transmissa. Academia illa LYNCEA, Romæ fuit hoc nostro seculo instituta, à Federico Cæsio Principe S. Angeli. Scribis quidem, Vir Clarissime, Academicos Lynceos præterito seculo celebres fuisse; sed, quantùm mihi constat, hoc demum præsenti nostro seculo fundata fuit hæc Academia: id quod ex morte Federici Cæsii primi sui fundatoris colligo, quæ accidit Ao. hujus seculi cIo Io CXXX, cum 45. ageret Annum: neque enim credibile est, ipsum hanc Academiam fundasse, antequam 15. Annos natus esset. Hujus Academiæ membra fuere Viri quidam scriptis celebres, ut Joh. Bapt. PORTA GALILÆUS de Gallilæis, FABIUS COLUMNA, LUCAS VALERIUS, Johann. FABER Bambergensis, Franc. STELLUTUS (qui notas in Persium, & de Ligno fossili scripsit) Joh. Terrentius, Anton. Persius (scripsit de igne, & Librum novarum positionum) Marcus Velserus, Cassianus del Pozzo, aliique plures non adeò scriptis noti, ut sunt Theophilus Molitor, Johann. Ciampolus (cujus Poëmata Italica extant) Virginius Cæsarinus, Johann. Demisianus, Justus Rycquius, Claudius Achillinus, cum reli-

Academia Lyncea.

reliquis, quos omnes enumerare nimis longum foret. Cum morte sui Principis & Primi fundatoris videtur hæc Societas quoque intercidisse, nihil enim jam de illâ auditur. De hujus Academiæ instituto & Legibus consuli potest Joh. Faber, Lynceus, in Expositione animalium Mexicanorum *p. 266. 532. 550. 788, 789.* qui Liber habetur in Thesauro rerum medicarum novæ Hispaniæ ex scriptis Francisci Hecnander compilato à Nardo Anton. RECCO, qui tandem post longas multorum Annorum moras, quibus sub prælo fuit, tandem opera Lynceorum, favente Lucina, prodiit Romæ in fol. Ao. 1651. in fol. Exstat autem illud Manuscriptum in X. Volum. in Escuriali Bibliothecâ, & citant hunc Librum magnis cum elogiis, antequam editus fuit, Leo Allatius in apibus Urbanis *p. 112.* Anton. de Leon Pinelo en el tratado de la Chocolata, *p. 4. 36.* Joseph. Acosta, (cujus Liber jam ante 80. Annos editus fuit,) en la Historia naturaly moral de las Indias. *l. 4. c. 29.* Fabius Columna de rarioribus & minùs cognitis plantis *part. II. p. 48.* Sed hæc obiter. De Lynceæ Academiæ insignibus vide Figuram expressam *ibid. l. 4. p. 101.* de fundatore ejusdem Feder. Cæsio *p. 216. 847. 874.* de morte ejusdem, & Anno mortis ejusdem

Collegium Curiosum. p. 951.

Tandem hæc VESTRA SOCIETAS, cujus Tu membrum maximo tuo merito & ejus decore audis, felicibus auspiciis nata & fundata est, de cujus Legibus, institutis, & Collegis vidi Libellum à 2. vel 3. Annis editum, *Salve Academicum* dictum. Sed de hâc vestrâ Societate me longè meliùs docere potes. Hæ sunt quatuor illæ Academiæ, seu Societates in totâ Europâ, quantùm quidem ego novi, quæ scrutinium rerum naturalium & solidam Philosophiæ & Medicinæ cognitionem sibi tanquam scopum præfixum habent. Reliquæ Societates, quarum ingens semper fuit numerus, præsertim in Italia, magis flores, quàm fructûs studiorum, magis delicias, quàm utilitatem consectatæ sunt circa Linguas, Eloquentiam, Poësin, Musicam, Picturam, aliasq; deliciosas artes occupatæ. Ex harum ordine est Academia illa Gallica à Cardinale RICHELIEU instituta, de cujus fundatione, ortu & progressu, sociis eorumque operibus peculiarem Librum edidit Paulus PELLISSON, cujus Titulus est *Historie de l' Academie Franczoise*. Hæc Societas excolendæ Linguæ Gallicæ unicè incumbit. Addam hîc nonnullas Italorum Academias à Te prætermissas, ut spicas post amplam tuam messem colligam, Recensentur à Joh. Antonio

Reliquæ Academiæ circa alias artes.

tonio BUMALDO (is eſt per anagr. Ovidius Montalbanus) in ſuâ Bibliothecâ Bononienſi, Libello Ao. 1641. Bononiæ in 24. edito, ſequentes Academiæ, quæ Bononiæ adhuc hodiè celebres ſunt, vel fuerunt; ut: Gl' ACADEMICI della NOTTE, cum nominibus Academicorum. *p. 177.* J Gelati, quorum membra enumerat *p. 79.* Gl' Indomiti, cujus Collegas aliquot enumerat *p. 109.* J Selvagi, cujus Academicos recenſet *p. 212.* J Confortati *p. 208.* J Veſpertini *pag. 226.* J Deſti, Academici Cavaglieri, detti della Viola, quorum nomina habentur *p. 57.* Aliæ adhuc Academiæ Bononienſes à Montalbano indictæ, ut Gl' Ozioſi. Jacob. Howel in Dictionario ſuo Tetraglotto Lingg. Hiſpan. Ital. Gall. & Anglicæ Londini edito Ao. 1660. in fol. Paul PELLISON. dans l' Hiſt. de l' Academ. Franczoiſe *p. 13.* J Sonacchioſi, Kircher. Tom. II. Oedip. Ægyptiac. *part. II. p. 9.* Anconæ ſunt J Caliginoſi. Alexandriæ Inſubrum. Gl' immobili. Brixiæ Gl' occulti. Cæſene gl' Offuſcati. Cortonæ gl' Humoroſi Fermæ gl' Affrontati. Fabriani J Diſuniti. Genuæ gl' Addromentati. Lucæ gl' Oſcuri. Maceratæ J Catenati. Mediolani J Naſcoſti. Neapoli gl' Ardenti. Parmæ gl' Innominati. Patavii, J Ricoverati, Orditi, Infiammati. Piſæ gl, Acceſi. Romæ J Fanta-

ſtici, gl' Humoriſti. Arimini gl' Adagiati. Spoleti gl' Ottuſi. Tarviſii J Perſeveranti. Venetiis JFileleuteri. Veronæ JFilarmonici. Viterbi gl' Oſtinati. Auctores meos, e quibus hæc nomina Academicorum deſumſi, quoque indicabo, nempè RIRCHER. in Oedip. Ægypt. Tom, II. part. II. p. 9. seq. Jac. Maſenium Soc. J. in ſpeculo Imaginum occultæ veritatis. Jacob. Howel in Dictionar. Tetraglotto. Giovanni Ciſano nel teſoro de' Cõcetti Poëtici Venet. in 12mo 1610. 2. Vol. Notæ ſunt tibi Societates nuper in Germaniâ ad excolendam Lingvam vernaculam inſtitutæ, ut die Fruchtbringende Geſellſchaft/ die Teutſchgeſinte Genoſſenſchafft/ der Elbianiſche Schwanen-Orden / de quibus ne verbum addam.

De reſuſcitatione plantarum & animalium, aliisq; Naturæ Magnalibus, conferemus ſecuturis literis, ubi te meas accepiſſe, ex tuâ reſponſione reſcivero. Vale, decus literarum & Patriæ tuæ, mihiq; amorem tuum perenna. Rigæ, Ao. 1665. d. 7. Junii ſt. vet.

Tuus totus

NICOLAUS WITTE.

VIII. EPISTOLA.

Nobiliſſime, Experientiſſime, Clariſſime Dn.

QUod tantus Vir Orbi & Urbi Sileſiæ principi, eruditis notus ſcriptis, ad me dede-

dederit literas, non parùm lætitiâ me affecit: majori animum meum perfudissent gaudio, si petitioni, ut deceret, satisfacere possent responsum reportantes literæ. Gratulatorium Carmen ad Tractatum prælo sudantem crasso quidem, sed sincero genio fusum transmitto, dignitati tuæ multò inferius. Excellentissimum Dominum, ut id, quod à Poëtâ rudi minusque exercitato profluxit, æqui bonique consulere velit, summoperè rogo. De Cancrorum naturâ, quæ Vir clarissimus in lucem editurus, procul dubio tantâ cum industriâ erunt elaborata, ut non solùm famam ubique celebrem magis auctura, sed & magnum in re medicâ fructum sint allatura. Ne vero assentatiunculâ quâdam gratiam tuam aucupari videar, de Ingenii tui dotibus nil dicam: neq; enim tu is es, qui quid scis, nescias, & qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos, quàm eos, qui laudent, assentatores arbitrere. De Cancris quid observaverim, non possum, quin brevibus te certiorem faciam: Ante biennium Helmontii de Lithiasi pervolvi Librum, inter alia paradoxa, quibus totus scatet liber, & hoc de Cancrorum Lapillis vidi, nempè quòd Lapilli in ventriculo, & non in Cerebro situm occupent; eorumq; usus sit, ut pro alimento cõsumantur.

Novi-

Novitatem hanc maximoperè miratur: pro certo enim illos in Cerebro sitos esse credidi: Authores aliquot Gesnerum, Agricolam, Bellonium hâc de re cōsului; in præconceptâ opinione à cunctis confirmatus fui: Auctoritatibus circumdatus acquiescere nec volui, nec potui: quâ de causâ in rem præsentem oculos duxi meos, & ultra 40. Cancros unico die veritatis investigandæ gratiâ perlustravi. Crustam in omnibus primò detraxi, dein Stylo tenui in cerebro lapillos quæsivi; ibidem cùm non occurrerunt, ad alias proximas tansii partes, ventriculum ossiculis suspensum mox offendi (Ventriculus cerebro adjacet, cor prope caudam locatum est, ut ex motu ejus, systole & diastole ac figurâ animadvertere potui) eo aperto, lapillos cavâ parte se contingentes in ejus cavitate reperi: Lapillis non omnes præditi fuére Cancri: quos durus texit thorax, iis privati fuere: quos mollis, integros obtinebant: quos duriusculus, partim absumtos. Hisce perspectis admirationem deposui, Helmontioque assensum præbere coactus. In hoc ab ipsius sententiâ mihi recedendum esse puto, quòd in alimentum hos lapillos absumi dicat: Concedatur licet, posse nutrire lapides & Metalla (quod negando eleganter Clariss. Mœbius in Physiol.

ſiol. p.164. dijudicat, non tamen hoc finem proximum eſſe credita facile. In re tàm altæ indaginis ſuſpicor, hos Lapillos ad Cruſtarum inſervire generationem, ſuſpicioni meæ ut aliquomodo fidem adhibeam, ſuadet præcedens Obſervatio: quò mollior in Cancris Cruſta, eò perfectiores Lapilli: quò duriores, eò imperfectiores, & magis abſumti, vel qs, corroſi: ita, ut tantum accretum eſſe cruſtis videatur, quantum imminuti ſint Lapilli, Excellent. Mœbius de uſu Ventriculi idem ferè docet, p. 164. Generatio putaminum ovorum mirabilis: forſan autem iſtis arenulæ deglutitæ & conſumtæ, principium coagulativum iſtud largiuntur. Cancri proprios devorant Lapides, & planè conſumunt: an ut iis quoque novus cortex exinde creſcat. Nilominùs de his nil affirmo, ſed omnia acutisſimo Ingenio, utpote qui Naturæ myſteriis evolvendis totus jam incumbis, ſubmitto. Ut & quæ ſequentia de Saccharo dicturus. Liquori ex cannis ſaccharinis recenter expreſſo cum calce vivâ lixivium plures ob cauſas (teſtante G. Piſone in utriusque Indiæ deſcriptione) addere ſolent, quæ ſic permiſta coquunt Nigritæ, donec ſalis inſtar ſaccharum coagulationem ſuſcipiat: quod in metas fuſum ad nos tranſmittunt. Si itaque calx

calx & lixivium cum ſacchari liquore diſſo-
lutum: ſaccharum quoque eorum vires &
facultates obtinebit: Calx eſt virtutis dele-
teriæ, teſtante h. Amato Luſitano in Obſ.
docet puellam 9. annorum ob calcis eſum
vitam cum morte commutaſſe. Lixivio
erodentes ſunt qualitates. Talibus ergò &
ſaccharum infectum erit viribus noxiis.
Hæc quia ſic ſe habent, apertè monſtrant,
ſacchari uſum non ſine ingenti incommo-
do uſurpari poſſe. Niſi Epiſtola in immen-
ſum creſceret, plura, quæ diu de hâc collegi
materiâ, referrem, ut & id, quod Clariſſ. D.
Patiu Lutetiâ Pariſ. ad me dedit. His de
rebus, quid ſenſurus ſis, ſi tibi non eſt mole-
ſtum, reſcribas rogo. Valeat hisce Vir Ex-
cellentisſimus.

Excellentiæ tuæ

Scaffhuſ. Hel-
vet. 1665.
d. $\frac{11}{21}$ Febr.

ſincerus Cultor

JOHANNES WEPFERUS
Facultatis Med. Aſſeſſor.

INDEX GENERALIS
Gammarologiæ
LIBER PRIMUS continet Considerationem Gammarorum & Crustatorum Physico-Philologico-Historicam, cujus
CAPUT

XVII.